

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

A. van DALE
de Oraculis
Ethnicorum.

366
F 33

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

kw 366 F33

ANTONII VAN DALE
POLIATRI HARLEMENSIS

DE

ORACULIS

Veterum Ethnicorum

DISSERTATIONES DUÆ,

Quarum nunc prior agit de eorum Origine atque Auctoribus; secunda de ipsorum Duratione & Interitu.

Editio secunda plurimum adaucta; cui de Novo accedunt

DISSERTATIUNCULAE

I. De Statua Simoni Mago, ut prætenditur, erecta: quâ occasione agitur de *Chresto* Suetonii.
II. De Actis Pilati disseritur; illaque occasione, cur Augustus Cæsar *Dominus* appellari renuerit.
III. Schediasma de Consecrationibus, plusquam dimidia parte auctius.

Cum Figuris Æneis.

KONINKL. BIBLIOTHEEK TE 'S HAGE.

AMSTELODAMI,

Apud HENRICUM & Viduam THEODORI BOOM.

A°. M. D. C C.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

ILLUSTRISSIMIS VIRIS

HARLEMENSIS REIPUBLICÆ

CONSULIBUS,

D°. JONÆ de JONG, Præſidi.

D°. THEODORO DIX, J.U.D. in ſuprema aggerum Rhenolandiæ curia aſſeſſori; & Concilii Societatis Indiæ Occidentalis membro.

D°. PETRO SCHATTER, itidem in ſuprema aggerum Rhenolandiæ curia aſſeſſori.

D°. PETRO BAAS, J. U. D. & Reipublicæ Harlemenſis Quæſtori.

Nec non

D°. JACOBO AKERSLOOT, ejuſdem Urbis Syndico.

Ac

D°. PETRO REYNST, Ampliſſimis Conſſ. à Secretis.

S P. D.

ANTONIUS van DALE,

VEſtra hac in Urbe natus, Veſtriſque beneficiis auctus, officii mei eſſe putavi,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

tavi,ut quæ ſtudiorum meorum, circa literas humaniores, tyrocinia vobis hactenus obtrudere non auſus fueram, illa paulo magis matura ac perfecta, vobis nunc, Ampliſſimi Viri, ac quidem ex debito, offerrem. Si videro iſta, aut non, aut minus, diſplicuiſſe, id animum mihi addet maturiora etiam ac méliora, cum circa profanas, tum circa Eccleſiaſticas Antiquitates, tum forſan & circa rem Medicam, conandi. Tædet me ſane, Viri Ampliſſimi, jam fere toto hoc noſtro ſeculo, cujus annum penultimum nunc agimus, tam paucos in hoc noſtro Harlemo exſurrexiſſe, qui Urbi artis typographicæ Matri, honorem Maximum gloriamque per totum pene terrarum Orbem inde adeptæ, per ſtudia literaria, decus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

ſuum ac gloriam conſervare anniſi ſunt. Sive id deſidia meliorum ingeniorum (quibus urbs hæc noſtra nunquam caruit, neque adhuc, ne quidem in ſequiori ſexu, deſtituitur;) ſive alio quodam malo fato, Reipublicæ noſtræ acciderit. Quam rari enim, ne dicam pene nulli, fuerunt qui poſt Joannem Wilhelmi, Virum variarum linguarum callentiſſimum, Lovanii Profeſſorem, Regiiſque illis Bibliis Antwerpienſibus edendis adjutorem, Lexicique quinque linguarum, ut & Grammaticarum ac verſionum, inter alios, examinatorem; Poſt Nicolaum Florentium, antiquitatis ac literarum ſcientia, teſtibus magnis viris, præſtantiſſimum; poſt Quirinum Taleſium, Conſularem virum, qui magno

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Eraſmo prius à manu, poſt Civitati noſtræ à Conſiliis ac Secretis fuit; poſt Joannem Surenum etiam Conſularem, virum undequaque doctiſſimum, ac ſcriptorem Dialogi, quo, æque ac jam dictus Taleſius, teſtimonio ſuo, Artis typographicæ inventionem Harlemo noſtro aſſeruit; poſt Georgium Benedictum Wertelum, Poëtam cum paucis comparabilem; ac qui Doctiſſimis viris Douzæ, Lipſio, aliiſque his non minoribus, elegantiâ ingenii maxime placuit; poſt denique Petrum Schriverium, virum, ut ad reſtaurandas literas, ita ad inſtaurandum patriæ ſuæ decorem, per ſcripta ſua, natum: quique non ita Lare Secreto vixit, ut non cunctis doctrina eminentibus perplacuerit æque ac notus fuerit; ſi-

mul-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

mulque cum ipſis familiariſſime vixerit: quam pauci, dico, gloriam Civitati noſtræ, per tales, poſt Laurentium Coſterum, viros adauctam perpetuare ſuſtinuerunt? An ego talis ac tantus ſim, ut aliquatenus id præſtare valeam, judicent alii. Certe conatus non deerit. Sin id minus præſtitero, magnis tamen auſis excidiſſe videar! Ac ſi laudem hinc minus meruero, non faſtiditum fuiſſe mihi gloriæ ducam; contentus veſtro Ampliſſimo favore: quem ut hactenus gratus ſenſi, ita illum porrò mihi conſervare, ac percolere, conabor. Deus, interim, Optimus Maximus vos, Viros Ampliſſimos, iſto animo atque integritate, quibus hactenus, ſumma cum laude, Harlemenſi Reipu-

blicæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

blicæ præfuiſtis, ut diu ſoſpites ipſi moderemini, largiatur, veſtraſque familias, in Patriæ noſtræ Salutem, adaugeat ac conſervet. A°. D°. M. DCXCIX. ipſis Calendis Septembris.

PRÆ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

PRÆFATIO.

PRodeunt denuo, erudite lector, Dissertationes meæ de Oraculis Ethnicorum; ac quidem ordine inverso: ita ut illa quæ prior ante fuerat nunc sit posterior. Melius enim nunc mihi visum fuit, ut prius agerem de ipsorum Origine atque auctoribus, post verò de eorundem Duratione atque Interitu. Ut autem videbis nonnulla exempta; sic conspicies illa cæteris appendicis vice (adaucta tamen etiam) subjuncta: atque ipsarum quoque Dissertationum nunc in capita seu sectiones divisarum primæ (ut nunc est) plura accessisse, quæ ibi prima vice minime comparebant; sicut & secundæ, ultimo loco, caput quod circiter tercentum χρησμῶν, sive Oraculorum numerum continet, per terrarum orbem dispersorum; ac quorum non minima pars post Christum Servatorem nostrum natum, aut ab antiquo adhuc obtinuerit, aut de novo demum exorta fuerit. Quod autem illa quæ de Sacris Taurobolii inserueram hinc quoque disparuerint: nec cum cæteris inde exemptis rursus in Appendice compareant, inde est, quod exactius paulò illa pertractare voluerim, simulque & alia addere, cum de Vicario Pontificis Maximi, aliisque huc spectantibus, tum de Sacerdotiis ac Magistratibus apud Græcos (præsertim in Asia Minori) ἐπωνύμοις. Quæ quod nimis excurrere mihi videantur, integro tractatui, brevi quoque edendo, reservare malui. Schediasma tamen illud de Consecrationibus iterum comparet, plusquam dimidia parte adauctum: quod an sic etiam melius redditum fuerit, erudito Lectori, dijudicandum relinquo. Plura operi ipsi inserere valuissem; at tandem manus de tabula erat tollenda. Ex illis

quæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

quæ omissa fuere, unum alterumve tantum hic adjungam: plura quibus eruditiores, si id libuerit, adjungere poterunt. Quod igitur maxime ad rem facere videtur, est illud quod de Statuis sudantibus, (quorum Lucianus libro de Dea Syria meminit) nos docet, duobus in locis, magni Aristotelis magnus ille discipulus Theophrastus Eresius. Is itaque libro V. Historiæ Plantarum cap. X. ita loquitur de cedro arbore: Ἀνίει δὲ [ὑγρότητα sc.] τῶ ξύλων τὰ κέδρινα, καὶ ἀπλῶς ὧν ἐλαιώδης ἡ ὑγρότης. διὸ καὶ τὰ ἀγάλματά φασιν ἰδίαν † ἐνίοτε. ποιόπι γὰρ ἐκ τούτων. *Cedri materies nata est humorem emittere, & in universum omnes quibus oleosus est humor. Unde & Statuas quandoque* SUDARE *perhibent.* Ac lib. V. de Causis Plantarum cap. 4. Ὁμοίως δὲ καὶ ὅσα ἱδροῖ τῶ ξύλων. Καὶ γὰρ τῶτα νοΐσι καὶ ὑγρᾶ ἔ ἀέρος ἔντος, τηλὶ πάσχει, καὶ ἀ πάντα, ἀλλ' ἐν οἷς ἐστι λεπτὴ ὑγρότης· οἷον κέδρα, κυπαρίτα, ἐλαίας, ἀδὴ δὲ σημεῖα καὶ τέρατα νομίζουσι. ὅσα ἢ ἄλλα συμβαίνῃ καὶ ποφέρεται τῶ τοιούτων, οἷον ὡς ποτέ φασιν ἐν πλατάνῳ φύναι δάφνην, ἢ ἁπλῶς ποεὶ ταῖς ἐμβλαστήσεις ταῖς ἐν ἀλλήλοις, ἐκ λαθανόσης ἀρχῆς ὑπολειπτέον γίνεσθαι σῆψιν ἢ ἀλλοίωσιν. ἄλλως τε καὶ πολὺ διεξώσης, ἐκ ἄλογον. οἱ δὲ τρόποι τοιοῦτοι. λέγω δὲ λαμβανόσης, εἰ ἐπιπέσοι σπέρμα καὶ ἔμβυον γένοιτο, σῆψιν ἔχοντος γεώδη τινὰ ἔ δένδρα. βλαστοίη γὰ ἂν ἅτως ἕτερον ἐν ἑτέρῳ. Ἀλλ' ἡ τοιάυτη βλάστησις ὁμοία τῆ τῶ ἴζων. ἢ ὡς διὰ πλείονος ἐπὶ τῆ πλατάνῳ ἐκ τὸ χαλκοῦ τρίποδος. μᾶλλον δὲ ἀμφότερα τῆ ἐκ τ γῆς· ἐ γὰρ οἷόν τε φῦναι μὴ γεώδους τίνος ὑποπάρχοντος, ὥσπερ ἐκ ἐκ τῶ τοίχων τῶν λιθίνων, ἐὰν μὴ τοιάυτη ἶς συῤῥοὴ γένηται καὶ σῆψις, ἐξ ἧς πέφυκε βλαστάνειν, ἔτι δὲ ὕστερον ἐπιῤῥοήν τινα λαμβάνῃ τ τροφῆς. ἅτω γὰρ αὐτῶν ἡ αὔξησις ἀλλὰ τὰ μὲν τοιαῦτα καὶ αὐτομάτως ἢ πάντα ἢ ἔνια γίνεται. τάχα δὲ καὶ σπερμάτων ἰνῶν καταῤῥυέντων ἅμα τῆ σήψει, καὶ συστάσῃ. δάφνη δὲ καὶ εἴλη τοιοῦτον ἕτερον, ἀπὸ τῶν καρπῶν. εἰδ' ἄρα καὶ τοῦτο ἀπὸ σήψεώς τινος, οὐδὲν διαφέρῃ ποὸς τὴν αἰτίαν. &c. *Adde his statuas quæ exsu-*

† Scaliger legit ἱδρᾶν.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

exſudant. Cœlo enim auſtrino humectoque ita afficiuntur; nec omnis, ſed in quibus aliquid tenuis humoris ineſt, ut cedrus, cupreſſus, olea. Quæ quidem prodigia & oſtenta eſſe creduntur. Cæteri autem eventus hujuſmodi qui contingunt ac narrantur; ut laurum aliquando in Platano proveniſſe, aliaſque germinationes, quæ in loco alieno provenierint, hæc omnia ex aliquo primordio exoriri putandum eſt; putredine, vel aliqua mutatione facta in arbore. Aliter enim fieri non probabile eſt. Modi autem hujuſmodi ſunt: quamvis longe aliàs diſtet, quæ recipiat [arbor,] ſi ſemen ipſi incidat, ac ſi imprægnetur dum putredinem aliquam terreſtrem habet iſta arbor. Sic enim aliud in alio naſci poterit. Sed ejuſmodi germinatio viſci germinationi ſimilis eſt. Vel ei quæ longiori tempore fit in platano, vel & illi quæ facta fuit æneo in tripode: ſeu potius ambæ hæ ſimiles illi quæ ex terra fit. Non enim poſſibile eſt aliquid enaſci, ubi non ſubſit aliquid terreſtre: ſicuti nec in tectis aut parietibus, niſi confluxus aliquis ac putredo talis acceßerit, & qua planta erumpere valeat, ac poſtea acceſſerit acceßus alimenti. Sic enim eorum fit incrementum. Sed hæc ſponte quoque, vel omnia, vel certe aliqua, fiunt: forſan & ex ſeminum delapſu ſimul coincidente cum putrefactione à collectione humoris; dum laurus, ac ſi quid illi ſimile, ex fructu delapſo enaſcatur. Si verò & hoc ex putredine quadam contingat, nihil differt ratione cauſæ.

Hanc enim cauſam vult non miraculoſam, ſed naturalem: ſicut & talia quotidie in muris, ſeu parietibus, atque in arboribus, quercubus, ſive ſalicibus (unde & quercum conſpexi enatam) ſive aliis pluribus; quandoque & in lignis jam dudum deſectis, videmus contingere: atque aſparagos ex tumulis arenoſis enatas cum jucunditate colligimus tempore verno; ſemine eo, per aves aſparago paſtas excrementa

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

ſua eò dejicientes, aliis ex locis, ſæpe procul diſtantibus, dejecto.

Quod in priori mea editione pag. 255. attuleram impoſturæ exemplum, ex D. *Balthazare de Monconys*; ac dum ordinem muto ablepſia omiſſum fuit, eſt hoc ſequens: *Le 8. au Matin, j'allay voir la ſuperieure des Urſelines, jadis poſſedée ſelon l'opinion commune, ce que m'avoit donné la curioſité de la voir. Je la fu donc demander, & j'eus la patience de l'attendre dans le parlour plus d'une groſſe demi-heure. Ce retardement me fit ſoubçonner quelque artifice: c'eſt pourquoy aprés luy avoir fait compliment je la priai de me monſtrer les caracteres que le demon qui la poſſedoit avoit marque ſur ſa main, lors qu'on l'exorcizoit; ce qu'elle fit en tirant le gant qu'elle avoit à ſa main gauche, j'y vis en lettres de couleur de ſang ſur le dos, commençant du poignet juſqu'au petit doigt,* JESUS; *au deſſous tirant vers l'épaule, Maria; plus-bas* JOSEPH; *& plus-bas à la quatrieſme ligne,* F. DE SALLES. *Elle me dit toutes les meſchancetez du Preſtre Grandier, qui avoit eſté bruſlé, pour avoir donné le malefice au Convent, & comme un Magiſtrat de la Ville duquel il deſbauchoit la femme, s'en eſtoit plaint à elle, & que de concert ils l'avoient denoncé, non obſtant les fortes inclinations que ce malheureux lui cauſoit par ſes ſortileges, dont la miſericorde du Dieu la preſervoit. Enfin je pris congé d'elle, & auparavant je ſouhaitay de revoir ſa main, qu'elle me donnoit fort civilement, au travers de la grille. Alors la conſiderant bien, je luy fis remarquer que le rouge des lettres n'eſtoit plus ſi vermeil, que quand elle eſtoit venuë, & comme il me ſembloit que ces lettres s'ecalloient & que toute la peau de la main ſembloit s'elever, comme ſi s'euſt eſté une pellicule d'eau d'empois deſſechée; avec le bout de mon ongle j'emportay par un leger attouchement, une partie de*

la

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

la jambe de l' M. dont elle fut fort ſurpriſe, quoyque la place reſtaſt auſſi belle que les autres endrouts de la main. Je fu ſatisfait de cela. Je pris conge d'elle, &c. Quam autem verum ſit, Dæmonem haſce literas manui hujus Urſellinæ inſcripſiſſe, tam ex hujus hiſtoriolæ circumſtantiis, quam ex iſta hiſtoria, quæ Gallice edita titulum habet, *Hiſtoire des Diables de Loudun, ou de la Poſſeſſion des Religieuſes Urſellines*, &c. facillimè dijudicari poteſt. Quum ex immani conjuratione, diabolicoque odio, ac vindicta (quibus ipſe tamen occaſionem aliquam dederat) *Urbanus* ille *Granderius*, falſo crimine oneratus, flammis ultricibus traditus, horribili monachorum cum fævitia, interemptus ſit: atque omnes iſtæ incantationes ac faſcinationes, & actiones (prætenſæ) diabolicæ, poſt ipſius lamentabile exitium, ſponte plane (ipſis etiam illis quorum vindictæ inſerviendæ hæc tragœdia peracta fuerat, in id cooperantibus) evanuerint.

Magis ſane jucunda fuit ille impoſturæ exitus, neque ulli crudelitati, niſi in miſella animalcula, permixta, quam magnus ille Eraſmus Roterodamus lib. XXX. epiſtolarum nobis his verbis narrat: *Parochus quidam ſub diem Paraſceves clam immiſit in cœmeterium vivos cancros, affixis ad latus cereolis ardentibus. Qui cum reperent inter ſepulchra, viſum eſt noctu terribile ſpectaculum, nec quiſquam auſus eſt accedere propius. Hinc rumor atrox conſternatis omnibus, Parochus ex ſuggeſtu docet populum has eſſe defunctorum animas, quæ Miſſis & Eleemoſynis flagitarent à cruciatu liberari. Fucus ita proditus eſt. reperti ſunt tandem unus & alter cancer inter rudera facem extinctam geſtantes, quos parochus non recollegerat.*

Verum propius accedamus ad ipſa Oracula, quorum exemplum hujus naturæ, adhuc inter illos qui Chriſtianam religionem profitentur, obtinet in inſula Corcyra, quod-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

que hunc in modum à Georgio Wheler, in itinerario (mihi pag. 43.) narratur: *Cette petite Egliſe eſt fameuſe à cauſe d'une peinture de Nôtre Dame à qui l'on attribue des Miracles, & dont je veux découvrir l'artifice. Voici la maniere dont ils ſe font.*

Les Etrangers qui ont la curioſité de ſçavoir ſi leurs amis ſont morts ou vivans, s'approchent de cette image, & y appliquent une piece de monnoye en penſant à quelqu'un de leurs amis. Si la perſonne dont ils s'enquierent eſt vivante, la piece s'attache à l'image, mais ſi elle eſt morte, la piece tombe dans un ſac qui eſt au deſſous; en ſorte que ſoit qu'elle ſoit vivante, ſoit qu'elle ſoit morte, le Preſtre eſt aſſuré d'avoir la piece de monnoye. J'y appliquai quelque ſols de Corfou, ou de Dalmatie, qui ſont de cuivre, pour voir comment & combien il s'en attacheroit, mais je n'en puis penſer ni conclure autre choſe, ſi non que c'eſt une tromperie ridicule. A la verité quelques unes des pieces s'attacherent, mais toutes à une ſeule & même place, pendant que celles qui étoient appliquées à quelqu'autre endroit tomboient par terre. Cette image eſt peinte ſur la muraille, & fort polie & luiſante, en ſorte que j'attribuërois cette adheſion ou attachement de ces pieces, a quelque colle ou viſcoſité du Vernis qu'ils ont grand ſoin de ne laiſſer manquer en aucune place.

Hæc quidem exempla pertinent ad artificia & impoſturas; annon verò ad ſplendida ſcriptorum Mendacia hoc ſequens, judicet æquus lector. De Gregorio, nempe, Thaumaturgo illo narrat Rufinus hæc ſequentia: *Iter ei* [Gregorio Thaumaturgo] *fuiſſe quondam per Alpes dicitur hyemis tempore; & quum perveniſſet ad ſummum Alpium jugum, nivibus repleta erant omnia, nullum uſquam diverſorium, phanum ibi tantum Apollinis erat, cui ſuccedens tranſacta nocte diſceſſit. Sacerdos verò erat quidam phani ejus, cui conſu-*

lere

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

lere ſimulachrum Apollinis mos erat, & reddere reſponſa poſcentibus, ex quo etiam ei alimoniæ quæſtus eſſe videbatur. Igitur poſt digreſſum Gregorii, offerre conſulta & reſponſa poſcere ſacerdos acceſſit ex more, nihil inde reſponſi veniebat. Repetit victimas, ſilentium permanet. Iterum atque iterum litat, ſurdis ingerit fabulam. Cumque ſtupore novi ſilentii æſtuaret ſacerdos, nocte ei aſſiſtens Dæmonium dicit in ſomnis: Quid me illic invocas, quo jam venire non poſſum? Percontanti cauſam, adventu ſe Gregorii dicebat expulſum. Quid nunc remedii daretur cum perquireret, ait non aliter ſibi licere ingredi locum illum, niſi Gregorius permiſiſſet: Quibus auditis ſacerdos occupat viam, multa apud ſemetipſum volvens, atque animo recuſante pertractans pervenit ad Gregorium: adortuſque eum, rem pandit ex ordine, humanitatis ſuæ atque hoſpitalitatis admonuit, quærelam depulſi numinis promit, ademptam facultatem ſui quæſtus deplorat, ac reddi ſibi omnia in priſtinum ſtatum depoſcit. At ille nihil moratus, ſcribit Epiſtolam in hæc verba:

GREGORIUS APOLLINI.

PERMITTO TIBI REDIRE IN LOCUM TUUM, ET AGERE QUÆ CONSUEVISTI. *Hanc epiſtolam ſacerdos accipit, & ad phanum defert, poſitâque ea juxta ſimulachrum affuit Dæmon, ac dedit reſponſa poſcenti. Tum ille in ſemet converſus, ait: Si Gregorius juſſit, & Deus iſte diſceſſit, nec potuit redire, niſi juſſus, & rurſum jubente Gregorio reſtitutus eſt, quomodo non multo melior iſto Gregorius, cujus hic obtemperat juſſis? Clauſis igitur januis phani, deſcendit ad Gregorium, epiſtolam ſecum quam acceperat referens, omnemque apud eum rei geſtæ ordinem pandens: ſimulque ſe ad pedes ejus proſternens, rogabat ut illi ſe Deo offerat, cujus virtute diis Gentium Gregorius*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

gorius imperabat. Cumque enixius & pertinacius perſiſteret, Catechumenus ab eo factus eſt. Et cum ſe vitæ caſtiſſimæ, derelictis omnibus, non ſolum erroribus Dæmonum, ſed & ſeculi actibus, mancipaſſet, etiam Baptiſma conſecutus eſt. Et in tantum vitæ merito ac fidei virtute profecit, ut ipſe beato Gregorio in Epiſcopatu ſucceſſor exſtiterit.

Hæc quaſi Euſebii propria verba, cum tamen & hæc, & plurima alia, Euſebio ne quidem per ſomnium cogitata fuerint, inſuit verſioni ejus egregius noſter (cujus quis non miretur impudentiam?) Ruffinus. Interim iſti qui, quod non intelligant Linguam Græcam, Ruffini hujus verſioni ſecure nimium fidem habent, exiſtimant ſe ipſum legere Euſebium. Qui ſi iſtam fabellam habuiſſet (uti magnus ille Cardin. Baronius eam habet) pro Hiſtoria *Omni acceptione atque fide digniſſima* (hæc enim ſunt ipſiſſima Baronii verba) minime eam prætermiſiſſet.

Hinc Magdeburgenſes, Centuria tertia, cap. XIII.

Sed quæ Ruffinus in Euſebio ſuo, quem à ſe Latine verſum affirmat, de Gregorio Pontico, magno illo ſeu mirifico, miraculosè narrat lib. 7. cap. 25. in poſterioribus Euſebii editionibus, ac in Græco maxime, non habentur. Et fabulis magis mendacibus ac ſuperſtitioſis, quales Monachorum finxit otioſum genus, ſimiliora ſunt quam veris narrationibus: ut quod rupem ingentem precibus loco ſuo, in ſpacium ſacelli, moverit: quod Dæmonem in Apollinis ædem, ſua præſentia fugatum, per Epiſtolam redire juſſerit: quod lacum in aridam converterit, &c. Quibus tamen magis vana & nugatoria alia Nicephorus, pro more ſuo, adjecit, lib. 6. cap. 16. Nimirum quod æſtus & impetum Lyci fluminis, defixo in illud ſuo ſcipione, ſedarit: Judæum mortuum ſe ſimulantem revera mortuum fecerit: in arborem

ſeipſum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

ſeipſum converterit: peſtilentiam infidelibus quibuſdam excitarit: & fœminam defunctam ad vitam revocarit.

Quæ cuncta procul omni dubio habet hic Nicephorus è Gregorio Nyſſeno (qui hiſce adhuc plura addit) eo quod poſt narratum prætenſum miraculum de ſcipione in Lycum fluvium defixum, hæc eadem pœnè verba quæ Nyſſenus ille Epiſcopus ſuperaddit, etiam ipſe adjungat: *Qui* [ſcipio] *hucuſque in ingentem excrevit arborem, & à viatoribus ibi cernitur.* Ita enim ipſe Gregorius, in vita Thaumaturgi: Εὐθὺς γὰρ ὀ μετὰ πολὺ χρόνον, ἡ μὲν βακτηρία ταῖς ὀχθαις ἐρριζωθεῖσα δένδρον ἐγένετο. τῷ δὲ ῥείθρῳ τὸ φυτὸν ὅρος ἐπάγη, καὶ μέχρι τοῦ νῦν τοῖς ἐπιχωρίοις θέαμα γίνεται τὸ φυτὸν καὶ διήγημα. *Protinus enim haud multo tempore poſt, baculus quidem radicibus in ripa actis, arbor evaſit. Flumini verò hæc planta pro termino fixa eſt, eaque* AD HOC UTIQUE TEMPUS *incolis loci cùm ſpectacula eſt, tum narrationis & commemorationis argumentum præbet.* At nimium defectivè adduxit hujuſmodi fabellas ex Gr. Nyſſeno. Nam cum ille de duobus, ſingulis in Arborem converſis, narraverit (Gregorio ipſo, ſcilicet, atque Ædituo per ipſum converſo,) Nicephorus qui aliàs minimè ſolet adimere aliquid jam ante narratis, ſolius Gregorii tantum meminit. Verum & alia hiſce non magis credibilia prætermittit. Quam autem genuina hæc ſint Metamorphoſibus ab Ovidio Poëta cantatis, conſiderandum Lectori relinquo.

Et tamen magnus ille Cardinalis Baronius, qui (uti videtur) non audet Hiſtoriolam hanc adducere ex Verſione, vel potius aſſumentis Ruffini, non veretur eam adducere ex Nyſſeno, longe aliis ac diverſis cum circumſtantiis ibi, quam apud Ruffinum (non tamen credibilioribus) legendis: cum Ruffinus de unico tantum Dæmonio; de pluribus Dæmonibus loquatur Nyſſenus. Sed plura de his dicere me jam piget.

Hoc tamen, quod ad Oracula pertinet ceteris adjungere, de Theotecno, debeo, ex Euſebii lib. IX. cap. 11. Ἐκάλε

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

ἦ ἄρα καὶ Θεότεκνον ἡ δίκη, ὀδαμῶς τὰ καὶ χριστιανῶν αὐτῷ πεπραγμένα λήθη παραδιδοῦσα· ἐπὶ μὲν γὰρ τῷ κατ' Ἀντιόχειαν ἱδρυθέντι παρ' αὐτῷ ξοάνῳ δόξας εὐημερεῖν, ἤδη καὶ ἡγεμονίας ἠξίωτο ὑπὸ Μαξιμίνου. Λικίννιος δ' ἐπιβὰς τῆς Ἀντιοχέων πόλεως, φωρᾶν τε γοήτων πειρώμενος, τοὺς δὲ νεοπαγοῦς ξοάνου προφήτας καὶ ἱερεῖς βασάνοις ἠκίζετο, τίνι λόγῳ τὴν ἀπάτην καθυπεκρίνοντο πυνθανόμενος. ὡς δ' ἐπικρύπτειν αὐτοῖς πρὸς τῶν βασάνων συνελαυνομένοις ἀδύνατον ἦν, ἐδήλου ἅπαν τὸ μυσήριον. ἀπάτην τυγχάνειν τέχνῃ τῇ Θεοτέκνου μεμηχανημένην, τοῖς πᾶσι τὴν ἀξιαν ἐπιθεὶς δίκην, πρῶτον αὐτὸν Θεότεκνον, εἶτα ἦ καὶ τοὺς τῆς γοητείας κοινωνοὺς, μὴ πολείσας ὁσους αἰκίας, θανάτῳ προδιδόσι. *Porrò & Theotecnum ad ſupplicium vocabat Divina Juſtitia, haudquaquam oblita eorum, quæ ille adverſus Chriſtianos perpetraverat. Etenim ob ſimulacrum illud* [Jovis Filii, de quo cap. 3. locutus fuerat] *quod Antiochiæ conſecraverat, proſperiori fortuna uti viſus, etiam Præſes Provinciæ à Maximino factus fuerat. Sed cum Licinius Antiochiam veniſſet & præſtigiatores perveſtigare ac deprehendere inſtituiſſet, inter cæteros etiam iſtius ſimulachri Prophetas & Sacerdotes tormentis ſubjecit; qua ratione fraudem concinnaſſent interrogans. Qui cum veritatem amplius celare non poſſent, vi tormentorum adacti, totius Myſterii ſcenam à Theotecno arte quadam compoſitam fuiſſe faterentur; Licinius merito ſupplicio cunctos afficiens, primum Theotecnum ipſum; deinde reliquos fraudis ac præſtigiarum conſcios ac participes, poſt plurimos cruciatus, interfici juſſit.*

Quæ inter naturæ miracula omiſſa erant pag. 242. &c. & tam, ad Oraculum iſtud ad Nyſam, &c. quam & ad iſtud antrum *La grotta di cani* pertinent, ac nunc iterum fere mihi oblivione præterita; quæque Strabo lib. XIII. de Hierapolitano, inter Lydiam ac Phrygiam, antro nobis narrat, hæc ſequentia ſunt: Τὸ ἦ Πλουτώνιον ὑπ' ὀφρύϊ μικρᾷ τῆς ὑπερκειμένης ὀρεινῆς, στόμιόν ἐστι σύμμετρον, ὅσον ἄνθρωπον δέξασθαι δυνάμενον, βεβάθυται δ' ἐπιπολύ· πρόκειται ἦ τούτου θριφράκτωμα πετράγωνον, ὅσον ἡμιωλήθρου τὴν περίμετρον. τοῦτο ἦ πλῆρες ἐστὶν ὁμίχλωδους παχείας ἀχλύος,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

ἀχλύῳ, ὥστε μόγις τὸ βάθος καθορᾶν. Τοῖς μὲν δὴ κύκλῳ πλησιάζουσι τοῦ τοῦ θρυφάκτου, ἄλυπός ἐστιν ὁ ἀὴρ, καθαρόν ἐκείνης τῆς ἀχλύος ὂν τοῖς νηνεμίαις. συμμένει γὰρ ἐντὸς ἡ περιβολή· τοῦ δ' εἴσω παρόντι ζῴῳ θάνατος παραλλῆμα ἅπαντα. ταῦροι γὰρ εἰσαχθέντες πίπτουσι, καὶ ἐξέλκονται νεκροί. ἡμεῖς δὲ τρυθία ἐπέμψαμεν, καὶ ἔπεσον αὐτοὺς ἐκπνεύσαντα. οἱδὲ ἀπόκοποι μάλλοι παρίασιν ἀπαθεῖς, ὥστε καὶ μέχρι τοῦ στόματος πλησιάζειν, καὶ ἐγκύπτειν, καὶ καταδύνειν, μέχρι ποσοῦ συνέχοντες, ὡς ἐπὶ τὸ πολύ, τὸ πνεῦμα (ἑωρῶμεν γὰρ ἐκ τοῦ ὄψεως, ὡς ἂν πνιγώδους τινὸς πάθους ἔμφασιν) εἴτε πάντων· ἅτω πεπληρομένων [Casaubonus legit, εἴτε πάντων τῶν ἅτω πεπηρομένων. ubi tum subintelligendum τὸ μέρος] εἴτε μόνον τοῦ περὶ τὸ ἱερὸν, καὶ εἴτε θεία προνοίᾳ, καθάπερ ἐπὶ τῶν ἐνθουσιασμῶν εἰκὸς, εἴτε ἀντιδότοις δυνάμεσι τούτου συμβαίνοντος. *Plutonium sub parvo supercilio montis supra incumbentis foramen est modicum, quanto possit homo recipi, admodum profundum: includitur cancellis quadrangulis, ambitu dimitrii circiter jugeri. Id foramen oppletum est nebulosa & crassa caligine; ut solum vix possit conspici. Enimverò iis quin in orbem ad cancellos accedunt nihil incommodi aër adfert, qui, cælo sereno & à ventis placido* [Xylander pro νηνεμίαις *legit* νεομηνίαις, ac *vertit Novilunio tempore*, utrumque meo judicio minus recte] *ab ea caligine purus & clarus est, & intra cancellos se continet. Intra autem accedens animal illico mors excipit. Tauri quidem intro adducti, mortui extrahuntur: & nos passeres immissimus, qui extemplo exanimati conciderunt. At* EXSECTI GALLI *sine damno accedunt, etiam usque ad foramen, inque id introspiciunt, & aliquantisper compresso plurimum spiritu, subeunt (namque ex aspectu deprehendimus suffocatricis cujusdam affectionis speciem)* SIVE OMNES *ita isto membro mutilati,* SIVE II DUNTAXAT, *qui circa templum agunt: Et sive* DIVINA ID FIAT PROVIDENTIA, *ut par est in Divinis furoribus; sive* REMEDIIS QUIBUSDAM *adversantibus pesti ei.*

De hoc eodem antro quoque Dion Cassius (quamvis paulò

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

lò aliter id describat) loquitur, in vita Trajani: ubi, occasione, similis fere ad Babylonem, ita narrat: Καὶ τὸ τόμιον ἐθεάσατο, ἐξ οὗ πνεῦμα δεινὸν ἀναδίδοται, ὥστε πᾶν μὲν ἐπίγειον ζῶον, πᾶν δὲ πετεινὸν ἀποφθείρειν, εἰ δὲ ἐφ' ὁπόσον ὀσφραίνοιτό τι αὐτοῦ καὶ εἴπερ ἐπὶ πολὺ ἄνω ἐχώρει, ἢ δὲ πέριξ ἐσκυδάννυτο, ἐδ' ἂν ᾠκεῖτο ὁ χῶρος· νῦν δὲ αὐτὸ ἐν ἑαυτῷ κυκλούμενον καὶ χώραν μένει. Εἶδον ἐγὼ τὸ τοιοῦτον ἕτερον ἐν Ἱεραπόλει τῆ Ἀσίας, καὶ ἐπειράθην αὐτοῦ δι' ὀρνέων, αὐτός τε ὑπερκύψας, δι' αὐτοῦ, ὑπερβαλὼν τὸ πνεῦμα. καταπέπλειστο γὰρ ἐν δεξαμενῇ τινὶ, δι' θέατρον ὑπὲρ αὐτοῦ ᾠκοδόμητο. Φθείρει τε πάντα τὰ ἔμψυχα, πλὴν τῶν ἀνθρώπων τῶν τὰ αἰδοῖα ἀποτετμημένων. ὃ μὴ καὶ τὴν αἰτίαν αὐτοῦ συννοῆσαι ἔχω. λέγω δ' ἅπερ εἶδον καὶ ὡς εἶδον, καὶ ἃ ἤκουσα ὡς ἤκουσα. *Ostium quoque istud spectavit* [Trajanus] *unde tam gravis halitus sursum manat; ut eum nulla animalia terrestria, nullæ volucres perferant, ejusque solo olfactu intereant. Quod si is halitus se altius efferret aut late circumfunderetur, habitari certe locus is non posset: nunc quasi in se revolutus ille, suo loco continetur. Ego quidem alterum huic consimilem vidi Hierapoli, quod est oppidum Asiæ, fecique periculum in avibus, quum ipse loco superiore trans halitum illum prospectassem. Quippe conclusus est in cisterna quadam, & supra ipsum exstructum erat theatrum. Is spiritus omnibus animantibus pestilens est, præterquam castratis hominibus: cujus rei causam equidem afferre nequeo: ea tantum sicut vidi, atque audivi, ita narro.*

Quæ oblitus fui inserere pag. 252. nimiâ ex festinatione atque inde ablepsiâ sunt verba Servii, ad hos Virgilii versus:

— — *Et medium freti pietate per ignem*
Cultores multâ premimus vestigia pruinâ;

Sed Varro ubique expugnator religionis [superstitionem per hanc vocem indicare vult] *ait, cum quoddam medicamentum præscriberet: Eo uti solent Hirpini, ambulaturi per ignem medicamento plantas ungunt.* Neque aliter cogitandum est de mulieribus in Cappadociæ Castabalis ad Dianæ Perasiæ fanum; quarum ita Strabo, in Cappadociæ descriptione, me-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

meminit: οὐ πολὺ δὲ ἀποθεν ταύτης ἐστὶ τά τε Καστάβαλα, & τὰ Κύβιστρα, ἔλη μᾶλλον τὰ ὄρεσι πλησιάζοντα πολίσματα· ὧν ἐν τοῖς Καστάβάλοις ἐστὶ τὸ τῆ Περασίας Ἀρτέμιδος ἱερὸν, ὅπου φασὶ ταῖς ἱερείαις γυμνοῖς τοῖς ποσὶ διὰ ἀνθράκιὰς βαδίζειν ἀπαθεῖς. *Haud procul inde Caſtabala ſunt, & Cybiſtra, oppida montibus jam propinquiora. Apud Caſtabala autem Perafiæ Dianæ fanum eſt, ubi* AJUNT *fœminas ſacerdotes illæſis pedibus per prunas ambulare.*

Sic quoque exciderunt illa quæ pag. 380. jam Summario inſerta, etiam pag. 386. poſt Oraculum jam demortui Auguſti, inſerta volueram, de Oraculis Marci Antonini; quorum ita meminit Capitolinus: *Denique hodieque in multis domibus M. Antonini ſtatuæ conſiſtunt inter deos penates: nec defuerunt homines, qui ſomniis eum multa prædixiſſe futura & vera concinuerunt. Unde etiam templum ei conſtitutum, dati Sacerdotes, Antoniniani & ſodales & flamines, & omnia quæ de Sacratis* [vel, ut Salmaſius legi vult, *deſecratis*] *decrevit Antiquitas.* Ad quæ certe non male (qui fere nunquam male) Caſaubonus notat: *Videtur ſignificare ſolitam in Marci templis exerceri* τὴν δι' ἐγκοιμήσεως μαντικὴν: *conſultoreſque inibi incubantes ſomnia captaſſe; ut in Æſculapii templis, & aliis quibuſdam, fieri ſolitum.*

Digniſſima verò ſunt ut his addantur illa, quæ Celeberrimus D. Jac. Triglandius, in Academia Lugduno Batava S.S. Theologiæ Profeſſor, in aureis illis *Conjectaneis de Dodone*, cap. IV. ſect. 6. & 7. affert: quæque æque Celeberrimus Jac. Gronovius Volumini Quarto *Theſauri* ſui *Græcarum* Antiquitatum (pag. 320.) inſeruit. Sunt autem hæc ſequentia: VI. *Quando jam de fatidicis hiſce fœminis ſermo inſtitutus eſt, haud erit abs re noſtra alienum, hujus Oraculi, quouſque conjectando aſſequi licet, methodum paulo propius ſpeculari. Quod hiſtoriæ ſilent, & illæ celatum quam maxime cupiverunt, quo modo quibuſque technis totius orbis illuderent credulitati aſtutiſſimæ, nemiquam ſimplices,* COLUM-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

BÆ, *exponere aliquatenus; nam plene id demonſtrare altum apud antiquos ſilentium, mille* τᾶ μυθοτέχνα *artes, & varians ſæpe Hiſtoricorum relatio nequaquam permittunt. Sunt qui* LEBETEM *vaticinatum volunt; alii* COLUMBAS. *Multo autem maxima & ſanior pars Sacræ* QUERCUI *vindicat hanc prærogativam. Pauſanias* ACHAICIS *lib.* VII. Ἠπειρῶται αἱ πέλειαι, ἐκ δὲ ἐκ δρυὸς μαντεύματα μετέχειν μάλιστα ἐφαίνετο τᾶ ἀληθείας. *Apud Epirotas Columbæ, & ex Quercu Oracula maximè videbantur veritati affinia. Lebetem non contemnendis, ut quidem videtur, argumentis ab hoc munere cap. II. §. 7. 8. excluſimus. Reliquæ duæ ea conciliari ratione queant, quòd vaticinium partim è quercu, tanquam primariâ Oraculi ſede; partim ab his Vatibus columbis, ſed velut arboris interpretibus, proficiſceretur. Quotiens igitur quiſpiam conſulturus Jovem Dodonæum ad interiora admittebatur, ſacra illa vetuſtiſſimaque, ſeu* QUERCUS, *ſeu* FAGUS, *nam idem eſt genus, primo* MOVEBATUR. *Suidas:* εἰσιόντων τᾶ μαντευομένων ἐκινεῖτο δῆθεν ἡ δρύς. *Mota mox varium* EDEBAT SONUM ἠχᾶου. *Hunc vero ſonum obtrudebant ſuperſtitioſiſſimæ turbæ pro Jovis reſponſo. Hoc freti canone, quem erant commenti, quod* αἱ τᾶ δαιμόνων φωναὶ ἄνορθραί εἰσι, DEORUM VOCES SUNT INARTICULATÆ, *cui ex tonitru (Dei* VOCE *Pſalm. XXIX.) colorem forte quærebant. Quas voces cum rogator audiret quidem, nullus vero intelligeret, præſto aderant hæ Sacerdotes, quæ, velut Arcanorum Jovis & linguæ* Δαιμόνων *peritæ, iſtas pro re nata, ut perſonis, tempori, rebus convenire, pro verſutia & antegreſſa indagine judicabant, conſulto interpretarentur. Formula eadem erat quæ Moſis & Prophetarum,* τάδε λέγει ὁ ΖΕΥΣ, HÆC DICIT JUPITER; *ut illi* נאם יהוה.

§. VII. *Quonam autem artificio procurarent, ut* INTRANTIBUS *qui reſponſa petebant,* ARBOR COMMOTA SONARET, *ipſæ optime dixerint. Si licet conjicere, hunc fieri potuit*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

potuit in modum; ut aliquis sive mulier, sive vir, aut in densissimis arboris ramis, aut cavo potius trunco absconditus, quateret quercum. Vel si argutior fuerit sonus, sistro, familiarissimo in hac religione atque Ægyptiis instrumento, artificiosum ederet sonum, ab his Vatibus pro lubitu explicandum. Occasionem sic suspicandi dedit HERODOTUS *de ramorum* FRONDIBUS, *qui primam inventricem* ἱζομένην ἐπὶ φηγὸν, INSIDENTEM FAGO *inducit, & Scholiastes Sophoclis ad versum* 174. TRACHIN. ὑπεράνω δ' ἐν Δωδώνῃ μαντεῖα, δύο ἦσαν πέλειαι δι' ὧν ἐμαντεύετο ΖΕΥΣ, &c. *Supra Oraculum in Dodone, duæ erant columbæ, per quas Jupiter vaticinia edebat. De trunco autem suspicionem movit* HESIODUS *in Eoïs:*

Τὴν ΖΕΥΣ ἐφίλησε & τὸ ἀγητήριον εἶναι
Τίμιον ἀνθρώποις, ΝΑΙΟΝ Δ'ΕΝ ΠΥΘΜΕΝΙ ΦΗΓΟΥ
Ἔνθεν ἐπιχθονίοις μαντεύματα πάντα φέρονται.

Hanc (DODONAM) *Jupiter ita amavit ut voluerit æstimatissimum illic esse hominibus* ORACULUM HABITANS IN FUNDO FAGI, *unde terrigenæ omnia reportant vaticinia. Et hoc magis se probat mihi quam illud* ὑπεράνω Μαντεῖα SUPRA ORACULUM, SCHOLIASTÆ SOPHOCLIS. *Non modo quoniam longe præstantior est auctor* HESIODUS; *& in numero Sacerdotum* πελειῶν, *quas* DUAS *ponit, cum* TRES *fuerint teste* STRABONE *aliisque,* SCHOLIASTES *manifesto deceptus, in reliquis æque potuerit falli: sed maxime quoniam tutiores in caudice latebræ, magisque ad impostoras accommodatæ, &c.*

Addamus & hisce quæ idem Celeberr. Vir inter alia, cap. VI. §. 1. habet: *Firmiter tenendum est summo in gradu, & loco principe, fuisse tres illas mulieres* πελειάδας. *Non tamen ab altera parte committendum, ut ab* Ἀντιλήψεων *& adjutorum officio* VIRI *penitus excludantur. Multa erant in quibus fœminæ per se impares virorum ingenium, robur, sapientiam, & manus poscebant. Mactanda sacrificia, speculanda Consulentium voluntas atque arcana, pangenda ex tempore*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

pore carmina, & id genus alia plurima, quæ effecerunt ut THEBIS, *hujus Oraculi matre & πρωτοτύπῳ, in* LYBIA, *& DELPHIS ejus velut Sororibus (nam* DODONEÆ *mulieris* LYBICAM *Herodotus appellat* SOROREM *lib. II. c. 56.) in ministerio templi* VIROS *etiam inveniamus. Quin* MARES *Sacerdotes Dodonæ,* BOEOTIS *saltem, responsa fatidica dedisse,* EPHORO *lepidam narranti Historiam credidit Strabo lib. VIII. de Bœotia.*

Plura quidem his nunc allatis superaddi possent: ut ex. gr. ad pag. 309. illa, quæ Juvenalis Satyra VI. de Sortilegis, aliisque hujusmodi scurris fatiloquis, in Circo, alibique, communi vulgo ac fœminis illudentibus, habet; aliaque præterea plura: sed credo hæc Lectori suffectura; ac curandum mihi est ne nimis longo ac tædioso præloquio, ipsum nimis diu ab ipsius operis lectione detineam.

Hoc tamen adhuc addam de vitiis typographicis, quæ vel typothetarum errore; vel correctoris, vel denique mei ipsius, ablepsia irrepsere; illos à lectore paulo magis attento faciliùs corrigi posse. Interim & hæc monere debeo, pag. 303. lineâ II. delenda esse verba, *Atque imprimis*; sicut & deleri debere parenthesin illis proxime subsequentem. Præterea, pag. 440. ubi lineâ, 19. male habetur *minima*, legendum esse NUMINA: ac pag. 257. ubi de Oraculo Mercurii, quod Pharis Achaicis fuit, sermo est, versionem verborum ϖρὶ ἑσπέρας festinatione nimia omissam esse; adeoque ibi, lineis antepenultimâ ac penultima, legendum esse, *qui Deum circa vesperam consulturus venit*; vel *consultum veniunt*. Ostendunt enim ista, eos qui modò Oraculum illud consuluerant, *jam obortis tenebris è foro* (adeoque à Mercurii statua) *abiisse*; atque *in tenebris* (ita ut unde aut à quonam prodierit vox illa, quæ Responsi vice fungebatur, visu percipere nequirent) *manus auribus amovisse*; atque sic verba illa, quæ tum primum ipsis audiebantur, pro Oraculi Responso accepisse.

Καὶ ταῦτα μὲν δὴ ταῦτα.

DE



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

rum hîc contentarum
explicatio.

teriori parte tabulæ ſtant
& *Hypocriſis* & *Ambitio*;
bitio fere latet poſt alias iſtas:
s *Hypocriſis* catenis ſibi de-
habet *Credulitatem* ſemper
m, cuique aſſeclæ cujuſcum-
is ac conditionis ſtant a ter-
ſt & cæcam *ſuperſtitionem*,
s, ſeu *Deceptio*, pro veris
us, umbras tradit in manus;
gratanter accipit: dum ſimul
, quæ nihil ipſa ſcrutatur,
his atque *Hypocriſeos* pedes,
m verba jurat. Magis pro-
conſpectui dant Oracula,
ii, Dodones, Apidis, &c.
iſta *ſeptum*; ad cujus portam,
itatis eſt, Virtutes *Pruden-*
nſtantia, victoribus illorum
viam oſtendunt ad veram
m ac *Sapientiam* indeque ad
eatitudinem: ad quam illos
ucunt *Doctrina*, *Religio*,
a, *Fortitudo*, *Spes* alæque
quæ illos ſimul adjuvant.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
366 F 33

Figurarum hîc contentarum explicatio.

IN anteriori parte tabulæ ſtant *Fraus* & *Hypocriſis* & *Ambitio*; quæ *Ambitio* fere latet poſt alias iſtas: ex quibus *Hypocriſis* catenis ſibi devinctas habet *Credulitatem* ſemper mutabilem, cuique aſſeclæ cujuſcumque ætatis ac conditionis ſtant a tergo: ſicut & cæcam *ſuperſtitionem*, cui *Fraus*, ſeu *Deceptio*, pro veris corporibus, umbras tradit in manus; quas illa gratanter accipit: dum ſimul *ſegnities*, quæ nihil ipſa ſcrutatur, ad *Fraudis* atque *Hypocriſeos* pedes, in ipſarum verba jurat. Magis procul ſeſe conſpectui dant Oracula, Trophonii, Dodones, Apidis, &c. At ultra iſta *ſeptum*; ad cujus portam, quæ *Veritatis* eſt, Virtutes *Prudentia* ac *Conſtantia*, victoribus illorum errorum viam oſtendunt ad veram *Doctrinam* ac *Sapientiam* indeque ad veram *Beatitudinem*: ad quam illos porro ducunt *Doctrina*, *Religio*, *Conſtantia*, *Fortitudo*, *Spes* alæque virtutes; quæ illos ſimul adjuvant.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

DE ORACULORUM ETHNICORUM ORIGINE ATQUE AUCTORIBUS.

CAPUT I.

Origo Oraculorum apud Ethnicos; post cujus brevem tractationem transitur ad illam de Dæmoniis eorumque operationibus circa Oracula aliaque vaticinia; atque hinc, quomodo primorum seculorum Christiani applicarint Diabolis illa, quæ Ethnici sive serio, sive ridendi, oblectandique sese & alios causâ, de Dîs ac Dæmoniis suis confinxerant; quamvis hi Christiani circa Hystaspem, Sibyllas, similisque commatis vates, inter se maxime discrepaverint. Qua occasione etiam de Socratis Sapientia, ex Apollinis de ipsa Responso, disseritur, &c.

SI in originem atque auctores inquiramus Oraculorum (quæ à Græcis aptius χρησήρια appellantur) ab origine Idololatriæ, tam hi quam illa, repeti debent: inde enim certissime fluxerunt. Ex doctrina quippe Dæmonum, seu Dæmoniorum, tum bonorum tum malorum, sicut Idololatria ortum suum habuit, ita & omina & prodigia & ostenta, & cætera cuncta præsagia,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

prædictioneſque ſeu vaticinia, ac denique Reſponſa Deorum; ſeu per inſomnia, aut viſa nocturna ſeu per Oracula in templis, vel aliter, quocunque tandem modo, data: quæ ut numinum Monita à credulo popello, aliquando & ab ipſis Regibus ac Principibus excipiebantur; dum iſta, quandoque & in horum gratiam à Sacerdotibus confingerentur, ac ſuperſtitione captis hominibus obtruderentur.

Homines nimirum vafri, ſive Auctores, ſive fautores hujus Idololatriæ, indeque natarum ſuperſtitionum, propriique commodi, honoris atque auctoritatis cupidi, talia commenti ſunt; ſibique ex illis auctoritatem illam parantes, ut inde Interpretes Deorum, Divinæque voluntatis crederentur, Sacrificia quoque hinc varia commenti fuere ac multiplicarunt, atque ut hiſce præficerentur callide perfecerunt; adaugendo ſemper ulterius ſuperſtitiones, quibus facile imperitorum mentes decipere valuerunt; imprimis ſi & miracula, & apparitiones Divinæ, perque has aut bonorum promiſſa, aut malorum comminationes acceſſiſſent, quibus aut procurandis, aut averruncandis, munera ac Sacrificia Dis oblata adjumento vel impedimento eſſe confingerentur.

Ut autem hinc Dîs, Dæmonibus, atque Heroibus, Sacrificia ac victimæ offerebantur, ſic & inde non minima pars cedebat Sacerdotibus; qui præterea & de tertia parte, quæ credulis Sacrificantibus cedebat, cum iſtis, pro copia ac lautitia victimarum, ſplendide epulabantur; cum nullum Sacrificium (id illis ita procurantibus) ſine epulo eſſet. Quæ uti ex Athenæo, aliiſque, ſatis clare apparent, ſic quoque non obſcure ex hiſce Ovidii, in fabula de Cæneo, verſibus:

Cujus ut impoſuit proſecta calentibus aris
Et Dis acceptus *penetravit ad æthera* nidor,
Sacra *tulere ſuam,* pars *eſt data* cætera *menſis.*
Diſcubuere toris proceres: & corpora toſtâ
Carne replent, vinoque levant curaſque ſitimque, &c.

Hinc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Hinc enim & illud Euripidis in Jone:

βωμοί μ' ἔφερβον, ἀπτών τ' ἀεὶ ξένος.

Aræ me aluerunt, & ſemper accedens hoſpes.

Quin & Hebræorum Sacerdotes pectus & armum dextrum [quod tum Exodi cap. 29. tum in Levitico plus ſemel dicitur] accipiebant ſibi.

Nec eſt quod credamus Gentilium Sacerdotes hic magis religioſos fuiſſe filiis Eli, qui, invitis ſacrificantibus, ſibi potiores partes ſumebant.

Hiſce igitur lucroſum erat, ſi ſæpius illa Sacrificia iterarentur: unde & ſæpe conſultoribus obſtacula (per prodigia, quandoque per oſtenta, at frequentius per mala, ex extiſpiciis, omina) obveniebant, quo minus aut ulla, aut ſatis bona atque exoptata, à numinibus fatidicis obtinerentur Reſponſa: quæ propterea crebro iteratis Sacrificiis erant impetranda.

Etenim ſi triſtia, vel mala, votiſve contraria Reſponſa fuiſſent reddita, id peccatis conſultorum, vel ſaltem errori huic illive circa ſacrificia ipſorumve ritus, tribuebatur; Deos, ſcilicet, à bono erga ipſos propoſito avertentibus; unde & placamenta, averruncandis iſtis malis, Deorumve minis, vel ſilentio, per iteranda, vel etiam adaugenda, ſacrificia, injungebantur.

Sin vero vice mali jam ante prædicti, aliquid boni obveniſſet, id precibus Sacerdotum, aliiſque ipſorum interceſſionibus, adſcribebatur, ut per quæ illi mala iſta averruncaſſent. Ita ut inde non uſque adeo gravis jactura eſſet, ſi res quandoque, imò frequentius, aliter cecidiſſet, quam prætenſo Numinis Reſponſo prædictum fuerat: quod per talia figmenta ſe ſartos tectoſque conſervarent, ne tantillum quidem imminutâ apud populum ipſorum gratiâ aut auctoritate; eo quod Dîs illa, vel Dæmonibus, vel Heroibus, non piis iſtis Sacerdotibus, tribuerentur tam illa quæ infelicem atque adverſum,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

quam ista quæ felicem exoptatumque exitum sortita erant; etiam contra manifesta Oraculorum Responsa? ob causas nempe multiplices, quas his Sacerdotibus facile erat, apud credulam ex superstitione multitudinem, comminisci.

De quorum Deorum, Dæmonum atque Heroum [namque & his quandoque potestas erat, per Oraculorum operta futura prædicendi; eorumque χρησήρια, sicuti Deorum ac Dæmonum, tum diu ante, tum diu quoque post Salvatorem nostrum natum, locum habuere] Origine, ac circa Oracula reddenda potestate, videantur illa quæ cap. 1. 2. & 3. Dissertationis de Origine Idololatriæ ac superstitionum disserui. Quibus & hæc olim à me posita accedere possunt; licet plenius ac curatius illa capitibus modo memoratis explicaverim.

De Dæmonibus igitur ipse Plato, in Epinomide, loquitur in hunc modum: Θεὸς ἦ γὰ τὰς ἑρατὰς, μεγίστας καὶ πιμωτάτας, καὶ ὀξύτατον ὁρῶντας πάντη, τὰς πρώτας τῶ τ ἄερων φύσιν λεκτέον, καὶ ὅσα μὴ τάτων αἰσθανόμεθα γιγνόμενα. μὴ ἦ τάτας, καὶ ὑπὸ τάτοις ἐξῆς, δαίμονας· ἀέριον ἦ γένος, ἔχον ἕδραν τρίτον ἀπὸ μέσω, τ ἐρμηνείας αἴτιον δίκαις πιμᾶν μάλα χρεών, χάριν τ δ' ὄφήμα διαπορείας. τ ἦ δύο τάτων τὰτ' ἐξ αἰθέρος, ἐφεξῆς τε ἀέρος, ἃ διορῶμεν ὅλον, αὐτῶν ἑκάτερον εἶναι· παρὸν ἦ νῶν ἴσον, ἃ καπάδηλον ἡμῖν γίνεται. μετέχοντα ἦ φρονήσεως θαυμαστῆς, ἅτε γένος ὄντα δύναθές τε καὶ μνήμονος, γιγνώσκειν μὲν ξύμπασαν τὴν ἡμετέραν αὖτε διάνοιαν λέγωμεν. καὶ τὸν τε καλὸν ἡμῶν καὶ ἀγαθὸν ἅμα θαυμαστῶς ἀσπάζεσθαι, καὶ τ σφόδρα κακὸν μισεῖν, ἅτε λύπης μετέχοντα ἥδη. θεὸν μὲν γὰ δὴ τὸν πάλαι ἔχοντα τ θείας μοίρας, ἔξω τάτων εἶναι, λύπης τε καὶ ἡδονῆς· ἔ ἦ φρονεῖν καὶ ἔ γιγνώσκειν κ πάντα μετειληφέναι. καὶ ξυμπαλήρης ἦ ζώων ἑρανὸ γεγονότος, ἑρμηνεύεσθαι πρὸς ἀλλήλους τε καὶ τὰς ἀκροτάτας θεὰς πάντας τε καὶ πάντα, διὰ τὸ φέρεσθαι τὰ μέσα τ ζώων ἀπὸ τῶ γῆ καὶ ἀπὸ τ ὅλον ἑρανόν, ἐλαφρᾶ φερόμενα ῥύμη. τὸ ἦ ὕδατος πέμπτον, ὃν ἡμίθεον ἀπεικάσειεν ἄν τις, ὀρθῶς ἀπεικάζων, ἐξ ὧτ γεγονέναι. καὶ τᾶτ' εἰ, τοτὲ μὲν ἐρώμενον, ἄλλοτε ἦ καὶ ἀποκρυφθέν, ἄδηλον γιγνόμενον, θαῦμα κατ' ἀμυ-

ἀμυδρὰν ὄψιν παρεχόμενον. τούτων δὴ τῶν πάντα ὄντως ὄντων ζώων, ὅπη ἡμῖν ἐνέτυχον ἡμῶν, ἢ καθ' ὕπνον ἐν ὀνειροπολίᾳ προσυχόντες, ἢ καὶ φήμας τε καὶ μαντείας λεχθεῖσιν ἐν ἀκοαῖς ἰηκούσιν ἢ καὶ κάμνουσιν, ἢ καὶ τελευτῇ βίᾳ προσυχέσι γιγνομένοις, ἰδίᾳ τε καὶ δημοσίᾳ δόξαις προσφιλονικίαις ὅθεν ἱερὰ πολλὰ πολλῶν γέγονε, τὰ ἢ γένεσεται· τούτων πάντων νομοθέτης, ὅσις νῦν κέκτηται καὶ τὸ βραχύτατον, ὅποτε μὴ πολμήσῃ καινοτομῶν, ὅπῃ θεοσέβειαν, ἥτις μὴ σαφὲς ἔχει τι, τρέψαι πόλιν ἑαυτοῦ.

Visibiles itaque Deos maximos, summopereque honorandos acutissiméque undique cuncta videntes ac primos, naturam astrorum ac quæ cum astris facta sentimus, fatendum. Deinceps vero sub his Dæmones genus aëreum in tertiâ mediaque regione, qui interpretationis causâ sunt, collocatos, orationibus colere, gratia, laudabilis intercessionis interpretationisque, debemus. Horum quidem duorum animalium alterum ex æthere, alterum deinceps ex aëre est. Ac neutrum conspici totum potest: sed quamvis hi Dæmones prope nos sint, nunquam tamen manifeste nobis apparent. Prudentiæ mirabilis participes sunt: acuto quippe ingenio, tenacique memoriâ cogitationes nostras omnes cognoscunt. Honestos bonosque homines mirifice diligunt, improbos vehementer oderunt, utpote qui doloris participes sunt. Sed Deus, qui divinam sortem perfectè possidet, à doloribus voluptatibusque liber sapientia cognitionéque penitus fruitur. Cum autem refertum animalibus cælum sit, & Dii summi & Dæmones sè invicem interpretantur. Media enim animalia cum ad terram, tum ad cælum levi motu feruntur. Quintum verò quod ex aquâ est, rectè semideum vocabimus. Id nonnunquam cernitur, nonnunquam aspectui nostro se subtrahit, & cum videtur, tenui visu perceptum admirationem affert. Cum igitur quinque hæc animalia sint, quæ aut SOMNIIS *aut* VATICINIO, *audituque* PER VOCEM *sanorum, aut ægrotantium auribus percepta, aut etiam in ipso è vita excessu nobis sese*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

offerentia, noſtros animos movent, unde multis ſacra & privatim & publicè his opinionibus inſtituta ſunt, inſtituunturque in poſterum: horum omnium Legiſlator, qui vel minimum mentis habeat, nunquam aliquid innovabit.

Alibi autem, nempe in Cratylo, Heroas nominat: quos cum Semideis unos eoſdemque eſſe ſtatuit: cujus ſententiæ quoque Heſiodum laudat auctorem Plutarchus; ubi in libro de Oraculorum defectu, de Diis ac Dæmonibus ita loquitur: Ἑλλήνων ἢ ὅμηρος μὲν φαίνεται κοινῶς ἀμφοτέροις χρώμενος τοῖς ὀνόμασι, καὶ τὸς θεὸς ἐστιν ὅτε δαίμονας προσαγορεύων· Ἡσίοδος ἢ καθαρῶς καὶ διωρισμένως πρῶτος ἐξέθηκε τὸ λογικῶν τέτταρα γένη, θεὸς, εἶτα δαίμονας πολλὸς καὶ ἀγαθὸς, εἶτα ἥρωας, εἶτα ἀνθρώπους, τὸ ἡμιθέων εἰς ἥρωας ἀποκεκληθέντων. ἕτεροι ἢ μεταβολὴ τοῖς τε σώμασιν ὁμοίως πιθοῦσι καὶ ψυχαῖς, ὥσπερ ἐκ γῆς ὕδωρ, ἐκ ἢ ὕδατος ἀὴρ, ἐκ ἢ ἀέρος πῦρ γινόμενον ὁρᾶται, τὸ ἀσίας ἄνω φερομένης· ἕτως ἐκ μὲν ἀνθρώπων εἰς ἥρωας, ἐκ ἢ ἡρώων εἰς δαίμονας, αἱ βελτίονες ψυχαὶ τὴν μεταβολὴν λαμβάνουσιν· ἐκ ἢ δαιμόνων ὀλίγαι μὲν ἔτι ζοφερῷ πολλῷ δὲ λήθης καθαρθεῖσαι παντάπασιν θεότητος μετέχουσιν.

Ac de Græcis quidem Homerus promiſcuè nominibus uti videtur, & Deos nonnunquam Dæmonum nomine afficere. Heſiodus autem princeps dilucidè ac diſtinctè 4. genera animantium ratione præditorum explicavit: primum Deos, mox Dæmonas multos ac bonos, deinde Heroas, poſtremo homines; unde mutationem ducere videtur, aurei quidem generis in Dæmanas multos bonoſque, Semideis in Heroum partem ſecretis, &c.

Nulli hîc adhuc comparent mali Dæmones. Ita ut debuerit Plato Oracula, Divinationes ac Vaticinationes bonis iſtis, quos ponit in Epinomide, Dæmonibus adſcribere. At malos ipſum quoque ſtatuiſſe teſtis eſt idem Plutarchus in eodem Dialogo de Orac. defectu: Πρὸς τοῦτα ὁ Ἡρακλέων ὁ σωπῇ διανοούμενός τι πρὸς αὐτὸν, Ἀλλὰ φαύλους μὲν (ἔφη) δαίμονας οὐκ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

οὐκ Ἐμπεδοκλῆς μόνον, ὦ Ἡρακλέων, ἀπέλιπεν, ἀλλὰ καὶ Πλάτων καὶ Ξενοκράτης καὶ Χρυσίππω. ἔτι γ' Δημόκριτος, ἀγχόμφω δι-λόγχων εἰδώλων τυγχάνειν, ἢ δῆλός ἐστι καὶ ἕτερα δυσφάτελα καὶ μοχθηρὰς γνώσκων ἔχοντα προαιρέσεις πινὰς καὶ ὁρμάς.

Quum, quid ad hæc Heracleon posset, tacitus secum cogitaret, ad eum Philippus, atqui maleficos, inquit, Dæmonas esse, mi Heracleon, non solum Empedocles scriptum reliquit, verum & PLATO, Xenocrates, & Chrysippus: Sed & Democritus, quum salutares & faustas imagines sibi precibus optat, satis indicat alias se importunas ac diras novisse:

Hanc de malis Dæmonibus opinionem sequuntur & recentiores Platonici, Porphyrius, Jamblichus, cæteri. E quibus Porphyrius apud Eusebium lib. 4. ac 5. imò & 6. præparat. Euangelic. id perpetuo ferè inculcat: Atque ab Hecate ac Serapide similibusque Oracula proficisci contendit: neque ab ullis aliis quam à malis Dæmonibus prodire illa concedit. Imo & Hecaten & Serapin non solum inter malos Dæmonas ponit; verum etiam illorum esse principes asserit, sub finem libri quarti: ubi & Oraculum quoddam Hecates producit. Ita autem ibi loquitur capite penultimo: Διὰ μὲν τ̃ ἐναντίων [δαιμόνων] καὶ ἡ πάσα γοητεία σκηπτεῖται· τάττοις γὰρ μάλιστα καὶ τ̃ προεστῶτα αὐτῶν σκήπτουσιν, οἱ κακοὶ διὰ τ̃ γοητειῶν ἀφεστηκότες. πλήρεις γὰρ πάσης φαντασίας ἔστι, καὶ ἀπατῆσαι ἱκανοὶ διὰ περιεργίας· διὰ τούτων φίλτρα καὶ ἐρωτικὰ κατασκευάζουσιν οἱ κακοδαίμονες· πᾶσα γὰρ ἀπλασία, καὶ πλάνων ἐλπὶς, καὶ δόξης ἀπὸ τούτων, καὶ μάλιστα ἡ ἀπάτη. τὸ γὰρ ψεῦδος τάττοις οἰκεῖον. Βάλλονται γὰρ εἶναι θεοὶ, καὶ ἡ προεστῶσα αὐτῶν δύναμις δοκεῖν θεὸς εἶναι ὁ μέγιστος. ἔστι οἱ χαίροντες λοιβῇ τε κνισῇ τε, δι' ὧν αὐτῶν τὸ πνευματικὸν παίνεται. Ζῇ γὰρ τοῦτο αἵμοις καὶ ἀναθυμιάσεσι, καὶ ποικίλως διὰ τ̃ ποικίλων, καὶ δυναμοῦται ταῖς ἀπ' τ̃ αἱμάτων καὶ σαρκῶν κνίσσαις. *Per contrarios* [*Dæmones*] *omnes etiam præstigiæ perficiuntur. Hos enim præcipuè, & præsidentem ipsis, venerantur, qui mala venefi-*

ciis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

ficiis & incantationibus procurant. Pleni enim spectris imaginibusque sunt, & ad decipiendum prodigiosis fallaciis apti. Per hos illecebras & amatoria veneficia homines conficiunt. Omnis enim intemperantia, omnis divitiarum spes, & gloriæ, per hos existit; & præcipuè deceptio: quippe cum mendacium ipsis proprium sit. Cupiunt enim Dei haberi: & quæ præsidet ipsis potestas videri Deus esse maximus vult. Isti sunt QUI LIBATIONE ET NIDORE OBLECTANTUR, *quibus spirituale ipsorum corpus pingueſcit. Vivit enim id vaporibus & suffimentis, & ex variis, vario modo, nidoribus & sanguine & carnibus corroboratur.* Sic & ultimo cap. ejusdem libri quarti.

Τὰς δ' πονηρὰς δαίμονας οὐκ εἰκῆ ὑπὸ τ Σάραπιν ὑποπλάττομεν, &c. Quæ modò indigitata sequuntur ibi, longa nimis ut hisce annectantur. Quare eo se conferat Lector horum paulo curiosior indagator. Plurima enim in istis libris nobis conservavit ex Porphyrio, ex Onomao, aliisque pluribus antiquis Scriptoribus, quæ mihi dignissima lectu videntur, Eusebius.

Jamblichus autem, uti ipsum in linguam Latinam conversum adducit Fernelius noster, lib. 1. cap. 11. *de Abditis rerum causis*, de ipsis ita loquitur: *Dii, angeli, dæmones boni, non apparent phantastico modo, sed proprio prorsus & vero: Spiritus verò mali phantastico fallacique, simulant Deorum præsentiam dæmonumque bonorum, ideoque cultorem suum jubent esse justum, ut ipsi videantur boni sicut & Dii. Quoniam verò natura sunt mali, rogati mala inferre, libenter inferunt, atque nobis ad injusta conducunt. Hi sunt omninò* QUI ET IN ORACULIS MENTIUNTUR ET FALLUNT, *& turpia consulunt ac peragunt. Dii verò bonique Dæmones, neque fallunt unquam neque conferunt ad iniqua. Est insuper malorum natura Dæmonum sibimet inconstans, instabilis, secumque dissidens, aliàs alia suadens. Superiorum verò natura sibi constat assiduè, eundemque servat semper*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

per in actione tenorem. Quæ non ſolum cum præcedentibus, ex Porphyrio allatis, concordant; ſed & optimè cum cæteris illis, quæ ex ipſo, de illorum Oraculis, adducit Euſebius, at nimis diffuſe, uti dictum, quam ut hìc commodè afferantur.

Hæc autem quam falſè ſimul ac lepide rideantur à Luciano, tam in ipſius Philopſeude, Icaromenippo, libello de Sacrificiis, atque in aliis ipſius opuſculis, ibi locorum inſpicere multis credo neque inutile neque injucundum fore.

Sed ab Ethnicis Philoſophis (Poëtas enim nullos adduxi, utpote qui delectationis ergo, non ſerio de Diis ac Dæmonibus locuti ſunt, licet eam in rem à Plutarcho allegetur Heſiodus) tranſeamus ad Chriſtianos: qui omnes in hac re ſequuntur Platonicos; Athenagoras ſcilicet, Tertullianus, Minucius, Felix, Euſebius, Firmicus, alii:

Dum tamen circa Hermem Triſmegiſtum, Hyſtaſpen & Sibyllas, alioſque his ſimiles vates immane quantum inter ſe diſcrepent: ab una ſcilicet parte Juſtinus Martyr, ac Clemens Alexandrinus, ab altera vero Lactantius: atque ita quidem, ut primus eorum non timuerit aſſerere, malorum Dæmonum machinamentis effectum, ut, licet fruſtra, homines tam iſtius, quam SIBYLLARUM, lectione fruſtrarentur.

Sed ipſos illos jam dictos audiamus auctores: è quibus Juſtinus, in Apologia ſua ſecunda pro Chriſtianis, ita loquitur: Καὶ ἐνέργειαν ἢ τῶν φαύλων δαιμόνων, θανάτῳ κολάζεσθαι τοὺς τὰ ἐκείνων, ἢ Σιβύλλης, ἢ τῶν προφητῶν βιβλία ἀναγινώσκοντων, ὅπως διὰ τοῦ φόβου ἀποτρέψωσιν ἐμψυχάνοντας τοὺς ἀνθρώπους τῶν καλῶν γνῶσιν λαβεῖν, αὐτῆς ἢ δολοῦντας κατέχωσιν· ὅπερ εἰς τέλος οὐκ ἴσχυσαν πρᾶξαι. ἀφόβως μὲν γὰρ ἐ μόνον ἐντυγχανομένῳ αὐταῖς ἀλλὰ καὶ ὑμῖν ὡς ἐρῶτε, εἰς ἐπίσκεψιν φέρομεν. *Operam autem & inſtinctu malorum Dæmonum mortis ſupplicium adverſus librorum Hyſtaſpis, aut Sibyllæ, aut Prophetarum lectores conſtitutum eſt; ut per timorem homines ab illis, quominus*

ſcri-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

ſcripta illa legentes, rerum bonarum notitiam percipiant, ſed in ſervitute eorum retineantur, abſterreantur. Non enim abſque timore tantum hujuſmodi ſcripta legimus, verum etiam vobis inſpiciendum, quæ in iis traduntur, ut videtis, offerimus.

At Clemens Alexandrinus non minorem ſanè iis tribuit auctoritatem, dum ita lib. 6. Stromat. Ethnicos alloquitur: Δηλώσῃ τοῖς τῷ Πέτρῳ κηρύγμασι, ὁ Ἀπόστολος λέγων Παῦλος· Λάβετε καὶ τὰς Ἑλληνικὰς βίβλους. ἐπίγνωτε Σίβυλλαν ὡς δηλοῖ ἕνα θεὸν, καὶ τὰ μέλλοντα ἔσεσθαι· καὶ τὸν Ὑστάσπην λαβόντες, ἀνάγνωτε· καὶ εὑρήσετε πολλῷ τηλαυγέστερον καὶ σαφέστερον γεγραμμένον τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ, καὶ καθὼς συντάξιν ποιήσασι τῷ Χριστῷ πολλοὶ βασιλεῖς μισοῦντες αὐτὸν, καὶ τοὺς φοροῦντας τὸ ὄνομα αὐτοῦ, καὶ τοὺς πιστοὺς αὐτοῦ, καὶ τὴν ὑπομονὴν καὶ τὴν παρουσίαν αὐτοῦ, εἶτα ἐνὶ λόγῳ πανταχόθεν ἡμῶν, ὅλος ὁ κόσμος καὶ τὰ ἐν τῷ κόσμῳ πάντα, θεοῦ ἐστί;

Ultra prædicationem Petri, idem declarabit Sanctus Paulus dicens: LIBROSQUE GRÆCOS SUMITE, AGNOSCITE SIBYLLAM, QUOMODO UNUM DEUM SIGNIFICET ET EA QUÆ SUNT FUTURA; ET HYSTASPEM SUMITE ET LEGITE; ET INVENIETIS DEI FILIUM MULTO CLARIUS ET APERTIUS ESSE SCRIPTUM; ET QUEMADMODUM ADVERSUS CHRISTUM MULTI REGES INSTITUENT ACIEM, QUI EUM HABENT ODIO, ET EOS QUI NOMEN EJUS GESTANT, ET EJUS FIDELES, ET EJUS TOLERANTIAM ET ADVENTUM. *Deinde compendio interrogat nos:* NONNE TOTUS MUNDUS, ET OMNIA QUÆ SUNT IN MUNDO, DEI SUNT? Quibus aſtipulantur Hieronymus, Auguſtinus, ac Gregorius Nazianzenus.

Lactantius autem lib. 7. hæc ſequentia habet: *Hæc ita futura eſſe cum Prophetæ omnes, ex Dei ſpiritu, tum etiam Va-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Vates, ex inſtinctu Dæmonum, *cecinerunt. Hyſtaſpes enim, quem ſuperius nominavi, deſcripta iniquitate ſeculi hujus extremi, pios ac fideles à nocentibus ſegregatos, ait, cum fletu & gemitu extenſuros eſſe ad cœlum manus, & imploraturos fidem Jovis; Jovem reſpecturum ad terram, & auditurum voces hominum, atque impios extincturum. Quæ omnia vera ſunt præter unum, quod Jovem dixit illa facturum, quæ Deus faciet. Sed & illud, non ſine Dæmonum fraude ſubtractum eſt; miſſum iri à Patre filium Dei, qui, deletis omnibus malis, pios liberet: Quod Hermes tamen non diſſimulavit, &c.* Cujus ſuppoſititii, *Hermæ* verba tum ſtatim, (uti & *Sibyllarum*) affert.

Sed quis hic non ſtupeat, ſtupendam verè credulitatem iſtorum hominum, qui omnia alia, quæ detegendis Ethnicorum horrendis myſteriis abſurdiſque ſuperſtitionibus facerent, videntur exploraſſe, oculiſque acutiſſimis perluſtraſſe; cum in hac re atque huic ſimilibus appareat eos planè cæcutiiſſe!

Hyſtaſpes ille, ſi Dîs placet, *Hermes*, & Sibyllæ ſcripſerunt, imò potius Vaticinia cecinerunt de Chriſto, de ejus adventu, miraculis, doctrina, morte, reſurrectione, &c. quaſi accuratè narrarent Hiſtoriam, jam dudum geſtam & non plane ignotam inter homines; Prophetæ Judæorum è contra tam obſcure de hiſce rebus locuti ſunt, ut meritò dubites, an ipſi benè ceperint Prophetias iſtas, quas Deus Opt. Max. per eorum os hominibus Iſraëlis, populo ipſius electo, elocutus eſt! Et myſterium illud verè ſacrum, de quo Sanctus Paulus Epheſ. 3. v. 5. & 6. teſtatur: *Quod nullis aliis ſeculis declaratum ſit hominum generi, ut ſuo tempore patefactum eſſet Sanctis Dei Apoſtolis ac Prophetis, divina inſpiratione:* jam multis retro ſeculis, neſciente id eo viro, licèt Spiritus Sancti pleno, gentibus, per eorum Vates, liquidò ac manifeſtè declaratum erat! Ergo aut non legerat Apoſtolus Paulus adhuc Hyſtaſpem, nec Hermem, nec Sibyllas, (dum talia ſcriberet,)

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

licet alias, vir multæ lectionis, alleget contra Gentes ipsorum Vates Aratum, Menandrum & Epimenidem.

Aut si legerat & illos, nondum tamen crediderat eos de Christo Messia prophetasse, atque alia contraria revelatione id ei postea revelatum fuit. Quod quam probabile sit, æquus Lector judicet. Veneror sanè Patres eosque in multis, atque ob multas magnasque rationes, magni æstimo: At quis ferat hic ipsorum incogitantiam? ne quid liberius addam.

Justinus etenim & Clemens asserunt, eos Divino Spiritu quasi homines Dei, (de quibus Apostolus Petrus Epist. 2. cap. 1. v. 21.) prophetasse. Alius, nempe Lactantius, illa per Dæmonum, malorum scilicet, (nam nullos alias Dæmones agnoscunt primi Christiani,) virtutem eos prædixisse. Quam benè conveniunt hæc & in una sede morantur!

Ut autem revertamur ad Athenagoram, Tertullianum, Minucium, Eusebium, Firmicum, cæterosque primorum Seculorum Scriptores Christianos [nam Clemens Alexandrinus atque Origenes hic in diversa abeunt, nec, ut in sequentibus satis videbitur, sibi ipsis constant.] Hi plane eodem modo, atque iisdem penè verbis de Dæmonibus, ut ipsi Ethnici loquuntur. ex quibus Patribus, si solos Tertullianum ac Minucium adducam, id abunde in rem præsentem sufficere credo: Audiamus igitur primo, quid dicat Tertullianus in Apologetici cap. 22. *Sic & auctores interdum videri volunt eorum quæ annunciant, & sunt plane malorum; bonorum tamen nunquam. Dispositiones etiam Dei, & nunc Prophetis concionantibus excerpunt, & nunc lectionibus resonantibus carpunt. Ita & hinc sumentes quosdam temporum* SORTES, ÆMULANTUR DIVINITATEM, DUM FURANTUR DIVINATIONEM. IN ORACULIS AUTEM QUO INGENIO AMBIGUITATES TEMPERENT IN EVENTUS, *sciunt Cræsi, sciunt Pyrrhi. Cæterum testudinem cum carnibus pecudis, Pythius eo modo re-*

renunciavit, quo ſupra diximus; momento apud Lydiam fuerat. Habent de incolatu aëris, & de vicinia ſyderum, & de commercio nubium cœleſtes ſapere paraturas; ut & pluvias quas jam ſentiunt repromittant: benefici plane & circa curas valetudinum. Lædunt enim primò, dehinc remedia præcipiunt ad miraculum nova, ſive contraria poſt quæ deſinunt edere, & curaſſe creduntur. Quid ergo de cæteris ingeniis, vel etiam viribus fallaciæ ſpiritalis ediſſeram? Phantaſmata caſtrorum & aquam cribro geſtatam, & navem cingulo promotam, & barbam tactu irruffatam, ut numina lapides crederentur, & Deus verus ne crederetur.

Nec aliter Minucius Felix; qui in Octavio ſuo ait: *At nonnunquam veritatem vel auſpicia vel Oracula tetigere. Quamquam inter multa mendacia videri poſſit induſtriam caſus imitatus, aggrediar tamen fontem ipſum erroris, & pravitatis unde omnis caligo iſta manavit, & altius eruere & aperire manifeſtius. Spiritus ſunt inſinceri, vagi, à cœleſti vigore terrenis labibus & cupiditatibus degravati, &c.*

Ac paulò pòſt:

Quid Plato, qui invenire Deum negotium credidit, nonne & Angelos ſine negotio narrat & Dæmonas? & in Sympoſio etiam ſuo naturam Dæmonum exprimere connititur? Vult enim eſſe ſubſtantiam inter mortalem immortalemque, id eſt, inter corpus & ſpiritum mediam, terreni ponderis & cœleſtis levitatis admixtione concretam, ex qua movet etiam in nos procupidinem Amoris, & dicit informari & labi pectoribus humanis, & ſenſum movere & affectus fingere, & ardorem cupiditatis infundere. Iſti igitur impuri ſpiritus, Dæmones, ut oſtenſum à Magis & à Philoſophis & à Platone, ſub STATUIS ET IMAGINIBUS CONSECRATIS DELITESCUNT, *& afflatu ſuo authoritatem quaſi præſentis numinis conſequuntur; dum inſpirantur interim vatibus, dum fanis immorantur, dum nonnunquam extorum*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

rum fibras animant, avium volatus gubernant; SORTES REGUNT, ORACULA EFFICIUNT *falsis pluribus involuta. Nam & falluntur & fallunt, ut & nescientes sinceram veritatem, & quam sciunt, in perditionem sui non confitentes. Sic à cœlo deorsum gravant, & à Deo vero ad materiam avocant, vitam turbant, somnos inquietant, irrepentes etiam corporibus occultè, ut spiritus tenues; morbos fingunt, terrent mentes, membra distorquent, ut ad cultum sui cogant, ut* NIDORE ALTARIUM VEL HOSTIIS PECUDUM SAGINATI, *remissis quæ construxerant, curasse videantur.* Quibus tum miracula quoque addit de nave cingulo protractâ, &c.

Quæ prodigia si omninò credendum sit verè contigisse,

Credamus Tragicis & quidquid Græcia mendax
Audet in historia.

Cur enim non unà credamus, accidisse omnia illa prodigia, quæ à Livio, Dione, Valerio Maximo, Plinio, aliisque narrantur, de lapidibus aut sanguine pluviâ delapsis, de sanguineo sudore ex statuis emanante, similibusque innumeris factis, ut perhibebatur, prodigiis: imò quod & Romæ vacca (de asinis minus mirarer) humana voce loquuta sit hæc verba, *Roma cave tibi!*

At dicat aliquis, non ab omnibus ridetur, quod à te pro superstitione habetur ac nimiâ credulitate. Fateor: nam hæc Mœbius affert (ne alios quoque nominem) pag. 51. de Oraculorum Ethnicorum Origine: *Sicut etiam Deus os asinæ Bileami aperuit, ut vocem emitteret, & dominum suum de imprudenti facto admoneret Num.* XXII. v. 28. *Ita etiam hoc æmulatus est Satan, & sæpe* (NB.) *per bruta locutus est, hominesque de variis rebus commonefecit. Sic* CORVI HOMINIBUS ORACULA DARE, *illosque admonere soliti sunt, apud Clem. Alexandrinum. Sic canem locutum, & serpentem latrasse, cum pulsus esset regno Tarquinius, testis* [num

Ocu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Oculatus?] *est Plinius, lib. 8. Sic in Domitiano Suetonius scribit ita: ante paucos, quam occideretur, menses, cornix in Capitolio elocuta est; ἔφη πάντα καλῶς. Nec defuit qui ostentum ita interpretaretur;*

Nuper Tarpejo quæ sedit culmine cornix,
Est bene, non potuit dicere, dixit, erit.

Sic Livius bovem locutum esse refert: Roma cave tibi. Multa alia ad rem Vossius lib 3. de Idololatria. Non sufficit quippe hominibus hisce, per Oracula Diabolum esse locutum; per Bestias id etiam facere debuit! At quis præstabit nobis veritatem harum ac similium historiarum? Annon ferè æque tuto fidem adhibere queamus iis, quæ de hujusmodi prodigiis nobis quotidie, è Germania superiori aliisque regionibus procul dissitis, per quotidianas istas Novellas, sic dictas, afferuntur? ac per plateas, & fora credulæ multitudini cantantur, ac venditantur? Quis autem paulo nasutior, etiam è vulgo, talibus credit? Ego sanè æque facile mihi persuaderi patiar, Homerum ipsam (Iliad. 19.) prodidisse veritatem, quum caneret de Xantho Achillis æquo etiam Domino suo Oracula fundente; futura saltem prædicente, & pro sese ac socio conjugali Apologiam parante, omnemque ignaviæ culpam à se removere satagente. Neque obstet ultrà quo minus,

Corvos Poëtas, & Poëtriadas picas
Cantare credam Pegaseium melos.

Non immerito igitur Cicero, neque illepide aut insulse, Quintio Fratri respondit, talia objectanti: *Omitte igitur lutuum Romuli, quem in maximo incendio negas potuisse comburi: contemne cotem Attii Navii: nihil debet esse in Philosophia commentitiis fabellis loci.* Alibi autem eodem in libro de hujusmodi prodigiis atque ostentis: *Nam quod eodem tempore stellas aureas Castoris & Pollucis Delphis positas decidisse, nec usquam repertas esse dixisti: furum* [sive ipsorum sacerdotum sive aliorum] *id magis factum, quam Deorum*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

rum videtur. Simiæ verò Dodonææ improbitatem historiis Græcis mandatam esse demiror. Quid minus mirum quam illam monstrosissimam bestiam urnam evertisse, sorteis dissipavisse? & negant historici Lacedæmoniis ullum ostentum hoc tristius accidisse.

Quid non dixere Veteres Ethnici de Dæmonio Socratis? quid non & Christiani? At ex quibus ullius auctoritatis viris constat, talem Socrati affuisse Dæmonem assessorem; cum omnes id ex ore ipsius Socratis (aut Socraticorum, Chærephontis, aliorumque quibus id ipse Socrates dixerat) haurire debuerint?

Quæ de Oraculo Apollinis Socratem omnium hominum sapientissimum pronuntiantis, dixerunt, cum Platonicis, primitivæ Ecclesiæ Scriptores, ac post ipsos plurimi Neoterici, tam avidè arripuerunt, ex Platone & Xenophonte, atque his ipsis Patribus, ejusdem plane veritatis atque auctoritatis sunt. Et tamen hæc fabula pro verissima nunc ab omnibus ferè habetur ac decantatur historia: atque in omnium ferme hominum ore versatur; eò quod Plato ac Xenophon in scriptis suis id de Socrate testati sint: licet inter veteres non defuere, qui, (teste Plutarcho adversus Coloten) id pro fabula & insidiosa & fallaci & importuna habuerint, idque ita esse publicè asseruerint. Sed, quæso, videamus cui ac quali illa innitantur fundamento. Quæ Plato de ea re, sub persona ipsius Socratis, narrat, habentur in ipsius Apologia, suntque hæc sequentia: Τῆς γὰρ ἐμῆς, εἰ δέ τις ἐστὶ σοφία καὶ οἵα, μάρτυρα ὑμῖν παρέξομαι τὸ θεὸν τὸ ἐν Δελφοῖς. Χαιρεφῶντα γὰρ ἴστε δήπου, ὅτι ἐμὸς ἑταῖρος ἦν ἐκ νέου, καὶ ὑμῶν τῷ πλήθει ἑταῖρός τε, καὶ ξυνέφυγε τὴν φυγὴν ταύτην, καὶ μεθ' ὑμῶν κατῆλθε. καὶ ἴστε δὲ οἷος ἦν ὁ Χαιρεφῶν, ὡς σφοδρὸς ἔφ' ὅ, τι ὁρμήσειε, καὶ δή ποτε καὶ εἰς Δελφοὺς ἐλθὼν, ἐτόλμησε τοῦτο μαντεύσασθαι· καὶ ὅπερ λέγω μὴ θορυβεῖτε ὦ ἄνδρες. ἤρετο γὰρ δὴ εἴτις ἐμοῦ εἴη σοφώτερος. ἀνεῖλεν οὖν ἡ Πυθία μηδένα σοφώτερον εἶναι. καὶ τούτων ὧδε ὁ ἀδελφὸς ὑμῖν αὐτοῦ ὅδε σοι μαρτυρήσει, ἐπειδὴ ἐκεῖνος τετε-

τετελδυτήκε. *Profectò ſi qua mihi eſt ſapientia, qualis ea ſit, teſtem adhibebo Delphicum Deum. Chærephontem certè noviſtis. Ille familiaris mihi erat ab juventute, & Athenienſi populo amicus, & unà vobiſcum fugit fugam illam & ſimul (in urbem) reverſus eſt. Noviſtis planè qualis erat Chærephon, quam vehemens, quamcunque ad rem ſe convertiſſet. Hic ergo quandoque profectus in Delphos vaticinium id experiri auſus eſt. Ne graviter feratis, ô viri, quod in præſentiâ ſum dicturus. Interrogavit utique, an eſſet ullus me* SAPIENTIOR. *Reſpondit Pythia, ſapientiorem eſſe neminem. De his quidem ipſius frater vobis teſtificabitur. Nam ipſe Chærephon vitâ functus eſt.* Ita Platonis verba vertit Marſilius Ficinus. At Xenophontis verba de hoc Socrate præcedentibus hiſce non concordant. Quæ verò ille de hoc prætenſo Oraculo habet hæc ſunt : Χαιρεφῶντος γὰρ πότε ἐπερωτῶντος ἐν Δελφοῖς περὶ ἐμοῦ, πολλῶν παρόντων, ἀνεῖλεν ὁ Ἀπόλλων, μηδένα εἶναι ἄνθρωπον ἐμοῦ μήτε ἐλευθεριώτερον, μήτε δικαιότερον, μήτε σωφρονέστερον. *Nam cum Chærephon aliquando de me* [*Deum*] *in Delphis interrogaret, reſpondit Apollo multis præſentibus, neminem me* NEQUE MAGIS INGENUUM ESSE, NEQUE MAGIS JUSTUM, NEQUE MAGIS TEMPERANTEM.

At quam multum hæc ab illis diſcrepant! Plato enim aſſeverat Socratem à Pythia nuncupatum omnium hominum ſapientiſſimum; Xenophon verò Socrate neminem eſſe liberaliorem, aut juſtiorem aut temperantiorem.

Hi ambo tamen fuere diſcipuli Socratis; hi ambo recitant verba ipſius quaſi Socratis; hi ambo noverant quoque Chærephontem : attamen nemo horum amborum recitat verſus (aut verba verſibus comprehenſa) hujus prætenſi Oraculi, quos verſus tamen affert pro parte Diogenes Laërtius, in vita Socratis per ipſum deſcripta; dum ita loquitur : Ταῦτα δὲ καὶ παυ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

τοιαῦτα λέγων καὶ πράττων, ὡς ὑπὸ τῆς Πυθίας ἐμαρτυρήθη, Χαιρεφῶντι ἀνελόντος ἐκεῖνο δὴ τὸ ὠφελοῦμενον,

Ἀνδρῶν ἁπάντων Σωκράτης σοφώτατος.

Ἀφ' ἧς δὴ καὶ ἐφθονήθη μάλιστα. *Quum igitur talia loqueretur ac faceret, à Pythiâ Chærephonti responsum reddente testimonium illud nactus est, quod vulgo circumfertur.*

Mortalium omnium Socrates sapientissimus.

Ex quo magna in illum invidia conflata est. Suidas vero in voce σοφὸς totum illud Oraculum (nisi potius successu temporis prior versus ab aliis posteriori additus sit, cujusmodi exempla plura extant apud veteres scriptores) recitat hoc modo:

Σοφὸς Σοφοκλῆς, σοφώτερος δ' Εὐριπίδης,
Ἀνδρῶν δ' ἁπάντων Σωκράτης σοφώτερος.

Quorum versuum prior tamen Origenis tempore notus erat, uti patet ex ipsius lib. 7. contra Celsum. Verba ipsius sunt: Εἰ γὰρ καὶ ἀνδρῶν ἁπάντων Σωκράτην εἶπε σοφώτατον εἶναι· ἠμέλυνε τὸ ἔπαινον αὐτοῦ τὸ ὡς τοῦτο λεγόμενον ὡς Εὐριπίδου καὶ Σοφοκλέους ἐν τῷ, Σοφὸς Σοφοκλῆς, σοφώτερος δ' Εὐριπίδης· τραγῳδοποιῶν ὧν σοφῶν οὕτω αὐτοῦ λελεγμένων, κρείττων εἶναι νομισθεὶς ὁ Σωκράτης τοῦ δοκεῖν τῆς σκηνῆς καὶ τοῦ ὀρχήστρας τοῦ τυχόντος ἆθλα ἕνεκεν ἀγωνιζομένων, καὶ ὅπου μὲν λύπας καὶ οἴκτους τοῖς θεαταῖς ἐμποιούντων, ὅπου δὲ ἀσέμνους γέλωτας· (τοιοῦτον γάρ τι βούλεται τὰ σατυρικὰ δράματα) ὁ πάνυ τι τὸ μετὰ φιλοσοφίαν καὶ ἀληθείαν ἐμφαίνων σεμνόν, καὶ μετὰ σεμνότητος ἐπαινούμενον. *Nam etsi Socratem pronuntiavit omnium hominum sapientissimum, tamen hanc ejus laudem obscuravit, addita mentione Euripidis & Sophoclis, dum inquit:*

SAPIENS SOPHOCLES, SAPIENTIOR EURIPIDES.

Itaque dum Socrates præstantior censetur collatus ad Tragicos contendentes in scenâ & Theatro de vulgari præmio, nunc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

nunc miſerationem ſpectatoribus moventes, nunc riſum (nihil enim aliud captant Satyrica dramata) non admodum ornatur ejus gravitas & veritas Philoſophica.

Iidem verſus, licet ſic etiam habeantur apud Ariſtophanis Scholiaſten, indicat tamen is, eos à quibuſdam habitos fuiſſe fictitios, neque ab Apolline datos: cui libenti animo adſtipulari vellem, niſi aliæ me moverent rationes ut crederem, eos ne quidem à Pythia ulli hominum fuiſſe redditos. Attamen ut maxime dati fuerint per Pythiam, non tamen dati fuere per Apollinem, aut, ſi ita mavelis, Diabolum; qui minime veritatis auctor audit in Sacroſancta nobis Scriptura, ſed veriſſime mendaciorum pater. Adde quod nec Xenophon, nec Plato, uti oſtenſum eſt, horum verſuum ullibi meminerint. Poſteriores quidem, aſt non uno eodemque modo, eos recitant: neque ſunt verſus hexametri, quibus Pythia reſpondere ſolebat, quandiu carmine reſponſa reddebat. Quumque Oraculum iſtud tam diverſum ſenſu, ſive ſecundum Platonem, ſive planè ſecundum Xenophontem, accipiatur, (præſertim ſi ſapientia ex ipſo definiatur Platone, in Theage & alibi, *ſingularum rerum, ſive humanarum, ſive Divinarum, ſcientia*, aut Ariſtotele Metaphyſic. lib. 1. cap. 1. Nicomacheor. lib. 6. cap. *rerum, ſive Phyſicarum, ſive Metaphyſicarum ſcientia per cauſas earum atque principia*,) ſola nitatur auctoritate Chærephontis, (qui non ipſe ſed ipſius frater in teſtimoium adducitur) quique diſcipulus fuerat Socratis; Quis, quæſo, non videt, ejus auctoritatem, adeóque & hiſtoriæ hujus veritatem, undecunque vacillare, ac meritiſſime eſſe ſuſpectam; imò, ut apertiùs loquar, falſitatis & fictionis planè eſſe convictam? Nam licet ipſe Chærephon dixerit, multis præſentibus hoc datum fuiſſe reſponſum, hoc tamen ſolius Chærephontis nititur teſtimonio, ac poſt ipſum Xenophontis. Cui an in talibus magis quam Platoni credendum ſit, æquo lectori conſiderandum relinquo.

Diogenes Laërtius certe non immerito nobis (ſi nulla alia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

essent argumenta) de Platone dubitationem injecerit satis magnam, fidemque hujusmodi narratiuncularum elevare queat, dum in Platonis vita hoc modo loquitur: φασὶ ἧ τ Σωκράτη ἀκέσαντα τ Λύσιν, ἀναγινώσκοντ Πλάτωνα, Ἡράκλες (εἰπεῖν) ὡς πολλά με κατεψεύδεθ' ὁ νεανίσκ. οὐκ ὀλίγα γὰρ ὧν οὐκ εἴρηκε Σωκράτης, γέγραφεν αὐτός. *Ajunt Socratem, dum Platonem audiret Lysidem* [*Dialogum*] *recitantem, dixisse, ô Hercules! quam multa Juvenis* [*iste*] *de me mentitus est!* SCRIPSIT QUIPPE NON PAUCA VIR ILLE QUÆ SOCRATES NON DIXIT. Si igitur in multis aliis Plato plurima Socrati affinxit, cur non credamus & ipsum & Xenophontem ei etiam hæc affinxisse? Sed ex sequentibus patebit nobis non opus esse tali effugio. Possem equidem alias de Socratis hujus sapientia apud plurimos tam maximi habita, apud alios contrà tam parvi æstimata, plura addere, atque inquirere, cur ab aliis impius, ab aliis pæderastes, ab aliis scurra Atticus appellatus sit: An quoque in eo constiterit ipsius sapientia, quod duas simul uxores habuerit, (modo hoc verum ita sit; etenim hîc & veteres discrepant) aut quod eas amicis communicaverit: Sed hanc rem nunc non agimus. De Dæmonio ejus sane (ut tamen & hæc addam) quæ à multis, tam Christianis, quam Ethnicis, tam temere creduntur ac traduntur, teste licet solo hoc Socrate, (ipse enim hæc de se jactavit, in Theage Platonis jam nominato Dialogo, aliique, ipsius scilicet discipuli, hoc quoque de illo apud alios) ejusdem veritatis imò verisimilitudinis sunt. Nam quis non æque credat Pythagoræ, qui teste Diogene Laërtio (ex aliis) narrabat se primo fuisse Athalidem, postea Euphorbum, postea iterum Hermotimum, item denique Pyrrhum Delium piscatorem, antequam fuerit postremò Pythagoras; quique apud Branchidas in Apollinis fano ostendebat, uti perhibebat, clypeum, quem gestaverat, dum esset Euphorbus? ejusdem enim ponderis sunt hujus Socratis de ea re

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

re apud Platonem argumenta ac rationes. Sed pergamus in propoſita nobis materia.

CAPUT II.

Poſt Origenis ex Ariſtotele & Peripateticis, aliiſque Philoſophis, judicium, uti & iſta occaſione poſt Clementis Alexandrini verba, ac perſtrictam Prophetiſſæ in Endor hiſtoriam [quam tamen latius ac curatius perſequor in Diſſertatione de Divinationibus Idololatricis Judæorum] ſequuntur rationes & argumenta cordatiorum Ethnicorum, contra Oraculorum per Deos ac Dæmonas prætenſa Reſponſa: Ciceronis nempe ac Strabonis; ut &, inter Chriſtianos, Nicephori Gregoræ; Euſebii denique, vel potius ex ipſo Oenomai: qui etiam & ſua ætate hujuſmodi impoſturas detectas; atque impoſtores fuiſſe convictos, ac punitos docet. Quibus tamen, quod mirum, non niſi pro parte, accedunt Cælius Rhodiginus, ac Ger. J. Voſſius. Ex quo poſtremo quoque lepidiſſimæ hiſtoriolæ talibus arguendis afferuntur.

QUamvis igitur Patres primitivæ Eccleſiæ omnes, ſuperſtitioſorum Ethnicorum in hac re ſequantur ſententiam, Origenes tamen (utpote qui circa alia quoque nonnunquam liberioris eſt judicii) hic aliis cordatior eſt (licet alias etiam cæterorum opinioni de Dæmonibus, ſe nidoribus ac ſanguine ſacrificiorum nutrientibus, ac ſatiantibus, adhæreat) adeoque de Oraculis per eos datis hæſitanter admodum loquitur: ac, ſi non contrarium ſentiat, ad minimum dubitare videtur. Quod tamen ex propriis ipſius verbis judicet æquus lector: ita enim loquitur lib. 7. contra Celſum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

sum. Λέγωμεν ἓν μὲν τὸ καθειλεγμένων χρηστηρίων, ὅτι δυνατὸν μὲν ἡμῖν, συναγαγοῦσιν ἀπὸ Ἀριστοτέλους, καὶ τῶν τοῦ Περιπάτου φιλοσοφάντων, οὐκ ὀλίγα εἰπεῖν εἰς ἀνατροπὴν μὲν τοῦ Πυθίας καὶ τῶν λοιπῶν μὲν χρηστηρίων λόγου· δυνατὸν δὲ καὶ τὰ λελεγμένα τοῦ Ἐπικούρου, καὶ τοῖς ἀκολουθοῦσιν αὐτοῦ τὸν λόγον μὲν τῶν αὐτῶν, ἀναπεφάνθαι δεῖξαι ὅτι οὐ Ἑλλήνων τινὲς ἀνατρέπουσι τὰς νομιζομένας τεθαυμασμένας ἐν πάσῃ Ἑλλάδι θεοσεβείας. Ἀλλὰ γὰρ δεδόσθω, μὴ εἶναι πλάσματα, μηδὲ ποιήσεις ἀνθρώπων μὲν θεοφορίας, τὰ μὲν τῶν Πυθίων καὶ τὰ λοιπὰ χρηστήρια. ἴδωμεν ἂν εἰ μὴ καὶ ἔτω δυνατὸν τοῖς φιλαληθῶς ἐξετάζουσι τὰ πράγματα ἀποδεικνύναι, ὅτι καὶ τῷ εἶναι ταῦτα τὰ μαντεῖα οὐκ ἀναγκαῖον ποιεῖ, ὅτι θεοί τινές εἰσι παρ' αὐτοῖς· ἀλλ' οὐ τέναλλα δαίμονές τινες φαῦλοι, καὶ πνεύματα ἐχθρὰ τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων.

Dico enim de modo enumeratis Oraculis, posse nos ex auctoritate ARISTOTELIS, ET PERIPATETICORUM *multa proferre, Pythiæ cæterisque fidem abrogantia: posse etiam ex Epicuro ejusque sectatoribus transscribere quid de his sentiant, ostendereque* QUOD IPSI GRÆCI NIHILI PENDEANT GRÆCIÆ ORACULA VEL CELEBRATISSIMA. *Sed* (NB.) *concedatur, non esse figmenta hominum, quæ feruntur de afflata numine Pythiâ cæterisque id genus vatibus: Videamus an non si diligenter rei veritatem expendamus,* ETIAMSI MAXIME SINT ORACULA, *non consequi necessario præesse illis numen aliquod: sed potius quosdam malos Dæmonas, & spiritus infensos humano generi, &c.*

Quæ Origenis verba quidem indicant, nolle eum præfracte obniti communi, de ea re Christianorum sententiæ; attamen satis indicare ipsum, cui sit addictus opinioni. Hîc sanè omnibus cordatior Origenes. Nec minus cordate magnus, ille Clemens Alexandrinus, qui libro tertio stromat. ita loquitur: Διήγησαι ἡμῖν καὶ τὰ ἄλλης μαντικῆς, μᾶλλον δὲ μανικῆς τὰ ἀπὸ χρήσεως χρηστήρια, τὸ Κλάριον, τὸ Πύθιον, τὸ Διδυμέα, τὸ Ἀμφιάρεων, τὸ Ἀμφί-

Ἀμφίλοχον, εἰ δὲ βάλοι καὶ περαλοσκόπας καὶ τὰς ὀνείρων κριτὰς τὰς ἀνιέρας σὺν αὐτοῖς· ἔτι δὲ ἐμοῦ φθάσαι τὸ Πύθιον ἄγων τὰς ἀλφιτομάντεις, καὶ κριθομάντεις, καὶ τὰς εἰσέτι φθάσας πίτυς πολλοῖς τελεμμένας ἐγγαστριμύθους· ναὶ μὰ αὐτὰ Αἰγυπτίων, καὶ Τυρρηνῶν νεκυομαντεῖαι σκότος φθάσαι δεδόσθων. μανικὰ ταῦτα ὡς ἀληθῶς ἀνθρώπων ἀπίστων σοφίσματα, καὶ πλάνης ἀκράτου κυβευτήρια, συνέμποροι τῆσδε τῆς γοητείας αἵγες ὅπου μαντικὴν ἠσκημέναι, καὶ κόρακες ἀνθρώπους χρᾶν ὑπ' ἀνθρώπων διδασκόμενοι.

Decanta tu nobis, per me licet, reliqua Vaticinationis, aut furiosæ potius vanitatis Oracula, Clarium, Pythium, Didymæum, Amphiaraum, Amphilochum. Adde, si lubet, prodigiorum interpretes: adde Augures, profanosque somniorum conjectores. Quin age sis, ac simul eos coram Pythio statue, qui Divinationes suas farinâ hordeove perficiunt, quique à plurimis etiamnum observantur ventriloquos. Jam vero & Ægyptiorum adyta, & Manium apud Hetruscos vaticinationes in tenebris jaceant: VESANÆ PROFECTO ILLÆ SUNT INFIDELIUM HOMINUM FALLENDI ARTES, ET COMPARATÆ AD PURAM PUTAMQUE FRAUDEM, QUASI ALEÆ AC SORTIS OFFICINÆ: *Ejusdem quoque fascinationis veluti negotiationis sociæ habeantur capræ ad Divinandum informatæ, nec non corvi illi quos ad Responsa reddenda homines erudiere.*

Licet igitur hæc similiaque plura de Dis ac Dæmonibus crediderit nimis credula antiquitas: non sequitur tamen inde Oracula per eos fuisse data. Quod etiam ipse Diabolus non talibus antris atque adytis, ac cæteris circumstantiis circa Oracula sua opus habuerit, docet nos exemplum ancillæ fatidicæ Act. 16. v. 16. Sic neque Dæmones; qui dum ejicerentur à Christo Salvatore nostro, fatebantur per os obsessorum, hunc Jesum esse Christum ac filium Dei.

Sed opus erat quam maxime talia machinamenta usurpare, illis impostoribus qui per Oracula sua, quasi vero, Deorum, credulitati

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

dulitati hominum illudebant. Fatemur itaque fuisse, & sub veteri & sub Novo Testamento, & esse adhuc malignos spiritus; eosque per Christum ejusque Apostolos è corporibus obsessorum ejectos. Non propterea tamen concedimus artes illas, per mulierem eam in Endor patratas in gratiam Saulis, ulla vi præternaturali fuisse effectas: aut Diabolum, aut ejus prætensas præstigias, hîc locum ullum habuisse.

Neque indigebat mulier illa ullis præternaturalibus Dæmonum præstigiis: uti quæ absque illarum ope commodissime patrare potuerit quæ patravit.

Etenim primo, Saulus Rex, licet antea exegerat magos, hariolos cæterosque ejusdem generis homines; tamen in ea erat opinione, uti patet ipso facto, animas demortuorum per incantatores posse evocari. Quod cum perciperet illa mulier, optimam fallendi occasionem nacta est: quoniam nemo facilius fallitur quàm qui superstitiosis opinionibus præoccupatus præstigiatores consulit.

Secundò, noverat optimè Regem, ob staturam quæ tam non vulgaris ipsi fuit, *ut ab humero suo & supra procerior fuerit omni populo.* Nemo nempe tam longa ac procera statura erat in toto Israële. Quod, ut omnibus notum erat, ita & eos quoque qui nunquam ipsum viderant, in notitiam hujus Regis adducere poterat. Adde secundo, quod & non procul habitaret.

Tertio adde, eo tempore Reges valde familiares cum subditis fuisse, seseque quotidie conspiciendos populo præbuisse. Imo legimus cap. XI. lib. 1. Sam. Saulum jam in Regem præsente populo electum adhuc inter pecora versatum; eorumque curam ne quidem eo abjecisse.

Denique quarto adde, eum & ex eo, quod Samuelem voluerit evocari, facilè agnosci potuisse à muliere: aut saltem id multum adjumenti ejus agnitioni attulisse.

Quintò, tragœdia hæc acta fuit per solam hanc mulierem, ut

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

ut quidem videbatur : ſed non tam præſente Saulo, ut videre potuerit, quid rerum ageretur ; ſed auditu tantum perceperit quæ mulier hæc ipſum audire volebat. Hinc eſt quod Saulus interrogat, quid ipſa videat : cui reſpondet ipſa, ſe videre אלוהים *Deos*. Quod Kimchi exponit אדם גדול *hominem magnum recta adſcendentem ſtatura :* exponi quoque poteſt *hominem magnum* (in ſingulari ſignificatione, propter relativum ſingulare quod ſequitur,) quum vocetur hîc Samuel אלוהים in plurali, honoris gratia, eo nomine quo Exodi 22. v. 28. nominantur per hæc verba, *Diis non maledices*, homines magni, judices, vel Principes populi, Magiſtratus, prophetæ ; ut clarum ſit ex Exod. 21. 6. 22. 8, 9. 28. 1 Sam. 21. 25. unde & clarè patet ipſum Saulum pro ſingulari perſona aliqua, non pluribus perſonis accepiſſe. Rogat enim, *qualis ejus facies ?* illa pergens deſcribit unicam perſonam. Quia verò jam noverat Saulum, ac ſciebat, quem ille videre petierat, facilè potuit effingere habitum ac formam Samuëlis, qui erat tam notus toti Iſraëli. Sed ut fraus occultetur, neſcit quaſi, hunc ab inferis citatum eſſe Samuëlem : ideóque ſolum deſcribit ipſum tali modo, quo credat Saulus revera Samuëlem, aut ejus animam evocatam, adeſſe ; licet ipſe eum præſens non videret.

At quam facilè hîc potuit, intercedente pariete aliove interſtitio, vox aliqua edi, atque fingi ; ut ferè, aut aliquo modo, ſimilis eſſet Samuëlis voci, ab aliquo quem Saulus ſic videre non poterat : qui inſtructus à muliere ea Saulo prædiceret, quæ cunctis hominibus ſanæ mentis ferè jam ob oculos & mentem verſabantur. Præſertim cum & ipſe Saulus tanta cum conſternatione, imò & rerum ſuarum deſperatione, aperiret quo in ſtatu, ac quibus ſummis periculis, verſaretur. Noverat (nam nota erant omnibus) jam diu antea, illa quæ fictitius ille Samuël Saulo reſponderat. Nempe Deum elegiſſe Davidem, &c. ob inobedientiam juſſorum Dei in Saulo circa

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

delendos Amalekitas. Ipſum præterea ſemper Davidem hunc perſecutum, licet generum exiſtentem (ex quibus nemini ferè obſcurum eſſe poterat, quare eum ita perſequeretur) Qui David nunc perfugerat, ad hoſtes ſuos Philiſtæos, quique ſine dubio nil omitteret (ut ipſe anxiè metuebat) quo inſtigare Achas Regem poſſet contra Regem Iſraëlis: ut ita Regnum ejus ipſe occuparet, &c. Sic ut inde facillimè intelligere potuerit exitium Sauli filiorumque ipſius inſtare: quod jam brevi futurum per מחר exprimit, atque minatur; ſeu potius prædicit. Exprimit, dico, per vocem *Machaar*. Quod & diem Craſtinum (frequentius) & tempus aliud indefinitè futurum, ſignificat: uti patet ex Joſuæ cap. 4. v. 6. Deuter. 6. 20. Ne quod eſſet falſum prædixiſſe videretur, ſi non tam citò hæc contingerent. Neque tamen eventus hîc fraudem adjuvit, aut craſtino die vitæ finem & Saulo ac Sauli filiis impoſuit. Nec mirari aliquis debet, voculâ *Cras* audacter uſum fuiſſe hunc ſuppoſititium Samuëlem: quod abſque dubio ex omnibus circumſtantiis (ut in tali caſu fit) ſcire potuerit (ſaltem conjicere) jam non diu pugnam procraſtinari poſſe. Quod rarò admodum tanti exercitus tam propè accedentes diu abſque mutuo conflictu permanere poſſint: omnique vi ac conatu Philiſtæi, quippe longè ſuperiores, id quærerent. Ex quibus, atque aliis, quæ huc adduci poſſent, ſatis clarè, meo judicio, conſtat; neque opus fuiſſe hîc ullis Diaboli præſtigiis, neque omninò eas locum habuiſſe; Sed meras ſubfuiſſe fraudes humanas, neque aliquid præter-aut ſuper-naturale hîc patratum. At dices fortè, 2. libro Regum (vel, ut alii appellant ac numerant, 4.) cap. 1. de Oraculo Baalſebub Dei in Ekron narratur, quod ad illud Achazias miſerit ad inquirendum de morbo ſuo. Sed neque iſtius Oraculi ulla deſcriptio eſt; neque aliàs patet, ibi aliud quid locum habuiſſe præter fraudes humanas: licet ipſe Achazias aliique in eâ eſſent opinione, à Deo iſto verè divina dari reſponſa.

Non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Non igitur patet fuisse etiam apud Gentes Orientales, aut inter Judæos, ulla Oracula per Diabolum administrata, nisi tali modo, ut jam puto me docuisse; neque (uti ex Actor. 16. v. 16. ostensum est) talibus indigebant adjumentis, si qui verè Diaboli ope præternaturali vaticinarentur.

Vide, mi Lector, illa quæ cap. X. *de Divinationibus Judæorum Idololatricis*, de Pythonibus, atque unde illa denominatio originem traxerit, differui: quæ hîc simul legere operæ pretium est.

Verum enim vero recordemur denuo, nos tractare de Oraculis Ethnicorum, eorumque Divinationibus; de quibus quid Plato atque ipsius sequaces, ratione ipsorum Auctorum (fuerintne Dii, aut Dæmones, aut è contrario homines vafri ac fraudulenti) ac quid primi Christianorum scriptores senserint, ulterius consideremus.

At non omnes quidem Ethnici, imò ne omnes Christiani in eadem, circa hanc materiam, fuere sententiâ.

Cicero enim, quem audisse hîc, maximum operæ pretium duco, in lib. 2. de Divinatione ita loquitur. *At multi sæpè vera vaticinati, ut Cassandra,*

JAMQUE MARI MAGNO —

Eademque paulò pòst,

EHEU VIDETE.

Num igitur me cogis etiam fabulis credere? quæ delectationis habeant quantum voles; verbis, sententiis, numeris, cantibus adjuventur: auctoritatem quidem nullam debemus, nec fidem commentitiis rebus adjungere. Eodemque modo nec ego Publicio nescio cui, nec MARTIS VATIBUS, NEC APOLLINIS OPERTIS, *credendum existimo: quorum partim ficta aperte, partim effutita temere, nunquam ne mediocri cuiquam, non modo prudenti, probata sunt.*

Quid, inquies, Remex ille de classe Coponii, nonne ea

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

prædixit quæ facta sunt? Ille verò & ea, quæ omnes, eo tempore ne acciderent, timebamus. Castra enim in Thessalia castris collata audiebamus: videbaturque nobis exercitus Cæsaris & audaciæ plus habere, quippe qui patriæ bellum intulisset, & roboris, propter vetustatem. Casum autem prælii, nemo nostrum erat, quin timeret. Sed ita ut constantibus hominibus par erat, non apertè. Ille autem Græcus, quid mirum, si magnitudine timoris, ut plerumque fit, à constantia, atque à mente, atque à se ipse discessit? qua perturbatione animi, quæ, sanus cum esset, timebat ne evenirent, ea demens eventura esse dicebat: Utrum tandem per Deos atque homines, magis verisimile est, vesanum remigem, an aliquem nostrum, qui ibi tum eramus, Marcum Catonem, Varronem, Coponium ipsum, consilia Deorum immortalium perspicere non potuisse? sed jam ad te venio,

O sancte Apollo, qui umbilicum terrarum certum obsides,
Unde superstitiosa primum sæva evasit vox fera.

Tuis enim Oraculis Chrysippus totum volumen implevit partim falsis, ut ego opinor, partim casu veris, ui fit in omni oratione sæpissimè; partim flexiloquis & obscuris, ut interpres egeat interprete, & SORS *ipsa referenda sit ad* SORTEIS: *partim ambiguis & quæ ad Dialecticum referenda sint. Nam cum sors illa edita est opulentissimo regi Asiæ,*

CROESUS HALYN PENETRANS MAGNAM PERVERTET OPUM VIM,

hostium vim se perversurum putavit, pervertit autem suam. Utrum igitur eorum accidisset, verum Oraculum fuisset. CUR AUTEM HOC CREDAM UNQUAM REDDITUM CROESO? AUT HERODOTUM CUR VERACIOREM DUCAM ENNIO? *Num minus ille potuit de Cræso, quam de*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

de Pyrrho fingere Ennius? quis enim eſt qui credat, Apollinis ex Oraculo, Pyrrho eſſe reſponſum,

AJO TE ÆACIDA ROMANOS VINCERE POSSE?

Primum Latinè Apollo nunquam locutus eſt. Deinde iſta Sors inaudita Græcis eſt: præterea Pyrrhi temporibus jam Apollo verſus facere deſierat. Poſtremo quamquam ſemper fuit, ut apud Ennium eſt, ſtolidum genus Æacidarum,

BELLIPOTENTES SUNT MAGI QUAM SAPIENTIPOTENTES —

Tamen hanc amphiboliam verſus intelligere potuiſſet, vincere te Romanos; nihilo magis in ſe, quàm in Romanos valere. Nam illa amphibolia quæ Cræſum decepit, vel Chryſippum potuiſſet fallere: hæc verò ne Epicurum quidem. Quæ ultima verba uti Satyrice, ſic & falſe & lepide ſatis, dicta ſunt: quod credulus ille Chryſippus, qui à ſuis tamen valde acutus habebatur, totum volumen, uti ſupra vidimus, Oraculis Apollinis impleverit: Epicurus verò ſemper talia, nec immeritò ſanè, irriſerit. Qui quamquam pro indocto & hebeti à Platonicis ac Stoicis (inter quos Chryſippus excelluit) habitus fuerit, tamen plus hîc viderit (ſecundum Ciceronem) quam Chryſippus, aut omnes Chryſippi ſequaces.

At non ſolus hîc Cicero, verum & omnes Epicurei, & Academici, & Peripatetici, & Cynici ridebant Oracula, eorumque reſponſa; ut inferius oſtendetur.

Operæ pretium quoque eſt audire heic ea, quæ Strabo habet, lib. 16. Geographiæ ſuæ, ubi de Moſe prius locutus ut Ethnicus, ſed quo nemo tamen inter eos moderatiùs, ita pergit, de Divinatione & Oraculis: Καὶ οἵ γε ἀρχαῖοι τὰ περὶ τὴν μαντικὴν ἐπῄνουν μᾶλλον καὶ ἐσέμνυνον, καὶ διὰ τοῦτο

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

καὶ ὁ Δεξιπελαζόμενος ἦν τότε πολὺς, καὶ τρέχων εἰς Δωδώνην, ὅπως,

Ἐκ δρυὸς ὑψικόμοιο Διὸς βουλὰς ἐπακούσῃ· συμβάλῳ τοῦ Διὶ Δεξώμενος· εἰς ἣ Δελφούς,

Τὸν ἐκλεθέντα παῖδα μαντεύων μαθεῖν,
Εἰ μηκέτ' εἴη. —— αὐτὸς δ' ὁ παῖς
Ἔφειχε τὰς τεκούσας ἐκμαθεῖν θέλων,
Πρὸς δῶμα Φοίβου.

Καὶ ὁ Μίνως φησὶ τοῖς Κρησίν,

ΕΝΝΕΩΡΟΣ ΒΑΣΙΛΕΥΣΕ ΔΙΟΣ ΜΕΓΑΛΟΥ ΟΑΡΙΣΤΗΣ·

δι' ἐννέα ἐτῶν, ὡς φησι Πλάτων, ἀναβαίνων ἐπὶ τὸ ἄντρον τοῦ Διὸς, καὶ παρ' ἐκείνου τὰ προστάγματα λαμβάνων, καὶ φοιτημίζων εἰς τοὺς ἀνθρώπους. Τὰ δ' ὅμοια καὶ ὁ Λυκοῦργος ὁ ζηλωτὴς αὐτοῦ· πυκνὰ γὰρ ὡς ἔοικεν ἀποδημῶν, ἐπιφάνετο φησὶ τῇ Πυθίᾳ ἃ προσῆκε προσαγγέλλειν τοῖς Λακεδαιμονίοις. Ταῦτα γὰρ ὅπως ποτὲ ἀληθείας ἔχει, φησί γε τοῖς ἀνθρώποις ἐπεπίστευε, καὶ ἐνενόμιζε· καὶ διὰ τοῦτο καὶ οἱ μάντεις ἐπιμῶνται, ὥστε καὶ βασιλείας ἀξιοῦσι, ὡς τὰ φησὶ τῶν θεῶν ἡμῖν ἐκφέροντες φωνάγγελματα καὶ ἐπανορθώματα καὶ ζῶντες καὶ ἀποθανόντες· καθάπερ καὶ ὁ Τειρεσίας·

Τῷ καὶ τεθνηῶτι, νοὸν πόρε Περσεφόνεια,
Οἷῳ πεπνῦσθαι· τοὶ δὲ σκιαὶ ἀίσσουσι·

Τοιοῦτος καὶ ὁ Ἀμφιάρεως, καὶ ὁ Τροφώνιος, καὶ ὁ Ὀρφεύς, καὶ Μουσαῖος, καὶ ὁ φησὶ τοῖς Γέταις θεὸς, τὸ μὲν παλαιὸν Ζάμολξις Πυθαγόρειός τις, καθ' ἡμᾶς δὲ ὁ τοῦ Βυρεβίστα θεραπεύων, Δεκαίνεος· φησὶ δὲ τοῖς Βοστορηνοῖς Ἀχαΐκαρος· φησὶ δὲ τοῖς Ἰνδοῖς οἱ γυμνοσοφισταί· φησὶ δὲ τοῖς Πέρσαις οἱ μάγοι, καὶ νεκυομάντεις· φησὶ δὲ τοῖς Ἀσσυρίοις οἱ Χαλδαῖοι. φησὶ δὲ τοῖς Ῥωμαίοις, οἱ Τυρρηνικοὶ ἱεροσκόποι. Τοιοῦτος δέ τις καὶ ὁ Μωσῆς, καὶ οἱ διαδεξάμενοι ἐκεῖνον, τὰς μὲν δεχὰς λαβόντες ἐν φαύλας, σκεπασμένοι δ' ὅπι τὸ χεῖρον.

Antiqui sanè Divina majore in honore & veneratione habuerunt,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

bucrunt, itaque multi tunc ad Oracula proficiſcebantur, atque ea conſulebant. In Dodonam quidem,

UT JOVIS EX ALTO CAPERENT ORACULA QUERCU.

Cujus conſilio plurimùm utebantur: alii Delphos, ut ille,

SUPERESSET EXPOSITUS NE QUONDAM FILIUS,
QUÆSITUM — cum quidem ipſe filius
IRET PARENTES UT SUOS COGNOSCERET,
DELPHIS DOCENTE PHOEBO.

Minos quin &

TER TERNOS JOVIS AUDITOR MINOS FUIT ANNOS:

Id eſt, nono quoquo anno (ut Plato dicit) in Jovis antrum deſcendit, & ab illo præcepta accepit, quæ ad homines afferret. Eodem modo Lycurgus, ejus imitator, egit; nam ſæpè peregrinans ea ex Pythia intellexit, [vel finxit ſe intelligere, ut ipſe Valerius Maximus, aliàs admodum ſuperſtitioſus, id narrat] quæ Lacedæmoniis imperanda erant. Hæc (NB.) QUAM VERA FUERINT, NON DISPUTO, EQUIDEM AB HOMINIBUS PUTABANTUR ET CREDEBANTUR VERA, *& propterea Divinatores tanto erant in pretio, ut etiam imperio digni judicarentur: ſcilicet qui Divina nobis præcepta ac monitus exponerent & vivi & mortui: quemadmodum etiam Tereſias,*

CUI DEDERAT VITA FUNCTO PROSERPINA MENTEM,
UT SAPERET SOLUS: RELIQUIS ERRANTIBUS UMBRIS.

Talis fuit Amphiaraus, & Trophonius, & Orpheus, & Mu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Musæus, & apud Getas olim Zamolxis Pythagoreus, ætate nostra Decineus, qui Byrebistæ vaticinatus, & apud Bosporanos Achaicarus, apud Indos Gymnosophistæ, apud Persas Magi, & qui Necyomantici & Hydromantici appellantur; apud Assyrios Chaldæi, apud Romanos Hetrusci haruspices. Talis erat Moses & successores ejus: qui ab initiis non malis postea degeneravêre.

Audiamus autem de Oraculorum sive χρησμῶν origine atque auctoribus quæ differat Nicephorus Gregoras, Historiæ suæ lib. 5.

Haud injuria de Oraculorum, quæ sermonibus hominum celebrantur, ortu atque inventione dubites. Deinde quî fiat, cum futurorum necessariam significationem complectantur, ut intricatis verborum ambagibus obscurentur. Nam quis ea composuerit, & ad posteros transmiserit, à nemine unquam, vel Poëta, vel Philosopho, vel Historico, scriptum reperimus: SED ILLUD TANTUM AB EIS ANNOTATUM DEPREHENDAS, ALIO ATQUE ALIO TEMPORE CERTUM ORACULUM VULGO JACTATUM, HUNC VEL ILLUM EXITUM HABUISSE.

Quis vero primus illud sparserit, à nemine dicitur, aut scitur, nisi quis mentiri velit. Sunt tamen qui existiment spiritus quosdam administros partim bonos, partim malos, & instrumenta suppliciorum, inspectores eorum quæ hîc gerantur, aërem & terram peragrare, qui futurorum scientiam & supernè acceperint, & hominibus impertiri jussi fuerint, partim per insomnia, partim per astra, partim per Delphicum quempiam Tripodem, partim per exta immolatarum pecudum: partim (ne sim prolixior) per vocem ex aëre primum ortam, ac deinde circumvolitantem, & aures hominum circumsonantem, * *quam Veteres sapientes Divinam*

* Revocet heic in memoriam Lector, quæ de *Bat Kool*, seu *filia vocis*, oquuntur Judæorum Magistri Talmudici.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

nam vocem appellarunt. Sæpe etiam factum, ut in saxis aut parietibus ignoto auctore scripta reperirentur. Sed tamen ambagibus involuta sunt omnia, & non satis perspicua: quemadmodum Imperatorum ornamenta, quæ divini quiddam habere & (ut par est) vulgi captum superare creduntur. Nam quæ exposita sunt omnibus, facilè fastidiuntur, & ferè negliguntur. Non tamen vana ea esse aut irrita creditur, si quis non obiter, sed judicio adhibito, rimetur. Aliis enim beneficii, aliis supplicii loco significari. Quosdam enim calamitatum impressionem præparatione & patientiâ molliorem reddidisse: quosdam verò vitæ emendatione placato Deo, prorsus illa avertisse: quibusdam interjecto tempore ob animorum imbecillitatem, supplicio esse calamitatum exspectationem, priusquam advenerint ea quæ perpetienda fuerint: ita gubernante Providentiâ, ut gravius ob commissa plectantur. Quod si qua mentiantur hominumque spem frustrentur, (nam omnia quæ significantur aliis molesta sunt, aliis jucunda: ut Cræsi Imperii destructio, Cræso & Lydis molesta, Cyro & Persis pergrata visa est) si qua igitur ita fallere videantur, id non ipsorum Oraculorum natura fieri, sed hominum præpostera potius cupiditate, qui tempora anticipent & Oraculorum sensum ad optata sua detorqueant. Interim tamen videndum, ne qui sint, qui hujusmodi Oraculis addictos ludificentur, & novos commenticios versiculos ad Oraculorum imitationem confingant, eosque clam in vulgus spargant, horumque mendaciis illorum etiam veritatem confundant. Id quod multos nostra quoque ætate fecisse constat.

Ἀπορήσειε δ' ἂν τις τὼ λεσμῶν, ὁ πόσοι κατ' ἀνθρώπους ἄλλοτε ἄλλοι πλανῶνται, γρεσίν τε καὶ ὄρεσιν· καὶ ὅπως μελλόντων φέροντες δήλωσιν ἀναγκαίαν, εἶτα βυθοῖς αὐτὼ αἰνιγμάτων ἐπηλυγάζουσι. πατέρα μὲν δὲ τέτων ὅστις ποτε ἦν ὁ τάτους πεποιηκώς τε καὶ τῷ λεόνῳ φέρειν πλάσαντα, ἀδένα ποτε τ̃ πάντων ἀναγεάφοντα ὄρομον,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

ρομμ, ἀθ' ὁσις ἱστορογράφων ἢ συγγραφέων ἐγένετο. ἀλλὰ τᾶτο μόνον
ἄξιοι πις ἂν ἐπισημαινομένης ἅπαντας, ὡς κ τόνδε ἢ τόνδε τ χρόνον
σωτῆρα τόνδε ἢ τόνδε διαπεσυλλόμμενον τ χρησμόν, τῳ δε ἢ τῳ δε τῳ
ἔκδασιν, καὶ τὸ πέρας ὕστερον χρεῖν. Τίς δ' ὁ πρῶτος λαλήσας ἕκα-
στον τάτων, τᾶτο ᾗ πρᾶγμα τοῖς πᾶσι καθάπαξ ἀνεκλάλητόν τε καὶ
ἄγνωστον, πλὼ εἰ μὴ ψεύδεσθαι βάλοιτό τις. τίσι ᾗ δοκεῖ, δωάμεις τινὰς
ὑπηρετικὰς κ λειτουργικὰς, τὰς μὲν ἀγαθὰς, τὰς μὲν τἀναντίον πεπορηκὰ
ὄργανα, ἐπισκόπους ὄσας, τ τῆδε ἀπολιπεῖν ἀέρα καὶ γῆν· τῳ τε γνῶ-
σιν τ ἐσομμένων ἄνωθεν εἰληφυίας, καὶ πως γε ἔτι τῳ ὀπτεύοντι κ
μεταδιδόναι ὡτῳ τοῖς ἀνθρώποις, πῆ μὲν δι' ἐνυπνίων, πῆ ᾗ δι' ἀστέρων,
πῆ ᾗ διὰ Δελφικᾶ τινος τρίποδος, πῆ δὲ διὰ καταλάγχνων ἔστιν ὧν ἐνίο-
τε θυομμένων ζώων, πῆ ᾗ ἵνα τὰ πολλὰ ἀπαραδεόμενα, διὰ φήμης ἐξ
ἀέρος τὰ πρῶτα ποιεῖν γνωθείσης, εἶτα πειθεσθείσης ἀμοιβαδὸν τὰς τ
πολλῶν ἀκοὰς, ἣν ᾗ κ θείαν ἐκάλεσαν ὅσαν οἱ πάλαι σοφοί. ἔστι δ'
ἃ ἐν πέτραις ἢ τοίχοις εὑρηνται γεγραμμένα πολλάκις, μηδενὸς ὅστις
ποτε ἦν ὁ γεγραφὼς δηλομένου. δίδονται μὲν τοι δι' αἰνιγμάτων τὰ
πάντα καὶ ὁ πάντη σαφῆ, καθάπερ τὰ τ βασιλέων κειμήλια, διὰ
τὸ ἔνθεα εἶναι καὶ οἷα χρεὼν ὑπὲρ τὰς πολλάς. τὰ γὰρ τοῖς πᾶσι πρό-
χειρα κόρον τε ἔχει, καὶ ἀχρηστία σφίσιν ὡς τὰ πολλὰ πεπεκέχυται.
γίνεταί τε μὲν τῳ χρείαν αὐτῶν, ὁ πάνυ τοι μάταιον, ὅδ' ἐρῶ, ἐᾶ
εἴ τις μὴ πάρεργον ταῦτα, ἀλλά κ σωτέρας τ πεπονημένος σκοπεῖ.
οἷς μὲν γὰρ πιμελείας, οἷς δ' εὐεργεσίας εἵνεκα πεπόνηνται. οἱ μὲν
γὰρ ἢ καθοτέραν τῳ ἔφοδον τῶν δεινῶν εἰργάσαντο πεφανερωμένοι κ
πεφυλαγμένοι ἑαυτούς. ἢ τελέως σφᾶς αὐτοὺς ἀπήλλαξαν τ δει-
νῶν, διὰ παιδαιοτέρας ἀγωγῆς ἐξομιλησάμενοι τὸ θεῖον· τοῖς ᾗ διὰ
μικροψυχίαν ὁ μεταξὺ χρόνος, κόλασις τῇ τ δεινῶν πεπροσδοκία γένηται,
πρὸ κ παθεῖν ἃ χρὴ παθεῖν, τ πεφυλαγμένους ἅτως οἰκονομούσης, δι' ἔκλυσιν ἀκ-
μαιοτέρων ὧν ἐπλημμέλησαν: εἰ ᾗ τ ψεύδονταί τινα κ διαπίπτουσιν οἱ ταῖς
ἐλπίσιν πεφόρμενοι τάτων (πάντα γὰ τὰ δηλούμενα τοῖς μὲν εἰσιν ἀνια-
ρὰ, τοῖς ᾗ τερπνά· ὥσπερ ἡ τ ἐξ Κροίσου ἀρχῆς καταλυσις λύδοις μὲν
κ Κροῖσον ἠνίασε, Κύρῳ ᾗ καὶ Πέρσαις δαίμονον ἔδοξεν) εἰ δέ κ ἅτωσί
πως δοκοῦσί τινα διαψεύδεσθαι, ὁ πρὸς τῳ τ χρησμῶν φύσιν συμ-
βαίνοντι τυγχ, ἐπὶ μὴ πρὸς τῶν φλεγμαίνουσαν ἕψεσιν τ λιχνοτέρων ἀν-
θρώπων

ἀνθρώπων τὰς ἀρχὰς παραπαιζόντων, καὶ τὴν νῦν τῶν λογίων πρὸς τὴν οἰκείαν διαστρεφόντων ὄρεξιν. σκεπτέον δ' ἂν ὅμως μή τινες διαπαίζοντες δηθὲν τὰς τοῖς τοιούτοις ἀρωμένας, καὶ νέα τιχίδια πλάττοντες εἰς μίμησιν τῶν ἀρησμῶν, ἔπειτα κατὰ τὸ λεληθὸς παρεισέρωσιν εἰς τὸν δῆμον αὖθις, ὥστε τοῖς τούτων ψεύδεσι καὶ τὴν ἐκείνων συγχεῖν ἀλήθειαν· τάδε γὰρ οὐκ ὀλίγοι καὶ τῶν ἐφ' ἡμῶν πεπραχότες ἐάλωσαν.

Huc uſque hic noſter Nicephorus, in quo *ſunt bona mixta malis, ſunt mala mixta bonis*. Namque ignotum planè eſſe, quis Oracula illa vulgò decantata, (quæ plurima ſunt, ac quorum totum volumen, Cicerone nobis teſte, Chryſippus collegerat) primus confinxerit veriſſimum eſt. Ita quoque, quod poſtremo loco ponit, multos commentitios verſus, quaſi Oraculorum (imò addere potuiſſet *verba verſus, atque imagines aut etiam alia ſigna* lapidibus inciſa, muriſque aut humo impacta) clam in vulgus per aſtutos homines fuiſſe ſparſos, aut quaſi caſu aut miraculo detectos certiſſimum: quemadmodum id in nummis antiquis multis, vel pro talibus obtruſis, quique à vafris hominibus facti, huic illive Imperatori jam per aliquot ſæcula demortuo, affinguntur, accidit. Quæ vero de ſpiritibus ac Divina Providentia in hiſce operante diſſerit, ea nobis non niſi poſt accuratiorem diſquiſitionem, ipſiuſque aut aliorum probationem firmiorem, amplectenda ſunt. Hoc autem clarè patet, ipſum non potuiſſe ſe iſto Labyrintho commode extricare, ſed hærere quaſi in luto, nec ſcire quo ſe vertat. Rationes verò quas contra Oracula adducit, illuſtrandæ meæ de iis poſitioni maximè poſſe conducere ex ſequentibus quoque clarum fiet.

At mirandum magis eſt Euſebium, qui multas ac ſolidiſſimas rationes affert, cur meritò credatur Oracula fraude ac fallaciis hominum fuiſſe adornata, permanſiſſe tamen in iſta opinione, per malos Dæmonas ea hominibus fuiſſe reddita. Ea autem quæ affert contra communem de iſtis opinionem digniſſima ſunt,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

quamvis satis prolixa, uti huc afferantur, ex initio libri quarti de præparatione Euangelica.

Tertiò vero, age, considéremus, quid demum opinandum sit de virtutibus iis quæ latitant sive inhabitant statuis; utrum probæ & bonæ, ac verè divinæ, an contrà hisce planè contrariæ. Etenim alius quispiam fortasse, hæc considerans, assereret, totam rem meras esse fraudes, artes atque præstigias fallacium impostorum: ac describeret eam in universum, ut opus non tantùm non Dei, sed ne quidem pravi Dæmonis existimanda ea quæ de iis vulgò feruntur. Poëmata enim, & Oraculorum compositiones, non quidem bardorum ac stupidorum hominum esse, sed figmenta eorum, qui egregiè fraudibus parandis apti sint: ac in obscurum ambiguumque sensum atque in utramque partem trahi facilem composita, prout aliquis exspectet eventum, non ineptè confingere. Miracula verò illa, quæ multitudinem fallunt, naturalibus causis attribuenda, multa enim esse genera radicum, herbarum, plantarum, fructuum ac lapidum, tam siccorum quam humidorum cujuscunque demum materiæ, qualitatum & virtutum per universam naturam, quorum alia quidem expellentia atque aliquorum propulsantia, alia verò attrahentia, alia incidentia & attenuantia ac discutientia, alia condensantia atque adstringentia, alia laxantia, humectantia aut rarefacientia: quædam facultatem conservandi habere, quædam rursus occidendi, destruendi, ac præsentia pervertere atque immutare; atque nunc quidem hoc, nunc verò alio modo (hoc aut illud) in aliud quid convertere. Et hæc quidem id facere in longius spatium, illa verò in brevius. Rursus hæc id in multis efficiendi facultatem habere, alia verò in paucis solum: atque alia quidem aliis facultate ac viribus præstare: nonnulla aliis esse adjumento ac simul concurrere, atque unà incrementum capere atque interire: nonnulla verò esse sanitatem procurantia, non sine Medicæ artis cognitione; non-

nulla

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

nulla è contra morbos & interitum efficientia. Jam vero & aliqua legibus naturalibus earumque naturæ ejusque necessitatibus alligata increscere cum crescente luna, ac cum ea rursus decrescere. Sic & millena esse animalium, plantarum ac radicum antipathias: ac multa esse suffimenta narcotica ac somnifera; alia rursus insomnia & phantasmata producentia: multumque adjuvare in hisce regiones ac loca in quibus talia perficiuntur. Instrumenta ac vasa etiam ipsis ad hujusmodi artes esse, jam dudum antea in id accuratè atque artificiosè præparata, ac multos adjutores hujus impostura ac fraudis tales præstigiatores sibi aliunde assumere; qui cum cura ac studio perveştigant res atque negotia advenarum; ac quo quisque eorum indigeat, ob quod Deum veniat interrogaturus. Præterea multa occultari per adyta & multitudini inaccessas speluncas, atque intra sacra septa. Tenebrasque hic magno esse adjumento illorum conatibus: ac quam maximè etiam præconceptas (de hisce rebus) opiniones & superstitiones, & jam olim atque à parentibus haustas, & quasi connatas opiniones eorum qui ut ad Deos accedunt.

Proponas tibi & quam magna sit multitudinis insciția ac dementia, ac quam parum res propositas ponderet aut probet. Atque è contra argutias & ferè incomprehensibiles astutias eorum, qui circa has malignas atque improbas artes occupantur: Moresque ipsorum & actiones plenas fraudibus atque præstigiis, ac quomodo cunctis ea quæ grata sunt, ante promittant, atque in præsentiarum bona spe adulentur: quomodo res futuras conjectent, & obscuras huic reddant prædictiones, quæque mentem Oraculorum ambiguitate atque obscuritate obfuscant. Ut sic nemo intelligat id quod responsum est, atque ita ejus obscuritate elenchus effugiatur. Multa quoque contingere aliis quibusdam generibus fraudum ac præstigiarum: quibus dum perficiuntur, accedunt quædam incantationes vocibus & precationibus non intelligibilibus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

& barbaricis conceptas, ut videantur ſcilicet per iſta patrari quæ tamen minimè ab ipſis efficiuntur. Quod etiam, præſertim multi ex iis qui docti habentur, ſtupeant Oraculorum Poëmata, & concinnâ compoſitione verborum, & orationis gravitate & grandiloquentiâ inflata; quæque magna voce dum proferuntur, ac cum geſtibus ac fictione Divini (cujusdam) furoris, conformata; etiam & propter voces ambiguas, ferè omnem decipiunt populum.

Quotcunque autem reſponſa nulla ambiguitate obtecta ipſis exciderint, ea non ex præſcientia futuri, ſed ex conjecturâ prolata, eorum millena, imo ferè omnia, ſæpè aliter quam prædictum fuerat cecidiſſe deprehendantur; dum rerum exitus contra Oraculorum promiſſa terminetur. Niſi quod ſic aliquando, ac rarò quidem, unum ex millenis, caſu quoque aut bona fortuna contingens, aut ſecundum ex conjecturis exſpectatum eventum; faciat ut Oraculum vera prædixiſſe putetur. Quod tum magnopere eos, quibus talia contigere, in cippos & columnas incidi videas; qui cum (ſi quando res ita tulerit,) quod tam multi expectatione ſuâ decepti fuerint, verbum plane nullum fieri velint; tum vero, quod uni ex infinitis alicui prout ab Oraculo reſponſum fuerat, acciderit, id nullo non loco circumferant. Qua in re perinde ſe gerant, ac ſi quis, cum ex infinitâ hominum micantium, aliove ſortis genere utentium multitudine, duo aliqui vel ſemel tantum in eadem caſu incurrerent, factum miraretur; quaſi ex Divinatione quâdam ſortiſque futuræ ſcientia, unus atque idem utrique numerus obtigiſſet. Eandem enim ejus eſſe rationem, quod unum ex infinitis Vatum reſponſis, ac circa res numero infinitas editis, forte fortunâ ſemel evenerit: Id quod ubi quis intellexerit, cujus animus nihil intus ſolidi, nihil conſtantis habeat, tum vero hominem Oraculi certitudinem obſtupeſcere; quem ſane longè præſtaret, vecordiâ poſitâ, ſecum diligentius reputare, quam multis aliis vel interitum, vel diſſenſiones & bella,

genus

genus id hominum conſciverit; ac veterum hiſtoriarum memoriam cogitatione repetendo, animadvertere, ne tum quidem ullum ab iis divinæ virtutis opus editum fuiſſe, cum & res Græciæ maxime florerent, & jactata quondam Oracula, quæ hoc tempore nulla ſunt, integræ auctoritatis eſſent, & ab indigenis omni ſtudio curaque habitâ, patriis ritibus atque myſteriis religioſè admodum colerentur. Et ſane vim eorum nullam eſſe tum conſtitit ex bellorum calamitatibus: in quibus, quod nihil opis & auxilii conferre poſſent egregii fatorum interpretes, reſponſorum ambiguitate clientes ſuos fefelliſſe convicti ſunt; quemadmodum ſuo loco demonſtrabimus, cum omnium ſubjiciemus oculis, quo pacto eos, qui Oraculum conſulebant mutuum in bellum acuerint; nec de ſeriis quoque rebus negotiiſque conſulti reſponderint, ſed potius Oraculis ſuis illuſerint; ſic tamen ut dubiæ ſignificationis obſcuritate ſuam ipſorum ignorantiam occultarent. Cogita vero ipſe tecum exempla vetera repetendo, quam iſti ſæpe, cum affectæ valetudinis hominibus, robur, vitam, ſalutemque promiſiſſent, iiſque poſtea non ſecus ac Dius fides haberetur, paulò poſt ingenti pecuniæ vi ex hoc afflatæ divinitus mercaturæ genere corrogatâ, quales tandem eſſe manifeſtè deprehenſum fuerit, impoſtores ſc. ac circulatores, non autem Dii; cum decepti ab iis homines infauſtum exitum habuiſſent. Quid porro attinet dicere, ne popularibus quidem ſuis, & ejuſdem ſecum civitatis indigenis vates egregios quicquam præſidii vel opis afferre, cum infinitos ibidem videas morbis laborantes, claudos, cæcos ac toto ſæpe corpore mutilatos? Quid vero in cauſâ fuerit, cur peregrinis quidem hominibus, & ex longinqua regione venientibus rerum meliorum ſpes quaſdam umbratiles ac fucatas oſtenderent, civibus autem popularibuſque ſuis non item; quibuſcum tamen eos, utpote domeſticis amicis ac civibus, derivatum ex numinum præſentia bonum communicare opporteret: niſi quod extraneos homines veteratoriæ

cal-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

calliditatis ignaros facilius in errorem, quam alios sibi familiares ac notos, impellerent, quippe qui artis hujus imperiti non essent, sed usitatæ ludificationis optime conscii? Quare totum istud profectò nec divini quicquam, nec humanâ industria majus habuit: adeoque videas gravissimis etiam calamitatibus, quales utique cœlitus a summo rerum Principe Deo impiorum cervicibus imminent, supremum exitum ruinasque frequentes ac repentinas simul cum ipsis donariis ac simulacris, eorum Templa subiisse.

Ac paulò inferiùs, (nam multa etiam lectu dignissima, ne nimis fiam prolixus, hîc prætereo.)

Si verò quis adhuc unicum hoc addat, viderit quid hic sit fortissimum argumentum; quod nempe iis, qui jam valde erant Deo quasi pleni, maximique inter illos Hierophantæ plurefque atque apud ipsos Theologi & Prophetæ, non tantum olim, SED ET NUPER, AC NOSTRA ÆTATE PROPTER DIVINAM SAPIENTIAM VALDE PRÆDICATI PER TORMENTA ROMANIS IN JUDICIIS COACTI TOTAM ILLAM IMPOSTURAM HOMINUM FRAUDE FIERI DIXERINT, ATQUE OMNES ISTAS PRÆSTIGIAS ARTE CONFICTAS ESSE CONFESSI SINT. QUI ET OMNES MODOS ISTIUS APPARATUS, OMNESQUE METHODOS PRAVÆ ISTIUS ARTIS, LITERIS SUIS COMMENTARIIS IPSI DESCRIPSERUNT. QUARE ET MERITAS POENAS PERNICIOSÆ AC SCELESTÆ FRAUDIS EXSOLVENTES TOTAM REM IN LUCEM PRODUXERUNT, IPSIS FACTIS VERITATEM EORUM QUÆ INDICAVERANT CONFIRMANTES. *Neque credas hosce viros ignobiles atque obscuros aliquos fuisse. Nam alii eorum admirabilem (illam) Philosophiam amplexi, eorum ex numero erant, qui Pallium gestant ac supercilium elevant: alii verò deprehensi ex numero Magistratuum Antiochenæ civitatis fuêre. Atque (illi) qui quidem maximè ob contumelias illatas, in persecutio-*

*tionibus contra nos gloriabantur. Et novimus quoque Philosophum istum simul ac Prophetam, qui, similia iis quæ jam dicta sunt, in Mileto passus est. Hæc, & plura alia, congerere quis posset, atque inde concludere, neque Deos, neque Dæmonas Oraculorum in urbibus constitutorum esse causas; sed fraudes ac præstigias impostorum hominum. Et erant sanè inter ipsos Græcos, totæ ob Philosophiam celebres sectæ, hanc defendentes sententiam; Aristotelici nimirum, atque omnes quoque Peripatetici, & Stoïci * & Epicurei & Cynici: Quorum maxima me subit admiratio, quomodo isti Græcis moribus ab ipsis cunis innutriti, ac qui dum adhuc essent pueri, à Patribus suis fuerant edocti, Deos esse eos de quibus locuti sumus, hisce minimè adhæserint; sed vi ac conatu celebrata illa* λεκτήρια, *& ea cum studio visitata* μαντεῖα, *nihil veritatis reddere coarguerint, atque ostenderint ea plane inutilia, imò & noxia esse.*

At quem non maxima subeat admiratio, hunc ipsum Eusebium, qui talia profert, tamen cum cæteris Patribus tenere ac defendere, Dæmonum arte ac fraude hujusmodi inventa ac reddita fuisse Oracula? Hoc enim non solum ex iis quæ fuerat præfatus, (scopum scilicet ipsius esse disquirere, utrum bonorum ac verò malorum Dæmonum opera sint) verum & ex toto ferè quarto ac quinto cæterisque libris Præpar. Euang. atque Historiæ Ecclesiasticæ, abundè patet. Sed audiamus ipsum Eusebium Græcè loquentem, ne quis nostræ versionis auctoritati stare cogatur: Τὸ δὴ τρίτον φέρε σκεψώμεθα πόθεν λεκτὰ νομίζειν τὰς ἐν τοῖς ξοάνοις ἐμφωλεύσας δυνάμεις· πότερα τ' τρόπον ἀσεβείας καὶ ἀγαθοὺς, ἢ ὡς ἀληθῶς θείας, ἢ τούτων ἁπάντων τὰ ἐναντία. ἀλλ' μὴν ἴδιον ἂν ἴσως, τ' περὶ τούτων

 ἐφο-

* Vide Senecam, ubi in quæstionibus naturalibus de Divinatione per Auguria, &c. loquitur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

ἐφοδίων λόγον, πλάνην εἶναι τὸ πᾶν, καὶ γοήτων ἀνδρῶν τεχνά-
σματά τε ἐς ῥαδιουργίας ὑπεσήσατο, καθόλε ἀπεικράφων τὴν δόξαν
ὡς μηδ' ὅτε θεῦ, ἀλλὰ μηδὲ πονηρῦ δαίμονος εἶναι νομίζειν τὰ ὠεὶ αὐ-
τῦ θρυλλύμενα. τὰ μὲν γὰρ ποιήματα, καὶ τὰς τῶν ἀρισμῶν σωτήσεις,
ὧν ἀφυῶν ἀνδρῶν, ἃ μάλα ἂν πρὸς ἀπάτην ἐσκευωρημένων πλά-
σματα τυγχάνειν, μέσῳ καὶ ἀμφιδόλῳ συγκείμενα τρόπῳ πρὸς ἑκά-
τερά τε τὰ ἀπὸ τῆς ἐκβάσεως ὠεοσδοκωμένων, ὧν ἀφυῶς ἐφαρμό-
ζειν. τὰ δὲ τῶν πάλαι ἀπατώντων ἀφ' ὅτων τερατειῶν θαύματα φυσικαῖς
αἰτίαις ἀνῆφθαι. πολλὰ γὰρ εἶναι ἄδηλα ῥιζῶν, καὶ βοτανῶν, καὶ φυ-
τῶν, καὶ καρπῶν, καὶ λίθων, ξηρῶν τε ἄλλων καὶ ὑγρῶν παντοίας
ὕλης δυνάμεων ἐν τῇ τῶν ὅλων φύσει· τὰ μὲν ἀποκρυπτικὰ, τὰ δὲ συ-
νάγειν πεφυκότα καὶ ἐφέλκεσθαι· τὰ δὲ διακρίνειν καὶ σκεδαννύναι, πυ-
κνοῦντα καὶ στέλλειν δυνάμενα. ἕτερα δὲ χαλᾶν καὶ ὑγραίνειν καὶ ἀραιοῦν· σώ-
ζειν τε αὖ πάλιν ἄλλα· καὶ ἕτερα κλείνειν, τρέπειν τε διόλε, καὶ τὸ παρὸν
ἀναλλάττειν. καὶ τότε μὲν τῆδε μεταπιεῖν, τότε δὲ τῆδε. καὶ τὰ μὲν πρὸς
πλείω χρόνον, τὰ δὲ πρὸς βραχὺ τῶν πιεῖν. καὶ πάλιν τὰ μὲν εἰς
πλῆθος, τὰ δὲ μέχρις ὀλίγον μόνον ἰσχύειν. καὶ τὰ μὲν τάδε ἡγεῖσθαι·
πρὸ δὲ ἕτερα ἐπακολυθεῖν, σωτρέχειν τε ἄλλα ἄλλως, καὶ σωαύξειν
καὶ συμφθείρεσθαι. καὶ μὲν δὴ ὑγιείας εἶναί τινα ποιητικὰ, ἰατρικῆς οὐκ
ἄνωθεν ἐπιστήμης. τὰ δὲ νοσοποιὰ τυγχάνειν δὴ λητήρια. ἤδε δὲ καὶ φυ-
σικοῖς ἀνάγκαις συμβαίνειν τινὰ, δὴ τῇ σελήνῃ σωαύξειν δὴ συμφθί-
νειν. ζώωντε εἶναι καὶ φυτῶν δὴ ῥιζῶν ἀντιπαθείας μυρίας, καὶ πολλὰ
θυμιαμάτων καρωτικῶν τε καὶ ὑπνωτικῶν· ἑτέρων δὲ φαντασίας
ποιητικῶν. σωαίρεσθαι δὲ ἀχ ἥκιστα καὶ τὰ χωρία, καὶ τοὺς τόπους ἐν
οἷς τελίσκεται τὰ γινόμενα· ὄργανά τε εἶναι καὶ σκεύη πρόρρωθεν αὐ-
τοῖς ἐπιτηδείως τῇ τέχνῃ ὠεοηυρεπσμένα. πολλοὺς δὲ καὶ σωεργοὺς τῆς
μαγγανείας ὠθεν ἀναλαμβάνεσθαι ἔξωθεν, πολυπραγμονοῦντας τοὺς ἀφικο-
μένους, καὶ τὰς ἑκάστε χρείας, ὧν ἥκέ τις δεησόμενος. πολλὰ δὲ καὶ
τὰ ἄδυτα, καὶ τοὺς τοῖς πολλοῖς ἀβάτους μυχοὺς, τῶν ἱερῶν ἐντὸς ἀπο-
κρύπτειν, καὶ τὸ σκότος δὲ ἀ μικρὰ σωεργεῖν τῇ καθ' ἑαυτὸν ὑπο-
θέσει, καὶ αὐτῷ δὲ ἀχ ἥκιστα τὴν ὠεολαβοῦσαν ὑπόληψιν, καὶ πρὸς
τῶν ὡς θεοῖς ὠεοσιόντων αὐτοῖς δεισιδαιμονίαν, τῷ τε ἐκ ὠεογόνων κα-
τοχὴν ἐν αὐτοῖς δόξαν· ὠεοσκείσθω δὲ καὶ τὸ τῶν πολλῶν ἠλίθιον τῆς

Δω-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Δημοίας, τό, τε ἀδρανὲς τ̃ λογισμ̃ καὶ ἀβασάνιστον τ̃ πλήθυς· καὶ ἐμπαλιν τὸ δεινὸν καὶ κακέντρεχες τ̃ περὶ τὴν κακότεχνον ταύτην Δημτριδην τιτ̃ζόντων, τό, τε τ̃ χρήτων ἀπατηλὸν κ̀ παν̃ργον τ̃ τρόπυ· τό, τε μὴν τὰ πρὸς ἡδονὴν ἑκάστῳ προϋπτχυμένων, ⁊ τὸ παρὸν ὑπὲ χρησαῖς ἐλπίσι θεραπτύοντων· τό, τε τ̃ μέλλοντ@ καταστοχαζομένων, κὴ εἰς ἀδηλον καταμανθανομένων. τὴν τε Δήνοιαν τ̃ χρησμῶν ἀμφιβολίαις ῥημάτων ⁊ ἀσαφείαις ἐπισκοπόντων· ὡς μή πνα σωτ̃ραν τὸ χρηθὲν, τ̃ῇ ὴ τ̃ λεχθέντ@ ἀδηλία τ̃ ἔλεγχον ἐκφύγειν. πολλὰ ὴ συμβαίνειν κ̀ ἄλλως πισὶν ἀπάταις κὴ τερατείαις, συμπαραλαμβανομένων τ̃ις γινομένοις ἐπῳδῶν δή τινων μετὰ τιν@ ἀσήμυ ⁊ βαρβαρικ̃ς ἐπῤῥήσεως. ἵνα δὴ ὑπὸ τ̃των ἀπροσδόκητα δοκεῖν τὰ μηδ' ὁπωσ̃ν πρὸς αὐτῶν γινόμενα. μάλιστα ὴ τὰς πολλὰς, κὴ τ̃ ἀπὸ παιδείας ὁρμιζομένων ἐκπλήττειν αὐτῶν δὴ τ̃ χρησμῶν τὸ ποίημα τε, εὖ μὴν τ̃ῇ σωθέσῃ τ̃ ῥημάτων κεκαλλωπισμένα, εὖ ὴ τῷ τ̃ς μεγαλοφωνίας ὄγκῳ τετυφωμένα, πολλῷ κὴ τῷ τ̃ς ἀναβάσεως κόμπῳ, τῷ τε πεπλασμένῳ, τύπῳ τ̃ς θεοφορίας ἐσχηματισμένα, κ̀ Δια τ̃ς ἀμφιβόλυ φωνῆς, τὸν πάντα χρεὼν ἀπαλῶντα λεών. ὅσυ γὲν αὐτ̃ις τὴν ἀμφιβολίαν ἐκπέφυγε τ̃ χρησμῶν, ὁ κ̃ προγνωσιν τ̃ μέλλοντ@, κ̃ δέ πνα σοφασμὸν ἐξηνεγμένα, τ̃των μυρία, μᾶλλον δὲ τὰ πάντα χρεὼν ἤλω πολλάκις τ̃ς προῤῥήσεως ἀποπεπωκότα, ἐναντίως ἢ κ̃ τὸ χρηθὲν, τ̃ τ̃ῶν πραγμάτων τέλυς τὴν ἔκβασιν ἀπειληφότ@, εἰ μή ποτ' ἄρα παρὰ τὸ ἐνδεχόμενον ἔν ποτε ἐκ μυρίων συμβὰν κατά πνα φορὰν σωτυχικὴν, ἢ κατὰ τὴν στοχασθεῖσαν τ̃ μέλλοντ@ προσδοκίαν, τ̃ χρησμὸν ἐπαληθεύειν ἐνομίσθη ποιεῖν. ὁ δὴ κὴ μάλιστα θρυλλ̃ντας ἂν ἴδοις, κὴ σήλαις ἐγχαράττοντας, ⁊ παλαχόσε γ̃ς βοῶν̃ας. ὅτι μὴν, εἰ τύχοι, τοσόνδε τ̃ ἀριθμὸν ἀποσφάλησαν, μηδαμ̃ῆ μηδενὸς ἐθέλοντες μνημονεύειν ὅτι ὴ τῷδε ἀπὸ μυρίων σωέτυχέ τι τῶν̃ χρηθέντων, ἄνω κὴ κάτω περιφέροντας, ὡς εἴπις κὴ ὑπὲ δύο λαγχάνυσιν ἀπὸ μυρίων. εἰ ἄρα ποτὲ εἰς ἅπαξ αὐτὰς τ̃ αὐτῶν συμπεσεῖν ἔτυχε θαυμάζοι, ὡς κατὰ μαντείαν κ̀ προγνωσιν ἕνα κ̀ τ̃ αὐτὸν ἀμφοτέροις σωέβη περιελθεῖν ἀριθμόν· ὅτυ γὲ ἔτυχεν τὸ ἀπὸ μυρίων ὑπὲ μυρίοις χρηθέντων, ἅπαξ ποτὲ συμβαὶ κ̃ τύχῳ. ὁ κὴ σωιδόντα τ̃ μηδὲν σπρὸν ἐν βάθῃ ψυχ̃ς κεκλη-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

μῦθον, ὑπορρεκωλήπεσθαι τὸ χρησήριον, ᾧ πολὺ κρεῖττον ἦν τὸ μὴ ἀ-
φραίνειν συλλογισαμένῳ, ὅσοις ἄλλοις θανάτῳ γεγόνασιν αἴτιοι, στά-
σεώς τε καὶ πολέμων οἱ δεδηλωμένοι. σκέψασθαί τε τῶν παλαιῶν τὰς ἰσο-
ρίας, καὶ σωιδεῖν ὡς ἀδὲ τὸ τηνικάδε ἀρετῆς τι θείας ἔργον ἀπεδεί-
ξαντο, ὁπηνίκα ἤνθει μὴν τὰ ἑλληνικά, σωεισήκει ἢ τὰ πρὶν βαώμενα,
νῦν ἢ μηκέτ' ὄντα! χρησήρια, πάσης σεμνοίας καὶ σοφίας ἠξιωμένα σεὸς
τῶν ἐπιχωρίων, τῶν δὴ πατρῴοις νόμοις τὰ καὶ μυστηρίοις σεβόντων τὰ αὐτὰ
καὶ θεραπεύοντων. καὶ τότε γὰν μάλιστα τὸ μηδὲν δυνασθαι ἀπηλέγχθη-
σαν ἐν ταῖς τῶν πολέμων συμφοραῖς. ἐν αἷς βοηθεῖν ἀδυνατοῦντες οἱ γμ-
ναῖοι θεσπιῳδοὶ, δι' ἀμφιβολίαν τῶν χρησμῶν ἤλωσαν σοφισθέντες
τὰς σεόσφυγας. ὥσπερ ἂν κἀ τῶν δέοντα καιρὸν ἐπιδείξομεν, σεισῶν-
τες ὥπως τὸ εἰς τὸν κατ' ἀλλήλων πόλεμον, τὰς χρωμένας παρώξυνον,
καὶ ὡς ἀδὲ σεὶ σπουδαίων σεραγμάτων τὰς ἀποκρίσεις ἐποιοῦντο, τὸ ὡς
ἐπαλάνων ἀφ' ὧν χρησμῶν παίζοντες τὰς ἐρωτῶντας, τὸ ὡς τοῦ τὸ ἀ-
σαφείας σκότῳ, τῷ σφῶν ἄγνοιαν ἀποκρύπτοντο. σκέψαι δ' ἂν τὸ αὐτὸς
πυθόμενος, ὡς καὶ ἀρρώστοις πολλάκις ῥῶσιν καὶ ζωὴν καὶ σωτηρίαν
ὑποχόμενοι, καίπερ σπουδάζοντες ὡς ἂν θεοὶ, καὶ τὸ ἐνθένδε τούτης ἐμ-
πορίας, μεγάλης τὰς μισθὰς εἰσπραξάμενοι, ὁ μὴ πλεῖστον οἴονται
ἦσαν ἐφωράθησαν, γόητες ἄνδρες ἀλλὰ ὁ θεοὶ διελεγχθέντες, οὐκ αἰ-
σίας καταστροφῆς τὰς ἠπατημένους ἀφαλαβόσης. τί δεῖ λέγειν ὡς ἀδὲ
τοῖς ἑαυτῶν σωοίκοις, τοῖς δὴ κατὰ τὴν αὐτὴν πόλιν ἀφιδρύσασιν, οἱ
θαυμάσιοι μάντεις τὰς ἐξ αὐτῶν παρέχον ὠφελείας, ἀλλὰ καὶ νο-
σήσαντας ἂν ἰδίοις αὐτόσε καὶ ἀναπήρους, καὶ πᾶν τὸ σῶμα λελωβημένους μυ-
ελίας; ἢ δή ποτε ἂν τοῖς μὴν ἔξω καὶ πορρώθεν ἐξ ἀλλοδαπῆς ἀφικνε-
μένοις τὰς χρησὰς ὑπέγραφον ἐλπίδας, οὐκ ἔτι δὲ τοῖς κατὰ τὸ αὐτὸ
σωοίκοις, οἷς δὴ δὲ σεὸ πάντων ἐχρῆν, ὡς ἂν οἰκείοις φίλοις καὶ
συμπολίταις, τὸ ἐκ τῆς θεσπρωτίας ἀγαθὸν παρέχειν; ἀλλ' ὅτι
τοὺς μὴν ξένους, ἀγνῶτας ὄντας τῆς ῥαδιουργίας, ῥᾴδιον ἂν καὶ ἀ-
πατήσειεν, οὐκ ἔτι δὲ τοὺς σωήθεις, ὡς ἂν τῆς τέχνης οὐκ
ἀπείρους, σωίσοιτο δὲ ὄντας τῆς ἐπιτελουμένης πανδικίας. ἄτω
δὲ τὸ πᾶν ὁ θεῖον, οὐδὲ ἀνθρωπίνης ἐπινοίας κρεῖττον ἦν. ὥστε
καὶ πᾶς μεγίστης συμφορᾶς, πᾶς δὴ ἄνωθεν ἐκ τοῦ παμβασι-
λέως θεοῦ κατὰ τὰ ἀσεβῶν ἐπικωμασθέναις, αὐτοῖς ἀφιερώμασι καὶ
ξοά-

ξοάνοις, φθορὰν ἐχάτω καὶ πῶσεις ἀθρόας τὰς νεὼς αὐτῶν ὑπομεῖναι.

Et nonnullis intermiſſis.

Ἓν δὲ ἢ πεφθεὶς τοῖς εἰρημένοις, μέγιστον ἂν εἴη καθεωρακὼς κεφάλαιον, ὡς ἤδη καὶ τ ἅγαν θεοφόρων, αὐτῶν ἢ τῶν μάλιστα ἱεροφαντῶν, θεολόγων τε αὐτοῖς καὶ πεφθητῶν πλείας ἃ μόνον πάλαι ἀλλὰ καὶ ἔναγχος καθ' ἡμᾶς αὐτὰς, ὑπὸ τῇ θεοσοφίᾳ ταύτῃ βοηθέντες, διὰ βασάνων αἰκίας ὑπὸ τῶν Ῥωμαϊκῶν δικαστηρίων, τῷ πᾶσαν ἐξεφώνησαν πλάνῃ ἀνδρῶν ἀπάταις γίνεσθαι, καὶ γοητείαν πεπεισμένῃ, τὸ πᾶν εἶναι ὁμολογήσαντες. οἵγε δ τ πάντα τρόπον τ καταστροφῆς, καὶ τὰς μεθόδους τ κακοτεχνίας, ταῖς πρὸς αὐτῶν ἐν ὑπομνήμασιν ἀφεθείσαις φωναῖς ἐνεγράψαντο. διὸ δὴ καὶ τῷ ἀξίαν τ ὀλεθρίᾳ πλάνης δίκην ἐκτίσαντες, πάντα λόγον ἀνεκάλυψαν, αὐτοῖς ἔργοις τῷ τ δηλωμένων ἀποδείξιν πεφωσάμενοι. ὁποῖοι ἢ ἦσαν ἕστι, μὴ δὴ νόμιζε τ ἀπερρίμενων καὶ ἀφανῶν τινας. οἱ μὲν γε αὐτοῖς ἀπὸ τ θαυμασῆς ταύτης καὶ γνναίας φιλοσοφίας ὡρμῶντο, τῶν ἀμφὶ τ τρίβωνα, καὶ τῷ ἄλλῳ ὀφρῦϊ ἀνεπακτῶν. οἱ ἢ ἀπὸ τῶν ἐν τέλει τ Ἀντιοχέων ἡλίσκοντο πόλεως. οἱ δὴ μάλιστα καὶ ὑπὸ ταῖς καθ' ἡμῶν ὕβρεσιν, ἐν τῷ καθ' ἡμᾶς διωγμῷ λαμπρυνόμενοι. ἴσμεν ἢ δ τ φιλόσοφον ὁμοῦ καὶ πεφθῆναι, τὰ ὅμοια τοῖς εἰρημένοις κ τῶν Μιλήτου ὑπομείναντα. Ταῦτα δή τις καὶ πλείω τούτων ἔτι συνάγων, εἴποι ἂν μὴ θεὸς εἶναι, μηδὲ μὲν δαίμονας, τὰς τῶν κ πόλεις ἀρχηγίων αἰτίας· πλάνῃ ἢ δ ἀπάτῃ ἀνδρῶν γοήτων· καὶ ἡσύνγε παρ' αὐτοῖς Ἕλλησιν ὅλαι διὰ φιλοσοφίας διαπεπεῖς αἱρέσεις, τούτης προϊσάμεναι τ δόξης· ὡς οἱ ἀπὸ τ Ἀριστοτέλους, καὶ πάντες οἱ καθεξῆς τ Περιπάτου, Κυνικοί τε δ Ἐπικούρειοι, ἃς καὶ μάλιστα ἔγωγε ἐθαύμασα, ὅπως ἐν τοῖς Ἑλλήνων ἤθεσι τραφέντες ἐξέβη τῶν παραγκώνων, παῖς ὢν διδαχὴ πατρὸς θεὸς εἶναι τὰς δηλωμένας παρειληφότες, ἀθ ἕτερα λῆρος μὲν γόνασιν· ἀλλὰ κ κράτος δ τὰ βωμένα ἀρχηγέτα, καὶ τὰ παρὰ πᾶσι μεταδωκόμενα μαντεῖα, ἄδεν φέρειν ἀληθες ἀπήλεγξαν, ἀνωφελῆ τε ἀπεφήναντο, καὶ μᾶλλον ἐπβλαβῆ τυγχάνειν.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
366 F 33

Huc usque Eusebius, quem latiùs adhuc adduxissem; sed, ne nimium in citando Lectori tædium crearem (quod ne tamen aliquando contingat metuo; at digna certè res est ut accuratius tractetur) harum rerum curiosiores ad ipsum remitto Eusebium.

Ut autem transeamus ad Scriptores hujus præteritique ævi, quique aliquid, aut ex professo aut per occasionem, de Oraculis ac Divinationibus commentati sunt; neminem inter ipsos invenio, qui non, aut omninò, aut pro parte saltem, auctorem illorum statuat diabolum. Sic enim, qui primus prodeat, Gerh. J. Vossius eruditissimus ille Vir, qui omnia, ac magno sanè cum judicio, legisse videtur, quique lib. 1. cap. 6. hæc sequentia habet: *Quibus aliud videtur, Oracula ajunt constitisse fraudibus humanis: quod etiam perspexit Demosthenes, quando (ut Minutius in Octavio ait) responso simulato* Φιλιππίζειν *Pythiam querebatur. Planiusque fucum detexit Lucianus in Alexandro Pseudomante: ut tot alios fraudis patriciæ pariter, ac Sacerdotalis testes præteream. Quas nec invenuste adumbravit Cælius Calcagninus suo de Oraculis libello. Dixeris quoque vel illud suspecta reddere Oracula, quod ferè ita essent ambigua, ut ad eorum intelligentiam altero esse Oraculo opus videretur. Sed non si Oracula latentium fuerint hominum impostura, eò non fraude etiam constiterint illudentium Dæmonum. Et his & illis suas partes tribuimus. Nec si ambigua forent, eo Dæmoniaca non erant; quia Dæmones ipsi, futurorum contingentium nescii, subtili quidem, sed fallaci sæpius conjecturâ niterentur. Quare & Dæmonibus verbis opus fuit obscuris ac perplexis, quo Oracula malè crederentur intellecta, si eventus non responderet. Nec satis est, si in Sacerdotum subsistatur solertia, quia multa prædicerentur ad quæ non pertingeret mens humana. Quod patebit complura cogitanti Oracula ex istis, quæ à Veteribus referuntur, & juniorum industria*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

ſiria bonam partem uno comprehenſa corpore prodierunt. In poſtremis hiſce verbis reſpicit, ni fallor, ad Oracula illa quæ collecta ab Obſopæo, (& aliis,) ſequuntur ipſius Oracula Sibyllina, in editione iſtorum Oraculorum, quæ Pariſiis anno Domini 1599. elegantiſſima prodiit. Sententia autem Voſſii merâ nititur hypotheſi. Nam quæ de multis Oraculis tali modo prædictis, ut *ad ea non pertingeret mens humana* affert, illa ſatis diluuntur iis quæ de ipſorum primis auctoribus differit Nicephorus Gregoras, initio loci à nobis ſuperius adducti. Nam quomodo conſtat ea non poſt eventum fuiſſe conficta?

Hic mihi temperare non poſſum quin lepidas duas hiſtoriolas ex eodem hoc Voſſio, ex addendis libro primo De Idololatria afferam; quas a narrante nobiliſſimo Arciſſewskio, qui cum ſumma laude pro Hollandis in Braſilia bella geſſerat, accepit.

Popoſcerat a Tapuis Arciſſewskius, ut ſe commonerent, quando Dæmonem eſſent evocaturi: conditioneque eâ promiſſum, ut ne ille ſacra eorum violari, vel turbari ſineret. Tertia igitur die, cum corporibus jam curatis inciperet agmen moveri, arceſſitus ab iis fuit: ac comperit eos prope viam in formam ſemicirculi, ſeu lunæ corniculatæ, conſidentes cruribus divaricatis. Ex adverſo itidem humi ſedebat ſacrificulus. Hic cæteros varia interrogabat, de variis item rogabatur: utrimque dabantur reſponſa. Sed qualia iſta forent, quæ dicerentur, non ſatis cognoſci quitum, vitio interpretum. . . . . Ubi ſermocinandi pauſam concio fecerat, conſurrexit ſacrificulus, & extra conſpectum omnium abiit in ſylvam, voceque ſat ſonorâ Dæmonem tertiò etiam inclamavit. Eo non reddente reſponſum, rediit ad ſuos: novique inde inter eos ſermones: ſed quos nec interpretes caperent. Hinc ſacrificulus (juſſus a conſeſſu, ut videtur) iterum petiit ſylvam. Verum neque tum ad itera-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

iteratum, tertiatumque ſermonem a Dæmone dabatur reſponſum. Reverſus igitur, ut ante, ad ſuos.

Poſt tertiò ingreſſus ſylvam: ac tum demum eo inclamante, audita eſt e remotiori ſylva vox ſonora, ſed gracilis & velut fiſtulâ emiſſa. Hinc Tapuæ collegere, rem bellè habere, ac Dæmonem mox affuturum. Sacrificulo ad cœtum ſuum reverſo, verba iterum utrimque ſunt commutata. Hinc denuò receſſit ſacrificulus. Tum varia erat acclamatio, ac ſermocinatio frequens. Interim e ſylva magis & magis appropinquabat gracilis vox Dæmonis, donec hic tandem conſiſteret proxime ſacrificulum; qui eum ad Tapuarum cœtum deduxit. Ac ipſe quidem priorem locum occupavit; Dæmonem item ex adverſo cœtus juxta ſe conſidere juſſit. Hinc jam ſermones varii, nunc cœtu aliqua dicente, nunc ſacrificulo, vel Dæmone: quorum illi vox erat, qualis ſolet ſemper; huic gracilis illa, de qua dictum. Ac nunc ſacrificulus, nunc plures e cœtu, jactare verba animoſi ac maſculi pectoris; aliquando etiam intentare minas, imò videri jam velle arma arripere adverſus Dæmonem. Quid mirum? quando ſi immorigerus eſſe pergat, quandoque verberibus etiam male mulctare dicantur. Ultima interrogantis verba excipiebat inconditus quidam multitudinis ſonus, longo tractu ab imo productus pectore; qui mire adſtantes afficiebat Belgas. Niſi homines coram vidiſſent, dixiſſent, concluſos in cavea leones rugire, vel caurire pantheras. Dimidiam ſic horam ſpectarat iſta Arciſſewskius, cum ſacrificulus Dæmonem reducit in ſylvam, eoque redit relicto. . . . . Et hæc quidem tum ſic fuere. Quærat autem aliquis, utrum vere hunc Dæmonem fuiſſe credamus, quem diximus. Mihi videtur in toto hoc negotio intercurriſſe fraudem, non Dæmoniacam modò, ſed etiam humanam. Siquidem commodiori poſt tempore rogavit Arciſſewskius Tapuias, cur eum finxiſſent Dæmonem, qui homo foret,

ſibi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

ſibi ipſi ſæpius viſus. Negare id continuò Tapuæ, qui vere fuiſſe Dæmonem pertenderunt. Sed ſæpius jàm ante viderat hominem Arciſſewskius: illa vero vocis gracilitas erat à gramine, vel alio, quod ori indiderat. Nec quia fraus aderat humana, eò nullæ erant Dæmonis partes. Nam aliud longe oſtendit, quod tam audacter reſponderunt de futuris nonnullis, quæ præſciri ab homine nequirent. Ut quod dicerent, munimentum venturum in fœderatorum poteſtatem, tribus tantùm militum amiſſis. Sic enim contigit. Quia vero nec Dæmoniacæ eſt poteſtatis prævidere omnia, fuere in quibus eos fefellerit divinatio. Ajebant, noſtros pro ponte uſuros aſſere, atque ita foſſam tranſituros, hoſte ignaro. Sane ſic decretum noſtris: quod nihil mirum ſciſſe ſpiritum malignum. Sed hoſtis excitatus præſenſit: ac diutius ſe defendit, globis bombardarum emiſſis. Quo inſolito fragore, tonitrui non abſimili, uſque adeo exterriti fuere Tapuæ, ut non redirent, niſi diluculo, capto munimento, atque ubi jam rebus omnibus compoſitis ſilentium intus eſſet. Poſt iſta etiam, cum Arciſſewskius petiiſſet flumen Monguoape, atque ibi ex navibus hoſtium ſubductis vacuas quidem incendiſſet, ſaccaro vero onuſtas abducere vellet, & ad hoc Tapuiarum opera egeret, quos breviore anfractu in tutiora vellet loca remittere: plane navem ingredi recuſarunt, cauſam hanc adferentes, quod mali aliquid portenderetur. Exitus reſpondit; quia navis ea prædæ plena, cui impoſita erant decem majora tormenta bellica, nec exigua copia vini Hiſpanici, ſaccari ac mercium aliarum, in exitu portûs anguſti illiſa ſaxo diſſiliit, cunctaque naufragio ſunt abſumpta. Atque ex his de cæteris etiam non difficilis conjectura. Nihil enim ullius momenti aggrediuntur, niſi Dæmone prius conſulto: ubi licet, ut dixi, fraus etiam ſit humana, concurrat tamen vis Dæmoniaca; nec ſane aliud multitudo propoſitum habet, quam cultum unius Dæmonis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Cui quantum tribuat, argumento erit, quod alia contigit expeditione. Arciſſewskius a ſacrificulo petierat, ut ejus rogatu Dæmon, ſe inſpectante, induſium quod manu teneret, in ſublimem aëra raperet: ac promittebat, induſium id mercedis loco ceſſurum ſacrificulo. Solum id ſtipulatus fuit, ut liceret ſibi Dæmona accedentem ferire baculo, quem manu teneret alterâ. Placuit conditio credulæ multitudini, quæ nullo id negotio Dæmona facturum ajebat. Sed non potuit adduci Sacrificulus, ut acciperet conditionem. Unde riſus exortus eſt ingens: quo deſinente, Arciſſewskius ſic jocabundus affatus eſt Sacrificulum. At ego me majorem te artificem præſtabo. Die enim craſtino faxo, ut capite cornua geſtes cervina, ejus magnitudinis, quæ non ſinat te exire ex hoc conclavi. Hoc ſermone ita hominem exterruit, ut poſtea, dilapſis aliò cæteris, cum interprete rediret, atque Arciſſewskium rogaret, ut ne tantâ ſe afficeret contumelia.

Videmus hîc Voſſium noſtrum exiſtimare, fraudes intercurriſſe Dæmoniacas. 1°. Quod divinaſſent hi Tapuæ de tribus militibus, quos Arciſſewskius eſſet amiſſurus. Quod ſane, ſi mòdò id ita ſtricte dictum fuerit, reſponderitque ſic juſte eventus, caſu verum evadere potuit: ſicut quandoque talia prædicta caſu finem ſortiri poſſunt. Docet id nos Auguſtinus; qui ſcurras circumforaneos narrat quandoque luſu & joco prædixiſſe, hominem ſequenti nocte a leone dilaceratum iri: quod tamen & caſu verum evaſit.

At quod ſecundò affert, minus Dæmoniacum videtur. Videre enim potuerant, aſſerem ab Hollandis aſſumptum, nec alii uſui eum probabiliter ceſſurum; ſi non & ex alia cauſa id conjectaſſent. Et hîc tamen, ſicut Pythoniſſa illa in Endor, partim quidem veritatem conjectura aſſecuti ſunt, partim vero plane aberrarunt. Verum enimvero tertium longe minus Dæmoniacum videtur; quod & videre poſſent navem nimio onere gravatam, fundo vel ſcopulis, qui ipſis in iſtis regionibus verſatis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

tis bene cogniti esse poterant, in angustiori illo transitu, allisuram. At vellem certe eruditissimum Vossium honori suo, circa posteriorem historiolam, de indusio ac cornibus cervinis, melius consuluisse (quam tamen, incaute, firmandis cæteris attulisse videtur;) quod ista nimis clare ostendat, hîc Sacrificulum prætensum suum Dæmonem non potuisse consulere; vel si ipsum consuluit, illum ad talia nihil adjumenti ipsi valuisse conferre.

Cælius Rodiginus, argumentis ab Eusebii istis, quæ superius allata sunt, non incommodè petitis (neque enim aliunde ista eum habere mihi certissimum,) lib. 2. cap. 12. Lectionum antiquarum primum eleganter satis defendit, (exemplis præterea aliis in eam rem allatis,) cuncta apud Oracula gesta, humana solùm constitisse fraude: postea tamen ita concludit: *Omnino non absque Dæmonum participatu hæc tractabatur negotiatio, ut quidquid sensero, promam ingenuè. Nam Mercurius scribit,* [Supposititius nempè ille Hermes Trismegistus, cujus spuriis scriptis decepti, tam multa quasi maximæ auctoritatis, suis libris Lactantius, Augustinus, atque alii veteres recentioresque inserunt,] *ex propriis certisque rebus certo cuidam Dæmoni congruentibus compositam ritè statuam confestim per Dæmonem congruum animari. Id quum Augustinus legisset, repetendum apponendumque censuit Civitatis divinæ octavo libro. Quod si quânam ratione Dæmones futura prænoscere valeant, putet quis amplius esse quærendum, respondebit Porphyrius in libro quem de Oraculis edendum putavit, Quæcunque à Dis futura prædicentur Oracula, ea ex cælesti observatione prædici omnia.*

Quamprimum in hujus Cælii verba, quæ contra Oracula adduxit, apud Mœbium qui illa affert, inciderem, gaudebam sanè, me saltem hunc scriptorem diligentem & doctum & judicio præditum (quod tamen tum temporis majoris faciebam)

ciebam) unicum inter eos, quos mihi hactenus videre contigerat, huic meæ sententiæ nactum adstipulatorem. At postquam textum ipsum, in operibus modo nominatis, inspicere contigit, atque invenire me posteriora illa huc allata verba sensi, pœne exclamare coactus fui ea quæ in philopseude suo occinit Arignoto Lucianus, Τὶ τοῦτ', ἔφω, ὦ Ἀρίγνωτε, καὶ σὺ τοιοῦτος ἦσθα, ἡ μόνη ἐλπὶς τῆς ἀληθείας, καπνοῦ μεστὸς καὶ ἰνδαλμάτων; τὸ γοῦν τοῦ λόγου ἐκεῖνο, ἄνθρακες ἡμῖν ὁ θησαυρὸς, πέφηνας; *Quid hoc, inquam, Arignote? etiam tu talis eras, sola mihi spes veritatis, fumo plenus ac simulacris? illud ergo quod dici solet in te nobis evenit: ut thesaurum quem speravimus, carbones offenderimus.*

Sed quia minimè mihi aliorum auctoritati in hac materia innitendum duxi: nihil aliud inde mihi deperiit, quam quod neminem huc usque invenerim, qui id, quod ego verum esse ducebam, aut perspexerit, aut cordatè defendere publicè ausus fuerit. Cum tamen, uti liquido à me ostensum fuit, hinc nullum periculum Religioni nostræ Christianæ impendeat. At quorum auctoritate ductus, ab Diabolis hæc peragi statuit? Mercurii Trismegisti illius, (qui à Doctioribus jam dudum ut planè suppositititius explosus fuit) ac Porphyrii istius, acerrimi Christianorum hostis; qui nulla argumenta præter ipsa Oracula affert; Cum interim ipse operosè ostendat istos Dæmonas fallaces esse omninò, *imò & mentiri eos sæpius*, confiteatur in Oraculis, exemplis in eam rem adductis; quæ videre licet apud Eusebium lib. 6. Præpar. Euangelic. Quàm firmo igitur nitantur fundamento, qui talium virorum auctoritate, talibusque ipsorum rationibus persuasi, defendunt per malos Dæmonas Oracula fuisse inventa atque administrata.

C A-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

CAPUT III.

Fit transitus ad descriptionem præcipuorum inter Gentiles Oraculorum; atque inde brevi proponitur, quæ ac qualia circa illa considerandæ sint ratione locorum, regionum, templorum, aliorumque quæ ibi reperta fuêre. Unde primùm agitur de regionibus ac locis, ubi Templa vel antra Fatidica constructa aut adornata fuerant. Qua occasione etiam agitur de sepulchris Martyrum Christianorum; ac qualia ibi quandoque, sub prætextu religionis ac pietatis, perpetrata fuerint; ita ut inde Vigiliæ atque Agapæ talibus in locis prohibitæ sint. Accedit & descriptio, tum Oraculi Delphici, tum Antri Trophonii, &c.

DUm igitur nihil auxilii nobis à talibus tantisque viris exspectandum est : Age ! ipsi rem arduam, multis forte visam, aggrediamur : ac proprio Marte, propriam nostram opinionem defendere ac stabilire conemur.

Ut autem hæc aliquo cum ordine ac methodo tractemus : considerabimus primò, in quibus ac qualibus Regionibus constituta fuerint saltem præcipua χρηστήρια. Secundò, quomodo templa ipsa, sive Oraculorum septa, fabrefacta aut arte aut naturâ, aut ambabus, fuerint : ac quibus qualibusque modis adornata. Tertiò, qualibus quibusque modis, diversis admodum, reddita fuerint Oracula. Quartò, per quas qualesque personas administrata fuerint. Quintò, quibus artificiis, (ambiguitatibus quoque, &c. in Responsis,) Antistites ac Prophetæ in iis usi fuerint. Sextò, quanam in æstimatione apud Principes ac Magnates plurimos ista Oracula fuerint. Septimò, quibus qualibusque de causis demum Oracula hæc in totum desierint. Quibus & alia data occasione interspergam, huc, directè aut indirectè, facientia.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Quæ omnia, licet non eodem ordine, uti hîc posui illa, pertractem, mihique libertatem dissertationibus concessam reservaverim; non puto id Lectoribus ullo modo obfuturum.

Notandum igitur primò τῶν χρησηρίων τὰ πλεῖστα, iis in regionibus fuisse adornata quæ montanæ erant, quæque abundabant speluncis, cryptis ac cavernis, iisque Oraculorum septa fuisse superstructa; inter quas excellebat Bœotia: quæ, teste Plutarcho, antiquitus Oraculorum fuerat feraciſſima.

Ea enim montibus, fontibus, lacubus, cavernis atque antris abundabat, uti ex Strabone, Pausania aliisque Geographis patet, iisque optimam χρησηρίοις dabat occasionem.

Quàm plurima autem fuerint antra ac speluncæ, meatusque subterranei, per totam Græciam, & Italiam atque alias Regiones Barbaras, tum ex hisce Pausaniæ verbis, tum ex aliis multis multorum testimoniis constat. Sed audiamus, quæso, primò Pausaniam, ita loquentem, de Antro Corycio, eâque occasione & de aliis:

Τούτῳ δὲ τῷ ἄντρῳ γυμφῶν ἀπὸ νύμφης Κωρυκίας, ἐδήλωσα ὀλίγῳ τι ἔμπροσθεν. σπήλαιον δὲ ὧν εἶδον, θέας ἄξιον μάλιστα ἐφαίνετο εἶναί μοι. ὅσα μὲν δὴ τε αἰγιαλοῖς καὶ ἀγχιβαθεῖ τῇ θαλάσσῃ, τούτων μὲν οὐδὲ ἀριθμὸν ἂν τις ἐθέλων ἐξεύροι. ὀνομαστότατα δὲ ἔν τε Ἕλλησι καὶ ἐν γῇ τῇ βαρβάρων ἐστί.

Huic antro nomen inditum à Corycia Nymphâ, paulò superius docui. Omnium verò, quæ unquam viderim antrorum, quod spectetur dignissimum, hoc mihi visum est.

Nam in littoribus, & profundo mari vicinis partibus quam sit magnus hujusmodi cavernarum numerus, nemo, ne diligenti quidem investigatione assequi possit. Sed maximi sunt (quædam) tum in Græcia, tum in Barbarorum terris.

Ubi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Ubi tum, poſt aliquorum aliorum deſcriptionem, deſcribit quoque Antrum hoc Corycium:

Καὶ ἔστιν ὅπῃ πλεῖσον ἐδεῖσαι δι' αὐτοῦ καὶ ἄνθρ λαμπτῆρος. ὅτε ἔροφος εἰς αὐτάρκειαν ἀπὸ τοῦ ἐδάφους ἀνέσηκε, καὶ ὕδωρ τὸ μὲν ἀνερχόμενον ἐκ πηγῶν, πλέον δὲ ἔτι ἀπὸ τοῦ ὀρόφου στάζει, ὥστε καὶ δῆλα ἐν τῷ ἐδάφει σταλαγμῶν τὰ ἴχνη ἀφ' πανταχόθεν τοῦ ἄντρου.

Qui introierit, ſine ulla face longiſſimè progredi poſſit. Ab imo ſolo ad ſuperiorem partem, quæ pro tecto eſt, ſatis multum intereſt ſpatii: multi (hinc, illinc) è vivis fontibus fluitant rivi: ſed humoris multò plus ex ipſâ quaſi antri teſtudine deſtillat. Cernuntur verò paſſim in ipſo ſolo guttarum veſtigia.

Imò & in Palæſtina talia antra ſuppetebant Judæis contra Hadrianum Cæſarem rebellantibus; quæ ab ipſis porrò ita perficiebantur, ut ibi per longa tempora latitantes ſubſiſterent, atque indè frequentiſſimas excurſiones in Romanos facerent; ac cum maximo illorum damno; (uti diſcimus ex Dione Caſſio) indè in eos, diu admodum irruerent. Sed ipſum audiamus Dionem; qui lib. 69. ita loquitur:

Καὶ ὡς μὲν φανερᾷ οὐκ ἐτόλμων μακινδυνεύσαι πρὸς τοὺς Ῥωμαίους, τὰ δὲ χώρας ἐπικαίρως κατελάμβανον, καὶ ὑπονόμοις καὶ τείχεσιν ἐκρατύνοντο· τὸ ὅπως ἀναφυγάς τε ὁπόταν βιαιοῖντο ἔχωσι, καὶ παρ' ἀλλήλους ὑπὸ γῆν μαφοιτῶντες λανθάνωσι, μαλιτρέοντες ἄνω τὰς ὑπογείους, ὁδούς, ἵνα καὶ ἄνεμον καὶ φέγγος εἰσδέχοιντο. *Utque aperto prælio non audebant cum Romanis periclitari, ita capta loca ſuæ regionis opportuna cuniculis muniebant, & mœnibus, ut ad ea ſi vis urgeret perfugerent; utque ad ſe mutuò ſub terram tranſeuntes laterent, vias ſubterraneas deſuper perforarunt, quo ventum lumenque perciperent.*

Talibus antris igitur abundabant & Aſia & Græcia & Italia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

lia * multæque aliæ regiones : quæ uti sæpius à natura erant, ita & plurima erant aut in totum manu atque arte excavata, aut partim à natura, partim ab hominibus adornata. Atque hujus generis erant illa cœmeteria, ad quæ Christiani temporibus persecutionum confugiebant, ac clam Ethnicis persecutoribus suos martyres condebant; suasque Synaxeis, orationes, stationes, quandoque & Synodos, omnesque sacros conventus cæteros celebrabant : uti liquet ex Eusebii lib. 7. cap. 11. & 12. ubi ea adire vetantur Christiani : & lib. 9. cap. 2. ubi iterum ad illa ipsis datur accessus. Quæ qualia fuerint (licet id non huc ita propriè spectet) operæ pretium est audire ex Hieronymo, ista hunc in modum describente : *Dum essem Romæ puer & studiis liberalibus erudirer, solebam, cum cæteris ejusdem ætatis ac propositi, diebus Dominicis sepulchra Apostolorum & Martyrum circumire, crebroque cryptas ingredi, quæ in terrarum profundo defossæ, ex utraque parte ingredientium per parietes habent corpora sepultorum, & ita obscura sunt omnia, ut propemodum illud Propheticum impleatur : descendunt in infernum viventes; & rarò desuper lumen admissum horrorem temperat tenebrarum : ut non tam fenestram, quam foramen demissi luminis putes; rursusque pedetentim acceditur, & cavâ nocte circumdatis, illud Virgilianum proponitur,*

Horror ubique animos, simul ipsa silentia terrent.

Huic autem Hieronymo addamus Prudentium, qui in hymno XI. Peri Stephanon, de Hippolyti sepulchro ita canit.

Haud procul [Româ] extremo culta ad pomeria vallo
Mersa latebrosis crypta latet foveis.
Hujus in occultum gradibus via prona reflexis
Ire per anfractus luce latente docet.

Pri-

* De urbe Prænestе undique cuniculis perforatâ, quorum alii aquæ ducendæ, alii clandestinis exitibus inserviebant, vide Strab. lib. 5.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Primas namque fores ſummo tenus intrat hiatu,
Illuſtratque dies limina veſtibuli.
Inde ubi progreſſu facili nigreſcere viſa eſt
Nox obſcura loci per ſpecus ambiguum,
Occurrunt cæſis immenſa foramina tectis,
Quà jaciunt claros antra ſuper radios.
Quamlibet ancipites texant hinc inde receſſus
Arcta ſub umbroſis atria porticibus:
Attamen exciſi ſubter cava viſcera montis
Crebra terebrato fornice lux penetrat,
Sic datur abſentis per ſubterranea ſolis
Cernere fulgorem luminibuſque frui.
Talibus Hippolyti corpus mandatur OPERTIS,
Propter ubi appoſita eſt ARA *dicata Deo,*
Illa SACRAMENTI DONATRIX MENSA EADEMQUE
CUSTOS FIDA SUI MARTYRIS *oppoſita,*
Servat ad æterni ſpem judicis oſſa ſepulchro
Paſcit item ſanctis Tibricolas apibus.
Mira loci pietas, & prompta precantibus ara,
Spes hominum placidâ proſperitate juvat,
Hic corruptelis, animique & corporis æger
Oravi quoties ſtratus, opem merui.
Quod lætor reditu, quod te veneranda ſacerdos
Complecti licitum eſt, ſcribo quod hæc eadem,
Hippolyto ſcio me debere, Deus cui Chriſtus
Poſſe dedit, quod quis poſtulet annuere.
Ipſa illas animæ exuvias, quæ continet intus
Ædicula, argento fulgurat ex ſolido.
Præfixit tabulas dives manus æquore lævi
Candentes, recavum quale nitet ſpeculum.
Nec Pariis contenta aditus obducere ſaxis,
Addidit ornando clara talenta operi.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Mane ſalutatum concurritur, omnis adorat
Pubes, eunt redeunt ſolis aduſque obitum.
Conglobat in cuneum Latios ſimul & peregrinos
Permiſtum populos, relligionis amor.
OSCULA PERSPICUO FIGUNT IMPRESSA METALLO
BALSAMA DIFFUNDUNT, *fletibus ora rigant.*
Jam cum ſe renovat decurſis menſibus annus
NATALEMQUE DIEM PASSIO FESTA REFERT:
Quanta putas ſtudiis certantibus agmina cogi,
Quæve celebrando vota coïre Deo!
Urbs auguſta ſuos vomit effunditque Quirites,
Unà & Patricios ambitione pari.
Confundit plebeia phalanx umbonibus æquis
Diſcrimen Procerum, præcipitante fide.
Nec minus Albanis acies ſe candida portis
Explicat, & longis ducitur ordinibus.
Exultant fremitus variarum hinc inde viarum,
Indigena & Picens, plebs & Etruſca venit.
Concurrit Samnitis atrox habitator, & altæ
Campanus Capuæ, jamque Nolanus adeſt.
Quisque ſua lætus cum conjuge, dulcibus & cum
Pignoribus, rapidum carpere geſtit iter.
Vix capiunt patuli populorum gaudia campi
Hæret & in magnis denſa cohors ſpatiis.
Anguſtum tantis illud ſpecus eſſe catervis
Haud dubium eſt, amplâ fauce licet pateat.

Si quidem in hac mea Diſſertatione mihi non tam de Oraculis eorumque apparatu per Antiſtites inſtituto, quam de Antiquitatibus Eccleſiaſticis ſermo eſſet: latiſſimus ſeſe hic aperiret campus de memoriis Martyrum, Orationibus ac precibus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

bus ad ipsorum sepulchra factis, de Aris ipsorum corporibus superstructis, adeóque de mensis Eucharistiæ communicandæ destinatis, sepulchrorum visitationibus, festisque ad ea celebratis, Sanctorum intercessionibus, *Unctionibus ipsorum sepulchris adhibitis* (ex Ethnicismo, præter alia etiam hîc memorata, Originem trahentibus,) aliisque pluribus tractandi. Sed eam rem nunc non agimus. Non possum tamen non, in transitu notare, quam etiam ista ætate, imò & antè eam diu, *ruere ac retro sublapsa referri* cœperit simplicitas ac modestia illa primitivæ Ecclesiæ, quæ sub Imperatoribus hujus persecutoribus tam diu satis firmiter steterat. Talia enim festa non æquè piè ac modestè celebrabantur, jam per majorem indies libertatem refrigescente pietate ac temperantia: cum sub pio prætextu in pervigiliis, tam Paschatis, quam aliorum festorum, ea committerentur in illis cœmeteriis, quibus meliores Christiani communicare nolebant; ac per quæ nocturna illa sacra Ethnicorum ipsis Ethnîcis melioribus invisa atque exosa, atque à patribus Christianis tam vehementer ac pro meritis exagitata; pro parte inter Christianos revixisse videbantur: dum lasciviori juventuti, cui *nox & amor vinumque nihil moderabile suadent*, sed quæ in prava pronos animos magis incitant, per obscuros ac tenebrosos recessus, quibus antra illa abundabant (uti tam ex aliis, quam ex Bosii præsertim Româ subterranea, & ichnographiis per ipsum in ea exhibitis videre licet) commodissimæ occasiones flagitiis perpetrandis præberentur. Talia quidem obscurius indicat Augustinus lib. 8. cap. ultimo de Civitate Dei; dum Ethnicorum sacra redarguit: *Quæcunque igitur adhibentur religiosorum obsequia* IN MARTYRUM LOCIS, *adornamenta sunt memoriarum, non sacra sunt vel sacrificia tanquam Deorum. Quicunque etiam* EPULAS SUAS EO DEFERUNT, quod (NB.) QUIDEM A CHRISTIANIS MELIORIBUS NON FIT, *& in plerisque terrarum nulla talis*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

est consuetudo ; tamen quicunque faciunt , quas cum apposuerint , orant & auferunt ut vescantur ; vel ex eis etiam indigentibus largiantur , sanctificari eas volunt per merita Martyrum, &c. Sed apertius Hieronymus ; qui in acerba illa invectivâ contra Vigilantium, qui nullas tales vigilias nocturnas præter pervigilium Paschatis admittebat , sequentia hæc fatetur : *Error autem & culpa juvenum vilissimarumque mulierum , qui per noctem sæpe deprehenditur , non est religiosis hominibus imputandus. Quia & in Vigiliis Paschæ tale quid fieri plerumque convincitur : & tamen paucorum culpa non præjudicat religioni , qui & absque vigiliis possunt errare , vel in suis vel in alienis domibus.* Et paucis interjectis : *Non vigilemus itaque diebus Paschæ , ne exspectata diu adulterorum desideria compleantur , ne occasionem peccandi uxor inveniat , ne maritali non possit recludi clave.* Egregium certè Vigiliarum talium defensorem! At quid, si adhuc exstarent contra hujusmodi Vigilias , ipsius Vigilantii (in quem Tragicè admodum declamat noster Hieronymus) querelæ.

Videremus, ut puto, minimè injustâ de causâ, etiam circa id tempus plerisque in locis , penitus fuisse sublata nocturna hæc sacra , ob ebrietates , cæteraque consecutas lascivias: quod non dissimulat ipse Augustinus in Epistola sua 64. *Commessationes enim & ebrietates ita concessæ & licitæ putantur , ut in honorem etiam beatissimorum Martyrum non solum per dies solennes , (quod ipsum quis non lugendum videat , qui hæc non carnis oculis inspicit) sed etiam quotidie celebrentur. Quæ fœditas si tantum flagitiosa & non etiam sacrilega esset , quibuscunque tolerantiæ viribus sustentandam putaremus. Quanquam ubi est illud , quod cum multa vitia enumerasset idem Apostolus , inter quæ posuit ebriosos , ita concluſit , ut diceret , cum talibus nec panem edere. Sed feramus hæc in luxu & labe domestica , & eorum con-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

conviviorum quæ privatis parietibus continentur, accipiamuſque cum eis corpus Chriſti cum quibus panem edere prohibemur: Saltem (NB.) *de Sanctorum corporum ſepulchris; ſaltem de locis ſacrorum, de domibus orationum tantum dedecus arceatur. Quis enim non audet vetare privatim, quod cum frequentatur in ſanctis locis, honor Martyrum nominatur? Hæc ſi prima Africa tentaret auferre à cæteris terris, imitatione digna eſſe deberet. Cum verò & per Italiæ maximam partem, & in aliis omnibus aut propè omnibus tranſmarinis eccleſiis, partim quia nunquam facta ſunt, partim quia vel orta vel inveterata, Sanctorum & vere debitè futura cogitantium Epiſcoporum diligentia & animadverſione exſtincta atque deleta ſint, dubitamus quomodo poſſumus tantam morum labem, vel propoſito tam lato exemplo emendare?*

Cum igitur (ut redeamus denique unde divertimus) ubique terrarum, tantus numerus eſſet antrorum ac cavernarum, aut natura aut arte factorum; commodiſſimè perſpicere poſſumus, quam maximas occaſiones habuerint hujuſmodi impoſtores, eorum adminiculo ſua Oracula adornandi aut adjuvandi.

Hinc enim accedit, quod in talibus locis ferè ſemper, (rarò enim alibi) χρηστήρια fuerint conſtituta. Quorum aliqua hîc deſcripſiſſe non abs re fuerit. De celeberrimo igitur Templo illo Delphico ita Juſtinus lib. 24. cap. 6. *Templum autem Apollinis Delphis poſitum eſt in monte Parnaſſo, in rupe undique impendente: ibi civitatem frequentia hominum facit: qui ad affirmationem Majeſtatis, undique concurrentes in eo ſaxo conſedere. Atque ita Templum & civitatem non muri, ſed præcipitia; nec manu facta, ſed naturalia præſidia defendunt: prorſus ut incertum ſit, utrum munimentum loci, an Majeſtas Dei hîc admirationem habeat. Media ſaxi rupes in formam theatri receſſit. Quamobrem & homi-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

num clamor, & si quando accedit tubarum sonus, personantibus & respondientibus inter se rupibus, multiplex audiri, ampliorque quam editur, resonare solet. In hoc rupis anfractu, media ferme montis altitudine planicies exigua est; atque in ea profundum terræ foramen, quod in Oracula patet. Ex quo frigidus spiritus, vi quadam velut vento in sublime expulsus, mentes vatum in vecordiam vertit; impletasque Deo, Responsa consulentibus dare cogit. Cum hoc Justino conveniunt Strabo, Pausanias, atque Heliodorus. Quibus accedat Jacobus Spon Medicus Lugdunensis, qui locum ipsum, ac circumjacentia, satis diligenter perlustravit: adcóque ita de situ Templi Delphici in Itinerario suo, Tomo 2. pag. 45. *La description de Delphes que nous donne Pausanias nous paroissoit obscure sur ce point le plus important.* [La situation] *Il semble a lire Justin, que la ville & le Temple de Delphes fissent au dessus d'une crouppe du Parnasse; mais & la ville & le Temple n'étoient proprement qu'à moitié chemin de ce deux crouppes qui paroissent au dessus, & le tout étoit bâti sur le panchant de la Montagne en un endroit où il y avoit un peu de terre-plain, ce qui en rendoit l'acces aßez difficile.*

De Antro Trophonii in Lebadia ita Philostratus, libro 8. vitæ Apollonii: Τὸ δ' ἐν Λεβαδείᾳ στόμιον ἀνάκειται μὲν Τροφωνίῳ τοῦ Ἀπόλλωνος, ἐσβατὸν μόνοις τοῖς ὑπὲρ χρησμῶν φοιτῶσιν. ὀρύττει δ' οὐκ ἐν τῷ ἱερῷ, μικρὸν δ' ἄνω τοῦ ἱεροῦ ἐν γηλόφῳ. ἐξυγκλείσει δ' αὐτὸ σιδήρεοι ὀβελίσκοι, κύκλῳ περιβάλλοντες. ἡ δὲ κάθοδος οἷα ἐς ἠϊόνιον ἐπαφάσιος, λαμπὴ δ' ἐνδοθὲν ἐκπίμπλησι πέμποντα, μελιτηδῶς ἐπάγοντες ἐν ταῖν χεροῖν, μειλίγματα ἑρπετῶν, ἃ τοῖς καλιοῦσιν ἐγχέλειαι. ἀναδίδωσι δὲ ἡ γῆ τὰς μὲν ἀβρῶς, τὰς δὲ πορρωτάτω. Καὶ γὰρ ὑπὲρ Λοκρὰς ἀναπέμπουσι, καὶ ὑπὲρ Φωκέας. οἱ δὲ πλεῖσοι περὶ τὰ Βοιωτῶν ὅρια. *Lebadiæ autem angustiæ Trophonio Apollinis filio sacratæ sunt, ad quos iis solum, qui Oracula petunt, aditus patet. Posita autem est illius statua, non in tem-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

templo ſed in tumulo, qui paulùm Templo ſupereminet: quem ferrei obeliſci undique claudunt: deſcenſus autem adeo anguſtus eſt, ut non aliter quam ſedendo, ingredi quis poſſit. Demittuntur autem eò qui intrare volunt albis veſtibus induti, & mellitas placentas manibus portantes, quibus reptilia demulceant, qui intrantibus obviam ſerpunt. Emittit autem terra hos quidem non longè, illos verò longiſſimè. Quidam & ultra Locros Phocenſeſque emittuntur: at plerique ad Bœoticorum fines. Ex hac verò verſione quæ Morellii eſt, neceſſe eſt ut potius Lector confundatur, quàm rectè diſcat conſtructionem iſtius Oraculi.

Ubinam enim ſtatuæ alicujus mentionem facit Philoſtratus, qui de Antri iſtius oſculo locutus, ait, *poſitum eſt illud non in Templo*, &c. *cingunt autem ſeu claudunt illud undique ferrei obeliſci.* Quis talem non miretur verſionem in tanto viro hujuſque linguæ peritiſſimo? At hiſtoria illa quæ ſtatim ſequitur, apud Philoſtratum, ipſum hujus erroris monuiſſe debebat.

Mirarer & ego talia admodum, niſi ſimilia, imò longè abſurdiora, in illa verſione mihi occurriſſent. Exemplum hujus rei ſint ea quæ habet Philoſtratus, lib. 8. cap. 4. Ἀπειπόντες δὲν ἐκάθευδε εἰς τὸ νυμφαῖον, ἐν ᾧ ὁ πίτυλος. λευκὸς δὲ ὅδε ἐστι λίθος, ξυνέχων πηγὴν ὕδατος, ὑφ' ὑπερβάλλουσαν τοῦ στόμα, ὥστ' εἴ τις ἀπαυλοίη, ὑποδιδοῦσαν. Quæ ita vertit dictus Morellius. *Ambulando autem utrique jam defeſſi in Templo Nympharum conſederunt*, UBI QUONDAM VATICINIA QUÆDAM RESPONDERI SOLITA FUERANT. *Eſt autem Templum albo lapide conſtructum, & in eo fons eſt aquæ nunquam ſumma labra fontis excedentis, nec curſus quantâcunque aquâ exhauſtâ decreſcentis.*

Dic, quæſo, mi Lector, qui callens es paululum modò Græcæ linguæ, ubinam in ipſo textu, compareant illa *Vaticinia ibi quondam reſponderi ſolita*, atque ubinam illud *Templum*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

plum albo lapide conſtructum? De labro quidem invenio ex albo lapide conſtructo, fontem illum, quem deſcribit porro, continente. Sed mihi ſaltem tale Templum, nec tales vaticinationes ſe heic non produnt. Ubinam fuerint, quum hæc verteret Morellius, ipſius aut corporis aut mentis oculi, divinare equidem non valeam, nec multi refert. Sed conſidera interim, Lector, quàm tutò quis credere poſſit hujuſmodi verſionibus, qui aut ipſe linguam Auctoris non intelligit; aut cui, dum Græcus textus non ad manum eſt, neceſſe ſit uti verſione! talibus, etiam apud alios ſe prodentibus, edoctus, nulli verſioni, cujuſcunque viri demum ſit, in materia alicujus ponderis fidere audeo; aut allegare eam, ſi non anteà ipſam cum linguâ ex qua adornata fuit contulerim: quod hinc inde facilè alicui, licet linguarum alias peritiſſimo, dum mens alio intenta eſt, tale quid accidere poſſit. Quod tamen quandoque condonandum eſt. An autem hæc Morellio condonanda ſint, de eo ſit judicium penes Lectorem.

Melius certè vertit ſequentia ex eodem Philoſtrato: qui in Heroïcis, atque ibi in Philoclete, de Orphei in Lesbo Oraculo ita loquitur: Λέσβε δὲ ὀλίγον ἀπεχόσης τ̃ Ἰλίε δαρός, ἔχλον εἰς τὸ ἐκεῖ μαντεῖον τὰς Ἕλληνας. ἔχρα δὲ οἶμαι ἐξ Ὀρφέως. ἡ κεφαλὴ γὰρ μετὰ τὸ τ̃ γυναικῶν ἔργον ἐς λέσβον καταχθεῖσα, ῥῆγμα τ̃ λέσβε ᾤκησε. καὶ ἐν τῇ κοιλῇ γῇ ἐχρησμῴδει. *Lesbo autem haud procul ab Ilio diſtante, ad Oraculum illic exiſtens miſerunt. Dabat autem reſponſa ex Orpheo; caput enim poſt mulierum facinus Lesbo appulſum rupem habitavit, & in cavâ humo vaticinabatur.*

Sed revertamur ad Antrum illud Trophonii de quo nobis ſermo erat. Accuratius illud deſcripſit Pauſanias (qui ipſe in illud, ut Oraculum conſuleret, deſcendit) in Bœoticis ſuis: Ἔστι δὲ τὸ μαντεῖον ὑπὲρ τὸ ἄλσος ὑπὸ τ̃ ὄρεος. κρηπὶς μὲν ἐν κύκλῳ πεποίηται λίθε λευκῆ, πεῖσος δὲ τ̃ κρηπίδος τ̃ ἄλλων τὸν ἐλαχίστων ἐστίν. ὕψος δὲ ὀργυιάς δύο εἶναι πήχεις. ἐφεῖκα-

σι

σι δὲ ὅπὶ τῇ κρηπίδι ὀβελοὶ ϗ αὐτοὶ χαλκεῖ, ἐ αἱ συνέχουσι σφᾶς ζῶναι. Διὰ δὲ αὐτῶν θύραι πεπήγασι. Τὸ μὲν εἰσόλου δ' ἐντὸς χάσμα γῆς ἐστιν οὐκ αὐτόματον, ἀλλὰ σὺν τέχνῃ ϗ ἁρμονίᾳ πρὸς τὸ ἀκριβέστατον ὠκοδομημένον. Ξ δὲ οἰκοδομήματος τοῦτο τὸ χῆμα εἰκασαι κριβάνῳ. Τὸ δὲ εὖρος ἡ διάμετρος αὐτοῦ παρέχοι τὰν ὡς εἰκάσαι πήχεις. Βάθος δὲ Ξ οἰκοδιμήματος, οὐκ ἂν δέδε τοῦτο εἰκάζοι πὶς ἐς πλέον ὀκτὼ καθήκειν πηχῶν. καταβασις δὲ οὐκ ἔστι πεποιημένη σφίσιν ἐς τὸ ἔδαφος. Ἐπειδὰν δὲ ἀνὴρ ἔρχηται πρὸς τὸ Τροφώνιον, κλίμακα αὐτῷ κομίζουσι ξυλίνην ϗ ἐλαφράν. καταβάντι δέ ἐστιν ὀπὴ μεταξὺ Ξ τε ἐδάφους ϗ Ξ οἰκοδομήματος, σπιθαμῶν τὸ εὖρος δύο, τὸ δὲ ὕψος ἐφαίνετο εἶναι σπιθαμῆς. ὁ δ' ἂν κατιὼν κατακλίνας αὐτὸν εἰς τὸ ἔδαφος, ἔχων μάζας μεμαγμένας μέλιτι προβάλλῃ τε εἰς τὼ ὠσὶ τὰς πόδας, ϗ αὐτὸς ὄπιχωρεῖ, τὰ γόνατα οἱ τ' ὀπῆς ἐντὸς γλυφῇ προθυμάμενος. τὸ δὲ λοιπὸν σῶμα αὐτίκα ἑφελκύσθη τε ϗ τοῖς γόνασιν ἐπέδραμεν, ὥσπερ ποταμῶν ὁ μέγιστος ϗ ὀκύτατος συρρεύσας ὑπὸ δίνης ἀποκρύψειεν ἄνθρωπον.

Est verò Oraculum supra lucum in monte, crepido in orbem candido saxo circumducta. Crepidinis ambitus est instar areæ minimæ, altitudine minori quam cubitum duûm. Erecti sunt super crepidine obelisci, tam ipsi, quam Zonæ quibus continentur, æneï. Inter eos media sunt ostia. Intra ambitum specus est non natura, sed arte & certo proportionis modulo quam solertissime excisus. Ejus subterraneæ cellulæ formula furno persimilis: cujus latitudo dimensa per rectam lineam (ab imo ambitu ad summum) cubita æquarit plus minus quatuor. In altum subsidit hiatus haud amplius octo fere cubitûm. Nulli verò gradus constructi sunt, qui ingressos ad imum solum demittant. Sed ad Trophonium descensuri scalas admovent, augustas æque atque habiles. Ubi descensum fuerit, medium inter solum & antri testudinem, cavernula est latitudine duarum spithamarum. Altitudo verò unius esse spithamæ videbatur. Qui eo pe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

netrarit, humi procumbens, melle ſubactas offas tenens, pedes prius in cavernulam illam immittit. Mox toto ipſe cum corpore ſequens, genua in cavernam inſerere niſitur. Ibi ſtatim reliquum corpus, veluti attractum genua ſequitur, non aliter ac ſi maximus & velociſſimus amnis vorticibus correptum hominem ex oculis ſubducat.

Sic Antris ac cavernis ſuperſtructa erant Oraculum Serapidis apud Alexandriam, Apollinis Clarii ad Colophonem, teſte Tacito, quem inferius adducam. Sic & Saturni in urbe Alexandrinâ, & Fortunæ Prænestinæ prope Romam, & Sibyllæ Cumanæ, & alia plura in regionibus aliis. Hiſce addi poſſent ea quæ Strabo de Cimmeriis eorumque Oraculo narrat, libro 5. Geographiæ ſuæ, ni plurima ex iſtis ipſe fabuloſe crederet conficta: uti & illa, quæ de Antro Cumanæ Sibyllæ, & aliis huic non diſſimilibus, circa Bajas, Puteoloſque & loca hiſce vicina, habet in Itinerario ſuo Dominus Villamontanus (vel ut Gallicè appellatur *Le Sr. de Villamont.*) Niſi iſta, quæ à me modo adducta ſunt, ſatis ſuperque ſufficere exiſtimarem.

Ubi autem deerant talia ſubſidia, non deerant, quæ defectum horum ſat commode ſupplere poterant; adyta ſcilicet, quæ, ratione ſtructuræ ſuæ, Antri quædam ſpecies erant intra Templa Fatidica. Hinc Heſychius ἄδυτον. ἀπήλαιον, ἢ τὸ ἀπόκρυφον μέρος τ ἱερ. Eodem modo & Suidas Cæſar quoque libro 3. de bello civili: *Pergamo in occultis ac remotis Templi,* QUO PRÆTER SACERDOTES ADIRE *fas non eſt, quæ Græci adyta appellant, tympana ſonuerunt.* Qui Cæſar hîc commodè vocem illam Græcam, cauſamque cur adyta talia loca appellarentur explicat; inde nempe quod nemini præter ſacerdotes ad illa aditus ſive acceſſus pateret.

Addamus & hiſce Lucanum, digniſſimum ut hîc etiam audiatur. Ita verò ille canit, Pharſalicor. lib. 5. de Pythiâ:

Illa

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Pag. 66.

Ruinæ Templi Herculis Tiburtini.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

—— Illa pavens adyti penetrale remoti
Fatidicum, primâ templorum in parte reſiſtit.

Ac paulò inferiùs :

—— Sentit tripodas ceßare, furenſque
Appius : & nobis meritas dabis impia pœnas
Et ſuperis, quos fugis, ait, NISI MERGERIS ANTRIS,
Deque orbis trepidi tanto conſulta tumultu
Deſinis ipſa loqui. Tandem conterrita virgo
Confugit ad Tripodas, VASTISQUE ABDUCTA CAVERNIS
Hæſit, & inſueto concepit pectore numen, &c.

Atque iterum paulò inferiùs:

—— Tunc mœſtus VASTIS *ululatus* IN ANTRIS
Extremæque ſonant domitâ jam virgine voces.

Ac paulò pòſt.

—— tunc pectore Vatis
Impactæ ceſſere fores, expulſaque templis
Proſiluit. ——

Quod autem illa obſcura admodum eſſent, hinc *Operta* quoque vocabantur apud hunc ipſum Lucanum, Ciceronem, alios.

Nullos igitur conſultores ad illa admittebant, niſi qui Reges aut Principes, atque harum fraudum conſcii eſſent. Quique ita & ſibi & ipſis Oraculis majorem auctoritatem conciliare volebant ac valebant. Sic Alexander Magnus, ut Strabo lib 17. ex Calliſthene notat, ſolus ad illa introiit. Verba ſunt: Μόνῳ γὰρ [δὲ] τῷ βασιλεῖ τὸν ἱερέα ὑπηρέτην παρελθεῖν εἰς τ νεὼν μ̃ τ σωμάτων φολῆς, τὰς δ' ἄλλας μετενδύναι τὰ ἐσθῆτα, ἔξωθέν

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

τῆς θεμιτείας ἀκροάσεως πάντας πλὴν Ἀλεξάνδρου, τοῦτον δ' ἔνδοθεν εἶναι.

Soli ſcilicet Regi à Sacerdote conceſſum ut in Templum ingrederetur habitu conſueto : cæteros veſtem mutare juſſos, & foris omnes Oraculum audiviſſe, dempto Alexandro, qui ingreſſus intus fuerit. Sed totam ipſius ad Ammonis Comœdiam inferius adhuc tractabo.

De Veſpaſiano habemus exemplum apud Tacitum, lib. 4. Hiſtoriarum : *Altior in Veſpaſiano cupido adeundi ſacram ſedem*, [Serapidis ſcilicet apud Alexandriam,] *ut ſuper rebus Imperii conſuleret.* ARCERI TEMPLO CUNCTOS JUBET, *atque ingreſſus intentuſque numini, &c.*

Atqui, ut idem Tacitus loquitur, lib. 2. Hiſtor. *Initium ferendi ad Veſpaſianum imperii Alexandriæ cœptum :* quod quomodo contigerit, ibi legere operæ pretium.

Verum iſta diu ſatis ante hanc jam memoratam Alexandriæ conſultationem acciderant : Imò & hæc ſequentia iſtis cœptis adhuc priora ; ea nempe quæ de Vitellio noſter Tacitus tradit : *Vix credibile memoratu eſt, quantum ſuperbiæ ſocordiæque Vitellio adoleverit, poſtquam ſpeculatores Syriâ Judeâque adactum in verba ejus Orientem nuntiavere.* NAM ETSI VAGIS ADHUC ET INCERTIS AUCTORIBUS, ERAT TAMEN IN ORE FAMAQUE VESPASIANUS, *ac plerumque ad nomen ejus Vitellius excitabatur.*

Quin & priuſquam hæc contingerent, conſuluerat ipſe Oraculum Carmeli Dei, ubi Baſilides ſacerdos omnibus cœptis ejus, (dubiis ambiguiſque licet verbis ; procul dubio non ignarus quo, qui conſulebat Oraculum, Veſpaſianus collimaret,) omnia fauſta promiſerat. Quibus narratis, idem Tacitus addit : *Has ambages & ſtatim exceperat fama, & tunc aperiebat. Nec quicquam magis in ore vulgi : crebriores apud ipſum ſermones, quanto ſperantibus plura dicuntur.*

Quum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Quum igitur jam non amplius contra Vitellium in armis eſſet ipſe Veſpaſianus, ſed illo interfecto, imperium teneret, Muciano ac Domitiano dominantibus in urbe imperii capite, non mirum, cuiquam videri debet, ipſum ſic ſolum in adyta admiſſum, ac fingenti ei de ſe ſuiſque quæcunque placerent, facillime fidem fuiſſe adhibitam: ſaltem illos quorum intererat ita ſimulaſſe: ut fecerant quidem de Alexandro nationes Barbaræ; dum interim ipſi Macedones indignanter admodum talia ferrent.

Simile ferè exemplum habemus in Tito hujus Veſpaſiani filio. Qui, dum bellum idem civile jam ſimul cum Patre agitaret animo, Paphiæ Veneris Oraculum conſuluerat. Hiſtoriam ipſam jam adduco in ſequenti Diſſertatione, quapropter pauca ſolum ex illâ hîc apponam: *Soſtratus, Sacerdotis id nomen, ubi læta & congruentia exta, magniſque conſultis annuere Deam vidit, pauca in præſens, & ſolita reſpondens,* PETITO SECRETO *futura aperit. Titus aucto animo ad patrem pervectus, ſuſpenſis Provinciarum & exercituum mentibus, ingens rerum* [*fiducia*] *acceſſit.*

Hæc quippe atque hiſce ſimilia multum poterant apud ſtultum vulgus, quod totum ferè à divinationibus & Oraculis pendebat: atque adeo talis fama ac rumor de ipſis diſperſus, præſertim in motuum horum initiis, ipſis maximè conducebant; imprimis jam veteribus Ducibus ac claris militia, ſubnixiſque auxilio ac potentia Legionum atque auxiliarium; & in turbido tali ſtatu Reipublicæ.

De aliis conſultoribus nullum exſtat exemplum: neque è re hoc fuiſſet Antiſtitum. Periculum enim ſic fuiſſet, ne detegerentur ipſorum myſteria arteſque fallendis conſultoribus adornatæ.

Sed ut propius accedamus, ac detegamus artes ac præſtigias horum ſacerdotum, ſive potius impoſtorum; Conſide-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

remus, quæso, præcipua, atque ab antiquis sæculis inter Ethnicos celeberrima, χρησήρια.

De Delphico igitur, ut inde initium capiam, ita loquitur Strabo: φασὶ δ' εἶναι τὸ μαντεῖον, ἄντρον κοῖλον καὶ βάθος, ἀμάλα δι' ἐύστομον· ἀναφέρεσθαι δι' ἐξ αὐτοῦ πνεῦμα ἐνθουσιαστικόν· ὑπέρκειται δ' ἡ ἔσοδος τρίποδα ὑψηλὸν ἐφ' ὃν τὴν Πυθίαν ἀναβαίνουσαν, δεχομένην τὸ πνεῦμα, ἀποθεσπίζειν ἔμμετρά τε καὶ ἄμετρα· ἐντείνειν δὲ καὶ ταῦτα εἰς μέτρον ποιητάς τινας ὑπηρετοῦντας τῷ ἱερῷ.

Oraculum ipsum ajunt esse cavam profundè specum, aditu non admodum lato: ex ea spiritum efferri furoris divini efficacem: supra orificium Tripodem situm sublimem, quo conscenso Pythia, ubi spiritum exceperit, carmine, solutaque oratione, sortes ab ea pronunciari. Porrò Poëtas quosdam esse fani ministros, qui prosâ oratione edita in versus numerosque redigant.

CAPUT IV.

De origine, & Auctoribus Oraculi Delphici; prout de istis Mythologi ac Poëtæ, eosque secuti, loquuntur (cum primæ originis nulla certa indicia habeamus:) ex quibus patet, quam male inter se concordent. Quod & ex illis liquet, quæ de Pythone, sive dracone sive viro, fabulantur: quam quoque male iste Pytho à פתן *Hebræorum derivetur; ac quam plane non cum hisce Typhon ac Tytyon conveniant. Qua occasione & de Parnassi ex Hebræorum lingua, absurda originatione, paucis contra Dikinsoniam & Huëttium, aliosque, disseritur.*

UT interim aliquid dicam de origine hujus Delphici Oraculi; quam omnino obscura, incerta, imò plane incognita,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

cognita, ac fabulis Poëtarum & Mythologorum involuta illa sit, ex unico constare queat Pausania: qui si unus instar omnium huc adducatur, id certè æquo lectori sufficere posset: Is igitur, in Phocicis, seu libro 10. ita loquitur:

Λέγεται δὲ πολλὰ μὲν καὶ διάφορα ἐς αὐτὸς τοὺς Δελφούς, πλείω δὲ ἔτι ἐς τὸ Ἀπόλλωνος τὸ μαντεῖον. Φασὶ γὰρ δὴ καὶ ἀρχαιότατα Γῆς εἶναι τὸ χρηστήριον, καὶ Δάφνην ἐπ' αὐτῷ πεπάχθαι πρόμαντιν ὑπὸ τῆς Γῆς: εἶναι δὲ αὐτὴν τοῦ Πηνειοῦ ὄρους νυμφῶν. ἔστι δὲ ἐν Ἕλλησι ποίησις, ὄνομα μὲν τοῖς ἔπεσιν ἐστὶν Εὐμολπία, Μουσαίῳ δὲ τῷ Ἀντιοφήμου πρόσωπα τοῖσδε τὰ ἔπη. Πεποιημένον δέ ἐστιν ἐν τούτοις, Ποσειδῶνος ἐν κοινῇ καὶ Γῆς εἶναι τὸ μαντεῖον· καὶ τὴν μὲν χρᾶν αὐτὴν, Ποσειδῶνι δὲ ὑπηρέτην ἐς τὰ μαντεύματα εἶναι Πύρκωνα. καὶ ὅτως ἔχει τὰ ἔπη.

Αὐτίκα δὲ χθονίης σφῶν δὴ πυνθάνετο μῦθον,
Σὺν δέ τε Πύρκων ἀμφίπολος κλυτὸς Ἐννοσίγαιος.

Χρήνῃ δὲ ὕστερον ὅσον ὀλίγῳ μετ' ἦν δοθῆναι θέμιδι ὑπὸ αὐτῆς λέγουσιν, Ἀπόλλωνα δὲ παρὰ θέμιδος λαβεῖν δωρεάν. Ποσειδῶνι δὲ ἀνὰ μαντεῖα Καλαύρειαν ἀντιδοῦναί φασι αὐτὸν τὴν πρὸ Τροιζῆνος. Ἦκται δὲ καὶ ὡς ἄνδρες ποιμαίνοντες ἐπιτύχοιεν τῷ μαντείῳ, καὶ ἐνθεοί τε ἐγένοντο ὑπὸ τοῦ ἀτμοῦ, καὶ ἐμαντεύσαντο ἐκ τοῦ Ἀπόλλωνος. Μεγίστη δὲ καὶ πρόσθεν πόλεσιν ἐς φήμην δόξα ἐστὶν, ὡς πρόμαντις γένοιτο ἡ Φημονόη τοῦ θεοῦ πρώτη, καὶ πρώτη τὸ ἑξάμετρον ἧσε. Βοιὼ δὲ ἐπιχωρία γυνὴ ποιήσασα ὕμνον Δελφοῖς, ἔφη κατασκευάσασθαι τὸ μαντεῖον τῷ θεῷ τοὺς ἀφικομένους ἐξ Ὑπερβορέων τούς τε ἄλλους καὶ Ὠλῆνα τοῦτον δὲ καὶ μαντεύσασθαι πρῶτον, καὶ ᾄσαι πρῶτον τὸ ἑξάμετρον. πεποίηκε δὲ ἡ Βοιὼ τοιάδε.

Εἰνάετί τοι εὔμνηστον χρηστήριον ἐκτελέσαντο
Παῖδες Ὑπερβορέων Παγασὸς καὶ δῖος Ἀγυιεύς.

Ἐπαρωγοὶ δὲ καὶ ἄλλοι τῶν Ὑπερβορέων, ἐπὶ τελευτῇ δὲ ὕμνου Ὠλῆνα ὠνόμασεν.

Ὠλῆνα

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Ὠλήν θ' ὃς γένετο πρῶτος Φοίβοιο προφάτας,
Πρῶτος δ' ἑξαμέτροις ἐπέων τεκτήνατ' ἀοιδάν.

οὐ μὴν τι τά γε ἤκουσα ἐς μνήμην ἐς ἄλλον πινὰ, ἐς δὲ γυναικῶν μαντείαν ἀνήκει μόνων. Ποιηθῆναι δὲ τὸν ναὸν τῷ Ἀπόλλωνι τὸ ἀρχαιότατον δάφνης φασὶ, κομισθῆναι δὲ τὰς κλάδας ἀπὸ τῆς δάφνης τῆς ἐν τοῖς Τέμπεσι. καλοίης δ' ἂν σχῆμα ἔτως γε ἂν εἴη περιεχημένος ὁ ναός. Δάτερα δὲ λέγουσιν οἱ Δελφοὶ γλυφῆς ἀπὸ μελισσῶν τὸν ναὸν, ἀπό τε κηροῦ τῶν μελισσῶν καὶ ἐκ πτερῶν. πεμφθῆναι δὲ ἐς Ὑπερβορέους φασὶν αὖθις ἀπὸ τοῦ Ἀπόλλωνος. Λέγεται δὲ καὶ ἕτερος λόγος, ὡς ἐν ναὸν κατεσκευάσατο ἀνὴρ Δελφὸς, ὄνομα δὲ αὐτῷ Πτερῶν εἶναι. κληθῆναι δὲ τοῦτο ἀπὸ τῆς γενεᾶς ἐκ τοῦ ναοῦ τοῦνομα ἀπὸ τῆς οἰκοδομήσαντος. ἀπὸ τούτου δὲ τοῦ Πτερῶ καὶ πόλιν Κρητικὴν προσθήκη γράμματος Λ Πτεραίους φασὶν ὀνομάζεσθαι. ἐν γοῦν τῷ ἔχοντι ἐς τὴν ἐν τοῖς ὄρεσιν αὐξομένην πτέρυν, ὡς ἐκ τῆς πόας ταύτης χλωρᾶς ἔτι διεπλέξαντο ναόν, ἥδε ἀρχὴν προσιέμαι τὸν λόγον τοῦτον. Τὰ δὲ ἐς τὸν τέκτονα τοῦ ναοῦ ὅτι ἐγένετο ἐκ χαλκοῦ, θαῦμα οὐδέν· εἰ γε Ἀκρίσιος μοῦνος θάλαμον χαλκοῦν τῇ θυγατρὶ ἐποίησατο, Λακεδαιμονίοις δὲ Ἀθηνᾶς ἱερὸν χαλκιοίκου καὶ ἐς ἡμᾶς ἔτι λείπεται. Ρωμαίοις δὲ καὶ ἡ ἀγορὰ μεγέθους ἕνεκα καὶ καλασκευῆς τῆς ἄλλης θαῦμα ἔστι παρέχεται τὸν ὄροφον χαλκοῦν. Τὰ μὲν τι ἄλλα οὐκ ἔπειθεν ὁ λόγος, ἢ Φάεθα τὸν ναὸν τέχνην εἶναι, ἢ τὰ ἐς τὰς ᾠδὰς ταῖς λύραις, ὡς δὴ Πίνδαρος ᾖσεν ἐπ' ἐκείνῳ τῷ ναῷ·

Χρύσεια δ' ἐξ ὑπερῴου ἀείδον κληδόνες.

οὕτω μὲν δὴ ταῦτα ἐς μίμησιν (ἐμοὶ δοκεῖν) τῶν παρ' Ὁμήρῳ Σειρήνων ἐποίησεν. ἃ μὲν δὲ τέθνηκεν ὑπνῳ ἀφανισθῆναι συνέπεσε τῷ ναῷ, κατὰ ταῦτα εἰρημένα ὕστερον. καὶ γὰρ ἐς Χάσμα γῆς ἐκπεσεῖν αὐτὸν, καὶ ὑπὸ πυθοῦ ταφῆναι λέγουσι. Τέταρτος δὲ ὑπὸ Τροφωνίου μὲν ἀρχάθη καὶ Ἀγαμήδους, λίθου δὲ αὐτὸν ποιηθῆναι μνημονεύουσι. κατεκαύθη δὲ Ἐρξικλείδου μὲν Ἀθήνησιν ἄρχοντος, πρώτῳ δὲ τῆς ὀγδόης ὀλυμπιάδος ἔτει καὶ πεντηκοστῇ, ἧ Κροτωνιάτης ἐνίκα Διόγνητος.

Τὸν

Τὸν δ' ἐφ' ἡμῶν τῷ θεῷ ναὸν ᾠκοδόμησαν μὴ ἀπὸ τ ἱερῶν οἱ Ἀμφικτύονες χρημάτων, &c.

De ipsis quidem Delphis multa ac diversa traduntur, atque imprimis de Oraculo Apollinis. Ajunt enim fuisse ab initio Telluris eam Oraculorum sedem; & ab ipsa Tellure Daphnen, quæ præsideret delectam: de Nymphis quæ montem incolerent, Daphnen unam fuisse. Poësin Græci habent, quæ Eumolpia appellantur: ejus autorem Musæum perhibent, Antiphemi filium. In ea proditum est memoriæ, commune Telluri ac Neptuno Oraculum illud fuisse: ipsam quidem Tellurem ore suo Responsa dedisse: Neptunum interpretem habuisse Pyrconem. Ea de re versus hujusmodi sunt:

Telluris cuncti sanctas cognoscite voces,
Et magno Pyrcon Neptuno sacra ferebat.

Neptunus deinde Telluri dicitur parte suâ concessisse; illam Themidi Oraculum totum dono dedisse: ab ea Apollinem illud accepisse, tradita Neptuno, quæ ante Trœzenem est, Calaurea. Audivi etiam qui dicerent, pastores quosdam dum pecus illac agerent, cùm prope ad eum locum ubi Oraculum est accessissent, repente terræ halitu Divinitùs afflatos, Apollinis ipsius impulsu vaticinari cœpisse. Maxima verò fuit nominis celebritate Phemonoë; ut quæ Dei interpres prima fuerit, prima etiam senariis Oracula decantarit. Bæo tamen indigena mulier Delphis hymno composito, advenas ab Hyperboreis profectos, Oraculum Apollini dedicasse tradidit, cùm aliàs tum Olena, qui primus vaticinatus (eo in loco) fuerit, primusque senarios (longiores) repererit. Hi sunt quos Bæo fecit versus:

Hic posuere tibi juvenes penetralia Phœbi,
Olim ab Hyperboreis Pagasusque & dius Agyieus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Enumeratis aliis Hyperboreis, in ipso hymni fine Olena nominavit ;

Atque Olen, primus cecinit qui oracula Phœbi,
Et veterum primus modulari carmina cœpit.

Communis tamen hominum opinio priscæ memoriæ autoritatem secuta, solas agnoscit mulieres oraculorum interpretes. Antiquissimam Dei ædem è lauro erectam tradunt : & lauri quidem ramos ex ea arbore decerptos, quæ ad Tempe est. Fuit ædis ejus forma quasi tugurium quoddam. Alteram ædiculam narrant ab apibus è cera & pinnulis compactam, hominem Delphum, cui nomen fuerit Pteras ; & ex ejus nomine (de pinnis apum) fabulæ locum datum. Ab eodem Ptera Creticam etiam civitatem, unâ litera additâ, Aptereos appellatam. Quod vero ex ea herba quæ in montibus crescens, Pteris (i. e. filix) dicitur, adhuc viridi fuerit illud opus contextum, omnino ut credam non adducor. Nam tertium delubrum ex ære ædificatum fuisse (quod fama prodidit) mirum videri non debet, siquidem & filiæ Acrisius thalamum ex ære fecit ; & hâc etiamnum ætate extat apud Lacedæmonios Minervæ fanum, cui Chalciœco cognomen est. Romæ quoque forum cum magnitudine & ornatu reliquo spectantibus est admirationi, tum vero æneo contegitur lacunari. Quare non omnino à vero alienum videri possit, æneum fuisse Apollinis templum. Nam cætera jure fabulosa videantur, vel à Vulcano ædem illam exædificatam, vel aureas in eo templo virgines cantasse, quod Pindarus cecinit :

Aureæ cantabant e laquearibus Flexanimæ.

In quo plane Homerum videtur imitari voluisse, de Sirenibus fabulantem. Sed neque quo casu fanum abolitum fuerit, ab omnibus ad eundem modum rem expositam comperi. Sunt qui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

qui terræ hiatu haustum ; alii qui igne colliquefactum dicant. Quartum sanè Templum Trophonius & Agamedes metati sunt ; è lapide verò exstructum memorant. Conflagravit hoc principatum obtinente Athenis Erxiclide , 58 Olympiadis anno primo, quo palmam tulit Diognetus Crotoniates. Quod hac ætate extat , erexerunt de sacra pecunia Amphictyones , &c.

At Diodorus Siculus non a Pastoribus primo Vaticinantibus , verum à capris , quæ Enthusiasmo concitatæ futura prædixerint , hoc Oraculum fuisse repertum non minus fabulosè narrat. Ejus verba vero sunt hæc sequentia : Λέγεται γὰρ τὸ παλαιὸν αἶγας ἀρεῖν τὸ μαντεῖον. ὃ χάειν αἰεὶ μάλιστα λεηπηελάζουσι μέχελ ἔ νῦν οἱ Δελφόι. τὸν δὲ τόπον τ ἀρέσεως γενέσ φασὶ ποιῆσον· οὕτ χάσματ ἐν τούτῳ τῷ τόπῳ , καθ' ὃν ἐςι νῦν ἔ ἱερὸ τὸ καλούμνον ἄδυτον , ἐκ ὃθεὶ τοῦτο γενομένων αἰγῶν , ἀφ' τὸ μήπω καθικεῖσ τὰς Δελφάς , ἀεὶ τὴν ποσιοῦσαν τῷ χάσμαλι ἐκ ποσβλέψασαν αὐτοῦ , σκιρτᾶν θαυμαςῶς , καὶ ποίεσ φωνὴν ἀφάφορον ἢ πότερον εἰώθ φθέγγεσ. τὸν δ' ὑπισχνῶντα ταῖς αἰξὶ θαυμάσειν τὸ ποδόξον , ἐκ ποσελθόντα τῷ χάσματι , ἐκ καθιδόντα οἷον πε ἦν , ταῦτὸ παθεῖν ταῖς αἰξίν. ἐκείνας τὲ γὰ ὁμοια πιεῖν τοῖς ἐνθουσιάζουσιν , ἐκ τὸν ποφητεύειν τὰ μέλλοντα γίνεσθαι. μετὰ δὲ ταῦτα τ φήμης ποδὸ τοῖς ἐγχωρίοις ἀφοσθείσης ποὶ ἔ πάθους τ ποσιόντων τῷ χάσματι , πλείους ἀπαντᾶν ὑπὸ τὸν τόπον. ἀφ' ὃ τ' ποδόδοξον τ ἀποπειρωμένων , τὰς αἰεὶ πλησιάζοντας ἐνθουσιάζειν. δι' ἃς αἰτίας θαυμασθῆναί τε τὸ μαντεῖον , νομισθῆναι τ γῆς εἶναι τὸ λεηπήριον· καὶ χρόνου μὲν τινα τὸν βουλομένους μαντεύεσθαι, ποσιόντας τῷ χάσματι , ποιεῖσθαι τὰς μαντείας ἀλλήλοις· μετ' ὃ τοῦτο πολλῶν καθαλλομένων εἰς τὸ χάσμα ἀφ' τ ἐνθουσιασμὸν , καὶ πάντων ἀφανιζομένων , δόξαι τοῖς κατοικοῦσι ποεῖν τ τόπον , ἵνα μηδεὶς κινδυνεύῃ , ποφῆτιν τε μίαν πᾶσι καθιστᾶσαν γυναῖκα , ἐκ ἀφ' ταύτης γίνεσθαι τὴν χρησμολογίαν. ταύτῃ δὲ καθασκευασθῆναι μηχανήν , ἐφ' ἧν ἀναβαίνουσαν , ἀσφαλῶς ἐνθουσιάζειν , ἐκ μαντεύεσθαι

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

τοῖς βελοωδέοις. εἶναι δὲ τὴν μηχανὴν τρεῖς ἔχουσαν βάσεις, ἀφ' ὧν αὐτὴν τρίποδα κληθῆναι.

Dicunt antiquis temporibus capras Oraculum istud invenisse. Quare etiam ad hæc usque tempora maxime per caprarum sacrificia Oraculum consulunt. Modum quo id repertum fuerit ita narrant. Quum hiatus terræ esset isto in loco, quo nunc templi adyta sunt, & capræ eò (pascendo) devenirent, quod Delphi nondum habitarentur, si quæ ipsarum accederet ad hiatum istum, atque eò introspiceret, semper accidisse, ut mirabili modo saltaret, vocemque emitteret longè diversam ab ea, quam edere solita fuerat. Illum vero qui capris pascendis præerat, admiratum hujus rei paradoxon; ac cum ad hiatum quoque accessisset, rimantem oculis quidnam illud esset, idem cum capris passum fuisse. Illas namque similia passas istis, qui enthusiasmo aguntur; illumque futurorum vatem fuisse factum. Post illa vero fama per incolas dispersa rei illius quæ contigerat, istis qui eo accesserant, plures accurrisse ad istum locum: ac, cum propter casum inexspectatum, experimentum caperent, semper illos qui propius accederent enthusiasmo correptos fuisse. Ob quam causam illud Oraculum admirationi fuisse, ac Telluris Oraculum habitum. Quin & per tempus aliquod, eos qui volebant, ad hiatum illum accedentes prophetasse, sibique invicem futura prædixisse. At postea, cum multi in hiatum eo insiliissent, omnesque illi ita disparuissent, visum fuisse istius loci accolis (ne aliquis amplius periclitaretur) unam mulierem omnibus constituere Prophetidem, ut per eam fieret futurorum prædictio. Isti vero fabricatam fuisse Machinam, in quam illa adscendens tutò, ac sine periculo, enthusiasmo afficeretur, ac vaticinaretur volentibus. Habere autem Machinam illam tres pedes; unde & Tripes appellata fuerit.

Quod

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Quod attinet autem ad primos Deos Fatidicos, in hoc χρησηρίῳ sive Oraculorum sede Delphica; illos ordine ita enumerat Æschylus in Eumenidibus. Cujus tragœdiæ initium huc afferam; ut inde eo melius videamus, quam parum sibi circa hanc rem constent, cum Mythologi tum Poëtæ. Ita igitur ille, sub Pythiæ persona, canit:

Πρῶτον μὲν εὐχῇ τῇ δε πρεσβεύω θεῶν
Τὴν πρωτόμαντιν γαῖαν, ἐκ δὲ τ' Θέμιν
Ἡ δὴ τὸ μητρὸς, δευτέρα τό δ' ἕζετο
Μάντεῖον, ὡς λόγος τις· ἐν δὲ τῷ τρίτῳ
Λάχει, θελούσης, οὐδὲ βίαν τινὸς
Τιτανὶς, ἄλλη, παῖς χθονὸς, καθέζετο
Φοίβη. δίδωσιν δ' ἡ γενέθλιον δόσιν
Φοίβῳ. τὸ Φοίβης δ' ὄνομ' ἔχει παρώνυμον·
Λιποῦν δε λίμνην, Δηλίαν τε χοιράδα,
Κέλσας ἐπ' ἀκτὰς ναυπόρους τε Παλλάδος
Ἐς τήνδε γαῖαν ἦλθε Παρνησσὸν θ' ἕδρας.
Πέμπουσι δ' αὐτὸν καὶ σεβίζουσι μέγα
Κελαδοπτοιοὶ παῖδες Ἡφαίστου, χθόνα
Ἀνήμερον πιθέντες ἡμερωμένην.
Μολόντα δ' αὐτὸν κἀρτα πιμαλφεῖ λεὼς,
Δελφός τε χώρας τῆσδε πρυμνήτης ἄναξ.
Τέχνης δε νῦν Ζεὺς ἔνθεον κλίσας φρένα,
Ἵζει τέταρτον τόνδε μάντιν ἐν θρόνοις·
Διὸς προφήτης δ' ἐστὶ Λοξίας πατρός.
Τοὺς ἐν δ' ἀχαῖς φρουμιάζομαι θεούς.

Primum hac prece memor vel saluto Dearum
Primam vaticinatricem Terram, & post eam Themin,
Quæ secunda post matrem huic
Oraculi loco præsedit, ut est sermo:
Tertio vero loco consortita sine vi
Titanis alia, Terræ filia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Phœbe : Dedit autem ea natale munus
Phœbo, nomen autem habet ad Phœbes nomen accedens.
Linquens autem lacum, & petram Deliam:
Cum appuliſſet ad littora navibus commoda Palladis,
In hanc terram venit, & Parnaſſi ſedes.
In pompa vero deducunt eum, & plurimum colunt
Vias exſcindentes filii Vulcani, terram
Horridam reddentes frugiferam,
Advenientem vero eum valde honorat populus
Delphusque, rex regionis hujuſce gubernator.
Jupiter autem animum ejus divina afflans arte,
Hunc quartum ſtatuit vatem in ſolio:
Joviſque patris Propheta eſt Loxias.

Scholiaſtes autem, ad verba, Τὴν πρωτόμαντιν Γαῖαν, hæc notat : Πίνδαρος φησὶ πρὸς βίαν κρατῆσαι Πυθῶς τὸν Ἀπόλλωνα. διὸ καὶ Ταρταρώσαι ἐζήτει αὐτὸν ἡ Γῆ. *Phœbum vi hanc ſedem obtinuiſſe ; unde & Tellus ipſum in Tartara detrudere voluerit.* De Delphorum (urbis) nomine, uti & de Pythone, ita quoque loquitur Pauſanias : Λέγεται δὲ καὶ τάδε· Κελαινὼ θυγατέρα Ταύμῳ τῷ Λυκώρᾳ γενέσθαι· Δελφὸν δὲ ἀφ' οὗ τὸ ὄνομα τῇ πόλει τῇ ἐφ' ἡμῶν ἐστι, Κελαινῶς τε αὐτὸν καὶ Ἀπόλλωνος εἶναι. Οἱ δὲ Καστάλιόν τε ἄνδρα αὐτόχθονα καὶ θυγατέρα ἐθέλουσιν αὐλῷ γενέσθαι Θυίαν, καὶ ἱερᾶσθαί τε τὴν Θυίαν Διονύσου πρῶτον καὶ ὄργια ἀγαγεῖν τῷ θεῷ· ἀπὸ ταύτης δὲ καὶ ὕστερον ὅσαι τῷ Διονύσῳ μαίνονται, Θυιάδας καλεῖσθαι σφᾶς ὑπὸ ἀνθρώπων. Ἀπόλλωνος δὲ ἓν παῖδα καὶ Θυίας νομίζουσιν εἶναι Δελφόν. οἱδε μητρὸς μὲν Μελαίνης φασὶν αὐτὸν θυγατρὸς Κηφισοῦ. Χρόνῳ δὲ ὕστερον ἐς Πυθὼ τὴν πόλιν, ἃ Δελφοὺς μόνον ἐκάλεσαν οἱ πρόσοικοῦντες· καθαὶ καὶ Ὁμήρῳ πεποιημένα ἐν καταλόγῳ φωκέων ἐστίν. Οἱ μὲν δὴ γενεαλογεῖν τὰ πάντα ἐθέλοντες, παῖδα εἶναι Δελφὸν Πύθιον, ἐξ οὗπερ βασιλεύοντος γενέσθαι τῇ πόλει τὸ ὄνομα ἤγηνται. Λόγος δὲ ὡς ἦκε τ' ἀνθρώ-

πων

πων εἰς τὰς πολλὰς, ἃ ὑπὸ Ξ Ἀπόλλωνος τοξευθέντα σήπεσθαι φησιν ἐνταῦθα, καὶ διὰ τοῦτο τὸ ὄνομα τῇ πόλει γενέσθαι Πυθώ. πύθεσθαι γὰρ δὴ τὰ σηπόμενα, οἱ τότε ἔλεγον. καὶ τοῦδε ἕνεκα ἔμηρος πεποίηκεν, ὡς ἡ τῶν Σειρηνῶν νῆσος ἀνάπλεως ὀστῶν εἴη, ὅτι οἱ τὴν ᾠδὴν αὐτῶν ἀκούοντες, ἐπύθοντο ἄνθρωποι. Τὸν δὲ ἀποθανόντα ὑπὸ Ξ Ἀπόλλωνος ποινὴν μὴ δράκοντα εἶναι, ἀλλ' ὅτι τῷ μαντείῳ φύλακα ὑπὸ Γῆς ταχθῆναι φασι &c.

Adjiciunt ad hæc, Hyamo Lycori filio Celeno filiam fuisse, è quâ Delphum Apollo susceperit; unde nomen, quod etiamnum nostra ætate usurpatur, urbs acceperit. Alii Castalium tradunt hominem indigenam, filiam habuisse Thyiam nomine, quæ cum Liberi Sacerdotio fungeretur, prima Libero Patri Orgia agitaverit: & ab ea, quæ furore impulsæ Sacra Baccho faciant, ab hominibus Thyiadas nuncupari: Apollinis nempe filium, & Thyiæ, Delphum fuisse autumant: Sed alii matrem ejus Melænem perhibent Cephissi filiam. Interjecto dein tempore urbem ipsam non solum Delphos, sed etiam Pytho nominarunt finitimi. Testantur id Homeri versus de Phocensium delectu. Sed eum qui subtilius populorum origines exquirunt, Delphi existimant filium fuisse Pythin; & ab eo dum regnaret, urbi nomen impositum. Est insuper pervagato inter homines sermone vulgatum, ab Apolline quendam ejus loci incolam sagittis confixum ibi contabuisse, & ex eo urbi nomen contigisse, quod ejus temporis homines persimili voce in iis quæ corrumperentur, significandis uterentur. Neque Homerus aliam ob causam Sirenum insulam ossium plenam dixit, quam quod in ea putrescerent eorum cadavera, qui Sirenum cantilenis aures præbuissent. Qui ab Apolline occisus fuerit, Draconem eum fuisse poëtæ scripsere, cui custodiam Tellus Oraculi mandasset.

De Ephoro, autem, qui cum veritatem in historiis maxi-

me

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

me extolleret, & infectaretur illos, qui fabulis gaudent; hîc tamen nil præter fabulas prompſit, ita Strabo, lib. IX. ταῦτα δ' εἰπὼν, ὑπιφέρει τοιόνδε λεγόμενα, ὅτι ὑπολαμβάνουσι, καταδεῖξαι τὸ μαντεῖον Ἀπόλλωνα μετὰ Θέμιδος, ὠφελῆσαι βουλόμενον τὸ γένος ἡμῶν. Τίνα τὴν ὠφέλειαν εἰπὼν, ὅτι εἰς ἡμερότητα προκαλεῖται, καὶ ἐσωφρόνιζε τοῖς μὲν χρησμῳδοῦσι, καὶ τὰ μὲν προστάττων, τὰ δ' ἀπαγορεύων, τοὺς δ' ὅλως προσιέμενος: ταῦτα δὲ δικαιοῦν νομίζουσι (φησὶν) αὐτὸν, οἱ μὲν αὐτὸν τὸν θεὸν σωματοειδῆ γενόμενον, οἱ δ' ἀνθρώπους ἔννοιαν τοιαδιδόντα τοῦ ἑαυτῶν βουλήσεως. Ὑποβὰς δὲ, περὶ τῶν Δελφῶν, οἵτινές εἰσιν ἀμαλεγόμενοι, φησὶ τὸ παλαιὸν Παρνασσίους τινὰς αὐτόχθονας καλουμένους οἰκεῖν τὸν Παρνασσὸν. καθ' ὃν χρόνον τὸν Ἀπόλλωνα τὴν γῆν ὑπόντα, ἡμερῶν τοὺς ἀνθρώπους, ἀπό τε τῶν ἀνημέρων καρπῶν καὶ τοῦ βίου, ἐξ Ἀθηνῶν ὁρμηθέντα ὑπὸ Δελφούς, ταύτην ἰέναι τὴν ὁδὸν, ἣν νῦν Ἀθηναῖοι τὴν Πυθαΐδα πέμπουσι. γενόμενον δὲ κατὰ Πανοπέας, Τιτυὸν καταλύσαι, ἔχοντα τὸν τόπον, βίαιον ἄνδρα καὶ παράνομον· τοὺς δὲ Παρνασσίους συμμίξαντας αὐτῷ, καὶ ἄλλον μηνύσαι χαλεπὸν ἄνδρα Πύθωνα τοὔνομα, ὑπάκλησιν δὲ δράκοντα· καταβοῶντα δ' ἐπικελεύειν ἴε παῖαν· ἀφ' οὗ παιανισμὸν ὅτως ἐξ ἔθους παραδοθῆναι τοῖς μέλλουσι συμπίπτειν εἰς παράταξιν· ἐμπεποιῆσθαι δὲ καὶ σκηνὴν ὅτι ὁ Πύθων ὑπὸ τοῦ Δελφῶν, καθάπερ καὶ νῦν ἔτι καὶ ἀεὶ ὑπόμνημα ποιουμένους τοῦ τότε γενομένου· Τί δ' ἂν εἴη μυθωδέστερον ἢ Ἀπόλλων τοξεύων, καὶ κελεύων Τιτυὸς, καὶ Πύθωνας καὶ ὁδεύων ἐξ Ἀθηνῶν εἰς Δελφούς, καὶ γῆν πᾶσαν ἐπιών; Εἰ δὲ ταῦτα μὴ ὑπολαμβανε μύθους εἶναι; τί ἐμποδὼν τὴν μυθευομένην Θέμιν γυναῖκα καλεῖν; τὸν δὲ μυθευόμενον δράκοντα ἄνθρωπον; πλὴν εἰ συγχεῖν ἐβούλετο τὸν τοῦ ἱστορεῖν καὶ τὸν τοῦ μύθου τόπον;

His ſtatim ſubjicit, opinionem receptam eſſe, Apollinem cum Themide Oraculum illud condidiſſe, cum prodeſſe noſtro generi vellet: atque utilitatem illam exprimit; nempe eum homines ad manſuetudinem, ac modeſtiam provocaſſe, dum Oracula edens, aliis vel mandaret aliquid vel interdiceret; alios omnino arceret. Hæc (inquit) ipſum cenſent facere

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

cere alii corpore adſumpto, alii quod ſuæ voluntatis notitiam inderet. Progreßus deinde eò, ut de Delphis diſputaret, quinam ii eſſent, ait Parnaſſios quoſdam indigenas priſcis temporibus Parnaßum habitaviſſe: quo tempore Apollo terras obiens homines ad placiditatem compoſuit, frugibuſque uti, & ratione victus mitioribus docuit: eum quidem ferunt ab Athenis Delphos proficiſcentem eâ perrexiſſe viâ, qua nunc Athenienſes pompam ad Pythonem mittunt. Ibi cum ad Panopeos perveniſſet, Titium ab eo interfectum fuiſſe, qui ejus loci dominus violentus erat, atque injurius homo. Tum ad eum veniſſe Parnaſſios aliumque indicaſſe intollerabilem hominem, Pythonem nomine, cognomento Draconem; ac dum Apollo ipſum occideret, acclamaſſe Iö Pæan. Atque hinc pugnam inituris conflicturiſque, per manus traditum, ut ex more Pæana conclament. Tum quoque incenſum fuiſſe à Delphis tabernaculum Pythonis: cujus rei memoriam hodieque renovent. At enim quid fabuloſius dici poteſt, quam Apollo arcu feriens, Tityoſque & Pythonas ſupplicius afficiens, proficiſcens Athenis Delphos, & totam obambulans terram? Quod ſi hæc non putavit eße fabulas, quid ſibi vult quod fabulis vulgatam Themidem mulierem vocat, fabuloſum draconem hominis nomine afficit? niſi quod confundere modum hiſtoriæ cum fabulis voluit?

Hiſce addamus quæ Macrobius lib. 1. cap. 17. Saturnal. habet. Ἀπόλλων Πύθιος: οὐκ ἀπὸ τῆς πύσεως, i. e. *non à Conſultatione Oraculorum dictus à Phyſicis æſtimatur: ſed* ἀπὸ τοῦ πύθειν, id eſt, σήπειν: *quod nunquam ſine vi caloris efficitur. Hinc ergo* Πύθιον *dictum æſtimant: licet hoc nomen ex nece draconis inditum Deo Græci fabulentur. Quæ tamen fabula non abhorret ab intellectu naturalis arcani. Quod apparebit ſi percurratur ordo, qui de Apolline naſcente narratur, ſicut paulo ſuperius enarraturum me eße promiſi. Lato-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

næ Apollinem Dianamque parituræ Juno dicitur obſtitiſſe. Sed ubi quandoque partus effuſus eſt, draconem ferunt qui πύθων *vocitabatur invaſiſſe cunas Deorum, Apollinemque in prima infantia ſagittis belluam confeciſſe. Quod ita intelligendum naturalis ratio demonſtrat. Namque poſt Chaos.* &c.

Videmus hic cum apud Pauſaniam tum apud Diodorum Siculum *capras* primas hujus Oraculi indices; quin & ipſas inde vaticinantes; ab iiſque id homines didiciſſe, &c.

Poëtæ vero, ac Mythologi hic *draconem* ad Oraculi antrum, ex quo Themis futura prædicebat, cuſtodem ejus collocant: quique *Apollinem* eo adventantem ab antri aditu arcuerit: unde & ab *Apolline* ſagittis confixus ibi mortuus contabuerit. Aliis autem non ſolus Oraculi à *Themide* poſſeſſi cuſtos erat: verum & ipſe Oracula dabat. Ob ejus ſive cuſtodem ſive & vaticinantem [quid miri enim *draconem* belluam edere Oraculorum Reſponſa, quum id & *capræ* fecerint?] peremptum Apollo iſte (ad quem alias Philoſophi ſeu Theologi Gentiles, omnia numina referunt; ſicut ex Macrobio aliiſque liquet) per annos novem fugere coactus, expiatione opus habuit.

Verum enim vero, quæ de *dracone bellua* cum Poëtæ ac Mythologi, tum & ipſe Plutarchus, illos (non tamen ex propria ſententia) ſecutus, dixerunt; illa Pauſanias, atque Ephorus (apud Strabonem libro. 9.) de *Dracone*, homine violento, intelligi volunt; uti & iſta, quæ de *Typhone* ac *Tityo* veteres fabulati ſunt: dum interim Macrobius illa habeat pro commentis Philoſophicis; atque hinc iſta, diverſis admodum modis, phyſicè explicet.

Interim cum *draco*, de quo locutus ſum (quemque alii ex Poëtis ac Mythologis virilis, alii fœminei ſexûs faciunt) πύθων, ſeu *Pytho* appellaretur; nullique hactenus (excepto auctо-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

auctore hymni in Apollinem qui Homero vulgò adscribitur) illum *Typhonem* nominaverint, *Typhonemque* hunc omnes à *Tityo* ac *Pythone* distinxerint, non tamen desunt eruditi inter Christianos, qui per anagrammatismum, ex Pythone *Typhonem confinxerunt.* Ast ille anagrammatismus, apud Græcos, æque atque illa Scriptura quæ retrograda erat ac βουστροφηδὸν fiebat, nullo in usu erat vulgari; sed tantum ludendi gratia; nisi quod retrograda Scriptura in nummis satis frequenter exhiberetur. Neque anagrammatismi per Cabbalam Judæorum, nisi posteriorum inventum fuit: nec Græci illos ab Hebræis didicerunt; quicquid hic tam audenter Dickinsonius (cap. 1. Delph. Phœnic.) asserat.

Verum nec hic subsistunt ejusmodi eruditi; sed, ut ex Pythone *Typhonem* faciunt, sic & *Typhonem* in *Og regem in Basan* transformant: dum summa ope nituntur, ut fabulis absurdissimis Græcorum, nullique historiæ fundamento innitentibus (ut quæ de una eademque re, plusquam decem sæpe diversis modis, ab hoc quidem sic, ab alio rursus sic, conficta fuerunt) veris Hebræorum Historiis, ac quidem θεοπρέπως, seu Divinitùs, datis, accommodent.

At si à פתן Pethen, Hebraico vocabulo, quod quidem *draconem*, sed magis proprie *Aspidem*, denotat ipsis, *Pytho, draco*, originem hausit, indeque *Diabolus* per talem *Pythonem*, seu *Pethen* denotatur; quomodo is simul *Typhon*, seu *Pityus*, vel potius rex *Og in Basan* esse potuit?

Hunc interim *Typhonem* in *Arimis* locant, *Arima* rursus absque ulla hæsitatione, in Palæstina, adeoque in Judæa. Quod ut belle ipsis cedat versum integrum libro 2. Iliados inserunt post hos sequentes:

Γαῖα δ' ὑποστενάχιζε Διὶ ὡς περικεραύνῳ
Χωομένῳ, ὅτε τ' ἀμφὶ Τυφωεῖ γαῖαν ἱμάσσῃ
Ἐν Ἀρίμοις· ὅθι φασὶ Τυφωέος ἔμμεναι εὐνάς.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Nempe hunc verſum, qui, teſte Srabone (lib. 12.) plane inſititius, adeoque & ſpurius, eſt, neque in ullis Homeri exemplaribus comparet,

χώρῳ ἐνὶ δρυόεντι Ἄϊδος ἐν πόντι δήμῳ :

quique aliter concinnatus, alibi eidem libro ſecundo Iliados inſeritur, hoc modo :

πῖμπλάω ἐσσὶ νιφόεντα, Ἄϊδος ἐν πόντι δήμῳ.

At quum prior ipſis magis placeat, ipſum, ut res aliis, ſic quoque magis plauſibilis evadat, Ἄϊδος in Ἰούδας ; & ſic, ſi non *Lydos*, ſaltem *Cilices* in *Judæos* transformant, ut ſic Homerum pro ſuis partibus ſtantem oſtentent ; iſque de *Og* in *Baſan* locutus videatur. At qualem notitiam rerum Hebraicarum is habere potuerit, forſan alibi latius oſtendam.

Interim iſtorum hominum huic *Moſes* eſt *Apollo*, huic *Joſua* ; huic denuo *Joſua* idem cum *Hercule* eſt ; iſque *Hercules* (quod ſecundùm alios Apollo fecerat) *Typhonem*, i. e. *Og regem in Baſan*, occidit. Aliis denique *Moſes* idem cum *Libero*, ſeu *Baccho*, eſt ; imò & cum *Pane* ac *Mercurio*.

Quam belle vero hujuſmodi homines talia probent, videri poteſt ex propoſit. IV. cap. 8. Demonſtr. Euang. P. D. Huëtii ; qui ibi, ut oſtendat non ſolum Apollinem, verum &, neſcio quos non, *Pana*, *Priapum*, *Æſculapium*, *Prometheum*, & *Cecropem*, & *Minoa*, & *Rhadamanthum*, & *Æacum*, & *Protea*, & *Perſeum*, & *Ariſtæum*, & *Muſæum*, & *Orphea*, & *Linum*, & *Amphiona*, & *Eumolpum*, & *Tireſiam* eoſdem cum Moſe fuiſſe ; inter alia (ne pluribus Lectori tædioſus fiam) ita loquitur : *Apollo Trojæ muros ad citharæ cantum fertur condidiſſe : Iſraëlitica gens, ut in civitatis coaleſceret formam, & legibus con-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

contineri se pateretur, Moses perfecit. Narratur Apollo apud Tibullum:

Saturno rege fugato
Victoris laudes concinuisse Jovis:

Submerso Pharaone & Ægyptiis, Hymnum victori Deo cecinit Moses, & alterum quoque debellatis gentibus, quæ iter in Chananæam terram morabantur. Pythonem Serpentem ab Apolline interfectum narrant fabulatores; fortasse quod Hevæos, Chananæam gentem, Mosis præcepta secuti Israelitæ domuerint: חויא *autem Hevæum & Serpentem sonat, ut à Bocharto demonstratum est; vel potius quod virga Mosis versa in colubrum, Magorum Ægyptiorum virgas mutatas quoque in Serpentes absorbuerit, & quod Serpentium ignitorum à Deo in Israelitas immissorum vim virusque excitato Serpente æneo, Moses repressérit. Tityon etiam terræ omniparentis alumnum & filium, Apollo occidit. Hic mortuus, juxta Homerum,* ἐπ' ἐννέα κεῖτο πέλεθρα, *per novem terræ jugera porrigebatur. Moses Og regem Basan interfecit, virum de stirpe Gigantum, cujus lectus novem cubitos habebat longitudinis. Nomen Tityo à* טיט, LUTUM *quod significat, quasi dicas* πηλογόνον, *quo nomine gigantes Callimachus appellat. Og Basanitidis terræ indigena & filius fuit. In Eubæam ad visendum Tityo iviſſe Rhadamanthym cecinit Homerus: quippe Ogi regionem adiit & subegit Moses, quem Rhadamanthum esse suo loco probabimus. Apollini Diradiotæ sacrificabatur agnus, Delphinio, &* πολίῳ *taurus, Myrensi vitulus: nempe has Apollini, qui Moses est, gratissimas fore rebantur victimas, quas ipse sanxisset: ac forsitan etiam Vituli Aurei, à Mose comminuti meminerant: nam quæ Deo cuique odiosa esse putabant, huic ea sacrificabant.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Talia ſane nullâ egent refutatione, quod ſponte ſua corruant.

Quod autem ratione vocis, פתן, *Pethen* conſiderandum cenſeo eſt, Judæos tam veteres quam ſeriores, vocabulum iſtud quidem ubique, pro *aſpide*, at nullibi pro *Diabolo* aut *Spiritu maligno*, ſeu *Cacodæmone*, habere. Confingunt quidem illi vocem פיתום ſeu *Pithoom*, ex Græca illa πυθὼν, quando ἐγγαστριμύθους deſignare volunt (ſed nunquam, quod ſciam aliter) eo quod illi antiquis temporibus, ob iſtius artis exercitationem primò quidem *Euryclides*, ab Euricle primò inventore nominarentur; at poſtea à perinſigni, circa iſtam impoſturam, artifice, cui *Pytho* nomen erat, ejuſmodi impoſtores *Pythones* appellarentur: ſicut in Diſſertatione mea, de Divinationibus Judæorum Idololatricis &c. oſtendi.

Noſter tamen Dickinſonus; atque alii, *Pythonem à* פתן, *Pethen*, (id eſt Aſpis) deducunt: ac quidem (uti Mœbius ejus rei rationem reddit) quod hinc quoque, מפתן, i. e. *limen inferius* derivetur; eo quod *illæ beſtiæ* (uti vult) *ſub illo latere ſoleant*. Sic quoque idem Dickinſonus ait: *A* פתן, *Pethen igitur* τυφὼν, *vocabulo ad Hebraicam vocem ficto*, poſtea πυθὼν (quæ *nominis* origo omnium maxime veriſimilis eſt) appellari cœpit, &c.

An vero melius ac felicius procedant illa: quæ de *Parnaſſo* loquitur, conſideret æquus lector. Sunt autem illa hæc: *Eòque tandem res rediit, ut ipſe locus ab Oraculo* LARNASSI *nomen adeptus ſit.* PARNASSUS *etenim*, (*mihi auctor eſt Stephanus de Urbibus*) *primò* Λάρνασσος *appellabatur. Non tamen* (*ut ille vult*) Ἀφ' ᾧ τὴν Δευκαλίωνος λάρνακα αὐτόθι προσενηχθῆναι· *eò quod Deucalionis arca illuc adducta fuerit. Sed ab* הר HAR, *mons:* & נחש NACHAS ſive NAHAS *augurium & divinatio: quibus ſi literam* ל (*ſive* PROTHETICAM *dicas, ſive* SERVILEM; *à Græcis attamen pro radicali*

dicali ſumptam) præponas, erit LEHARNAHAS: *& Græcè* Λάρναασ; *i. e.* MONS AUGURII. *Quippe mons ille, cum Delphi, qui tam clare audiebant ob Oracula, in eo ſiti fuerint, eo nomine dici excellenter meruit.*

Poſtea vero, quoniam propheticus iſte ſpiritus è ſpecu (qui ibidem loci fuit) emanare ſolet, MONTEM *dicebant* פרעֹ נחש, PARAI-NAHAS [orthographicam pronuntiationem ſaltem, ſicut & verſionem, ubique quantum pote, licet male, ad opinionem ſuam accommodat] *i. e.* HIATUM DIVINATIONUM. *Quæ verba Græci protinus ad linguæ ſuæ typum formabant; & Πάρναασον efficiebant,* &c. ne plura afferam: nam certe pene quot verba tot errores hic, (ſi locus ac tempus illa refellendi eſſent) clare oſtendi poſſent.

Miror ſane, homines aliàs eruditos, multæque lectionis, tantum dare affectibus ſuis, vel ſaltem præconceptis ſuis præjudiciis, ut tot ac tanta, nulla veterum debita autoritate ſuffulta, pro veris ac quam ſeriis affirment.

Ut autem nullibi in S. Scriptura Veteris Teſtamenti vox פתן, *Pethen*, (quam *Pytho* interpretantur) pro *Diabolo* ſumitur: ſic nunquam *Apollo* inter Græcos, nedum apud Delphos, ſub forma, *Draconis*, *aſpidis* aliuſve generis *Serpentis* adoratus fuit, aut invocatus. Namque ibi ſemper ſub humana forma adoratus, ac religioſè cultus fuit.

Cum igitur nunquam *Apollo* ſub *draconis* forma Delphis (neque ullibi gentium extra Delphos) cultus, adoratus atque invocatus fuerit: neque aliquis *draco* ibi, præter Apollinem, (quod *draco* ille, quem fabulantur olim iſta loca occupaſſe ut Oraculi cuſtodem, ab Apolline ſagittis confectus fuerit) ab ullis coleretur: neque ulli gentiles (excepto tandem, inter ultimos tempore, Porphyrio) Divinationem malis Dæmonibus adſcripſerint: cumque nunquam (niſi in iſto Homero adſcripto loco) draconem à *Pythio Apolline* peremptum, pro *Typhone*, aut *Tityo* habuerint; multo vero minus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

nus *Pythonem* istum cum Apolline ibi fatidico confuderint: nec denique unquam Græci *Dracones* pro Dîs habuerint (*nam Serpentis Epidaurei*, sub quo Æsculapius colebatur, ut illius *Glyconis* conficti, de quo Lucianus loquitur, longe alia ratio fuit, ut alibi ostendetur.) Cum, dico, hæc ita sint; videmus clare, mi Lector, ex confecto dracone, confectum, ab eruditis nostris, fuisse *malum Dæmonem*, seu *Diabolum*, eo quod ita quandoque in S. Scriptura Novi Testamenti, proprie satis appelletur: Atque adeo Diabolum *Draconi* Delphico, seu Pythoni fuisse accommodatum; atque etiam eundem (nescio quanam Metamorphosi) ab aliis in *Typhonem*, hincque iterum in *Og regem in Basan*, conversum fuisse.

Quod autem ad Urbis originem, ac denominationem attinet; sicut *Delphorum nomen* à *Delpho* repetit Pausanias, sic & nomen *Pytho* (Gr. Πυθὼ) à *Pythi*, qui filius *Delphi* fuerat. At quinam ex incolis, ibi ab *Apolline* telis confixus interierit ac putruerit, id incertum ille asserit. Certe minime id de *dracone bellua* (uti nec Strabo, nec Macrobius, neque alii, præter Poëtas) id intelligit.

At nec de *Parnassi* nominis origine tanta anxietate, ex lingua Hebræa vel Phœniciâ, inquirere opus est: cum de illa quoque ita loquatur idem Pausanias: Πόλιν δὲ ἀρχαιοτάτην οἰκισθῆναί φασιν ἐνταῦθα ὑπὸ Παρνασσῦ· Κλεοδώρας δὲ εἶναι νύμφης παῖδα αὐτήν· καὶ οἱ πατέρας, καθάπερ γε καὶ ἄλλοις τῶν καλουμένων ἡρώων, Ποσειδῶνά τε θεῶν καὶ Κλεόπομπον ἄνδρα ἐπονομάζουσι. καὶ ἀπὸ τούτου δὲ τοῦ Παρνασσοῦ τῷ τε ὄρει τὸ ὄνομα τεθῆναι λέγουσι, καὶ ἀπὸ τούτου Παρνασσίαν ἐπονομασθῆναι νάπην· τῶν τε πετεινῶν ὀρνίθων τὴν ἀπ' αὐτῶν μαντείαν, γενέσθαι Παρνασσοῦ τὸ ὄνομα, &c.

Vetustissimam sanè urbem olim eodem in loco à Parnasso conditam tradunt: Cleodoræ nymphæ hunc filium fuisse, cui, sicuti cæteris Heroibus, & Diis Patrem Neptunum, ex hominibus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

minibus Cleopompum attribuunt: & ab eo cum montem Parnaſſum, tum vero ſaltum Parnaſſum nominatum. Ab eodem præterea Parnaſſo inventam affirmant ex avium volatu, futurorum prædictionem, &c.

Verum multi eruditi, ex lingua Hebræa vel Phœnicia cuncta talia deducere malunt. At ſi hujuſmodi homines dicant, hæc Pauſaniæ plane incerta eſſe, id fateor: Sed confiteantur ipſi ſua fabulis poëticis, ac quidem abſurdiſſimis & ridiculis (ut Strabo oſtendit) inniti: adeoque merè fabellis ſe ſuas originationes ac denominationes ſuperſtruere: dum interim & vocabulis tam Græcis quam Hebraicis vim inferunt.

Ex talibus igitur judicari poteſt, quam obſcuræ atque incertæ plane ſint, tum hujus *Delphici*, tum & aliorum Oraculorum (*Jovis Ammonis*, *Jovis Dodonæi*, cæterorumque, quas etiam ex Hebraiſmo repetunt) origines: quæ tamen tanta cum pompa, reique exaggeratione, à multis fruſtra producuntur: idque potiſſimùm, ut hîc Diabolus auctor ſtatuatur, iſque ipſe Oraculorum Reſponſa, modo præter ac ſupernaturali, dediſſe videatur.

At, relicta ulteriori digreſſione, nunc me ad ipſum Oraculum, ſeu χρηστήριον, Delphicum, modoſque ibi Deum conſulendi, arteſque & impoſturas Sacerdotum, &c. converto: ut inde ita melius de ipſius origine atque auctoribus judicetur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

CAPUT V.

Fit ulterior Oraculi Delphici descriptio : notaturque 1°. *quales fuerint isti homines, qui Delphos consultum Apollinem adventabant.* 2°. *Qui qualesque homines ibi habitarint, Oraculumque ibi circumsessum tenuerint ; Antistites nimirum, Sacerdotes, ipsorumque ministri ; circumductores atque exploratores ; tum illi, qui victimas, thura, aliaque quæ ad sacrificia &c. necessaria erant vendebant ; tum quoque qui advenas hospitio excipiebant, &c.* 3°. *Notantur stata consulendi tempora, nempe menses, ac dies sive fasti illi sive nefasti essent &c.* 4. *Lustrationes, sacrificia, &c.* 5. *Prophetæ plures numero simul apud Oraculum istud, Pythiæ (seu Pythiis) inservientes.* 6. *Quoque Poëtæ, qui Responsa Pythiæ, per Prophetas, utcunque concinnata, versibus, seu numeris, includebant.* 8. *Denique Victimæ, in ultimo sacrificio ante consultationem, tremor.* 9. *Tandem sortitio inter illos, qui Apollinem, primi, secundi, tertii, (ac sic porro) ordine, consulturi essent.*

POst Delphici Oraculi descriptionem ratione locorum ac situs istius tam Urbis quam Templi uti & originis atque auctorum, prout fabulæ docent ; non male, meo judicio, considerabimus, qui ac quales fuerint, pene semper illi, qui Divina Responsa petentes eo veniebant ; in quorumque ac qualium manus, illi Delphos adventantes necessario incidere debebant : ac quibus, præterea, ceremoniis, ritibusque usi fuerint consulentes ; qualibusque impostoris & artibus illi qui fani istius Antistites, Prophetæ vel ministri erant, usi fuerint.

Qui igitur eo Oraculi petendi gratia adveniebant erant homines superstitione tacti, ac jam magnis præjudiciis de hujus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

N. 2.

s consultorum ad Oracu-
n Delphicum, &c.

ltores jam primum advenientes.
onæ, aliique qui Antistitum emissarii aut mi-
stri erant.
, qui Consultorum aures ac mentes superſti-
huc magis implebant.
, capite obtecto, per callem angustum, ac
rum sonitu, ad templum ducti: tum ne (quasi)
mali ominis auribus perciperent; tum ut sic
p ac metus in ipsis per ea adaugerentur.
Tympanistæ aliique ibi in via positi.
es totius corporis.
es, seu lustrationes, per περιῤῥαντήρια; lau-
, &c.
jam ante commissorum confessiones: ut ita
oque de consultorum postulationibus obsignatis
scriptis judicare valerent, &c.
Haruspicinæ, Auguria &c. ut bona Omina
tur; vel jam obtenta viderentur.
Templi περίβολον, seu sacrum septum.
qua sedentes Consultores Pythiæ Responsa
.
ius, ex qua Pythia hauriebat aquam fatidi-
ie introitum ad Adyta.
πύλαιον, seu πρόναον.
quibus tam Pythia, quam Sacerdotes atque
morabantur.
περίβολον, sive sacrum septum.
lium ac monticulorum, quibus Templum ab
arte obseptum, sonitus ibi factos multiplica-
adductos reddebat.
Parnassi rupium, qui huc Maxime facie-

lphorum pro parte procul in prospectu.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Adventus consultorum ad Oraculum Delphicum, &c.

1. *Consultores jam primum advenientes.*
2. *Cauponæ, aliique qui Antistitum emissarii aut ministri erant.*
3. *Sacerdotes, qui Consultorum aures ac mentes superstitione adhuc magis implebant.*
4. *Consultores, capite obtecto, per callem angustum, ac sub tubarum sonitu, ad templum ducti: tum ne (quasi) aliquid mali ominis auribus perciperent; tum ut sic superstitio ac metus in ipsis per ea adaugerentur.*
5. *Tubicines, Tympanistæ aliique ibi in via positi.*
6. *Purificationes totius corporis.*
7. *Purificationes, seu lustrationes, per περιῤῥαντήρια; lauri ramis, &c.*
8. *Peccatorum jam ante commissorum confessiones: ut ita melius quoque de consultorum postulationibus obsignatis libellis inscriptis judicare valerent, &c.*
9. *Sacrificia, Haruspicinæ, Auguria &c. ut bona Omina obtinerentur; vel jam obtenta viderentur.*
10. *Introitus in Templi περίβολον, seu sacrum septum.*
11. *Cella, in qua sedentes Consultores Pythiæ Responsa audiebant.*
12. *Fons Castalius, ex qua Pythia hauriebat aquam fatidicam, ante introitum ad Adyta.*
13. *Templi πρόπυλαιον, seu πρόναος.*
14. *Cellæ, in quibus tam Pythia, quam Sacerdotes atque Antistites morabantur.*
15. *Ipse Templi περίβολος, sive sacrum septum.*
16. *Circulus collium ac monticulorum, quibus Templum ab inferiori parte obseptum, sonitus ibi factos multiplicatos atque adductos reddebat.*
17. *Pedes montis Parnassi rupium, qui huc Maxime faciebant.*
18. *Urbs ipsa Delphorum pro parte procul in prospectu.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
306 F 33

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

jus χρησμοῖς Divinitate, adeoque & auctoritate ac veritate præoccupati; talesque quales nobis describit Juvenalis, dum de plurima hominum parte ita loquitur:

Quicquid agunt homines votum, timor, ira, voluptas.

Ex quibus spes & metus, maximi inter homines tyranni ac votorum causæ & incitamenta, ipsorum mentibus præcipuè dominantur: præsertim si super rebus maximi ponderis aut momenti solliciti sunt. Quin ex vultu, ex gestibus cæterisque actionum circumstantiis, nedum ex verbis sermonibusve eorum, sæpissime deprehendas, quæ qualesve curæ ipsos angant. Ac quandoquidem Oracula potissimum à divitibus, ab iisque ob res maximi momenti adirentur; magnoque ut plurimum famulitio essent comitati (ex quorum numero, si non omnes vel plurimi, saltem præcipui, illarum rerum ob quas Oraculum adibatur, essent conscii) inde optimam nanciscebantur occasionem expiscandi per obliquas, magis minusve interrogatiunculas (artificioseque adornatas narratiunculas) dum detinerentur consultores, vel ob sacrificia sæpius, ac sub variis prætextibus iteranda, vel omina meliora prioribus exspectanda aut observanda, aliaque plura, quorum sub prætextu tempus teri atque in longum extrahi poterat; illique interea temporis fallendi ac tædii devorandi gratiâ in diversoriis cum aliis morarentur, & lusu ac jocis quandoque sese oblectarent: dum denique per περιηγητὰς, seu *circumductores*, per omnia antiquitatis monumenta ducerentur; aut per visenda Templa (etiam hujus Templi septis inclusa, ac in vicinia consecrata) cellas, picturas, statuas, horum illorumve donaria, atque alia multa, quibus peregrini (præsertim si nihil aliud sit quo temporis tædium devorent, aut illi aliàs quoque sive ex curioso animi motu, sive ex superstitione, talibus delectentur) sese oblectarent. Cujusmodi Circumductoribus abundabant ista loca, ubi χρησμοὶ sive Jovis, sive Apollinis, sive Serapidis, sive denique

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

aliorum Deorum erant exſtructa atque adornata. Quod patet abunde ſatis ex Plutarchi libello de Pythiæ Oraculis, hoc modo: Ὑπολαβὼν δ' ὁ Θέων, ἀλλὰ δεῖ νῦν (εἶπεν) ὦ παῖ δοκεῖμοι ὑπηρεία τινὶ τοὺς περιηγητὰς ἀφαιρεῖσθαι τὸ οἰκεῖον ἔργον. ἐάσαν δ' ἡμᾶς γενέσθαι τὰ τούτων πρότερον, εἶτα περὶ ὧν βούλῃ καθ' ἡσυχίαν διαπορήσεις. *At vero ſubjiciebat Theon, rurſum, mi adoleſcens, videbimur malitia quadam enarratores* (ſeu *circumductores*) *ſuo munere defraudare. Eos ergo ſine prius ſua agere: poſtea per otium diſquiras de quibus voles.*

Hos περιηγητὰς non incommode vertit Xylander *Enarratores*: quod hi non ſolum, illos hoſpites per omnia ſpectatu digna circumducerent, illaque ipſis oſtenderent; ſed & ſimul, unde hæc vel illa donaria, hæc vel illa ſtatua, picturæ, tabellæ cæterave ornamenta hujus templi venerant; quiſve illa dedicarat, qua de cauſa ac quibus occaſionibus: quid circa hanc illamve ſtatuam, quid circa hunc illumve locum, circa hæc aut illa ſacrificia ac victimas aut prodigii aut miraculi, aut alius generis oſtenti aliquid, aut portenti, contigerat; *quæque alia* (ut Taciti verbis utar) *lætum antiquitatibus Græcorum genus incertæ vetuſtati affingit*, enarrarent. Unde & Lucianus in Philopſeude, Εἰ γοῦν τις ἀφέλοι τὰ μυθώδη ταῦτα ἐκ τῆς Ἑλλάδος, οὐδὲν ἂν κωλύσῃ λιμῷ τοὺς περιηγητὰς αὐτῶν διαφθαρῆναι, μηδὲ ἀμισθὶ τῶν ξένων τὰ ἀληθῆ ἀκούειν ἐθελησάντων. *Quod ſi quis fabulas auferat è Græcia, nil obſtiterit quo minus earum* EXPLANATORES fame intereant; cum nullus ſit hoſpitum qui gratis veritatem audire velit.

Quod de Periegetis, ut locum habuit per totam Græciam, iis in locis ubi plurima vetuſtatis monumenta ſpectanda erant; ſic imprimis tamen circa Oracula non Græcorum ſolum, ſed Africanorum quoque, & Aſianorum, aliarumque gentium delubra aut Templa, ubi μαντεῖα fuerant conſtructa.

2°. Notandum quoque urbes illas ac civitates, in quibus talia μαντεῖα conſtituta fuerant, plenas fuiſſe hoſpitiis ac diverſoriis ad per-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

peregrinos Consultores, eorumque comitatum, excipiendos; quorum hospites inde subsistebant ac diteſcebant: reliquam vero multitudinem compositam fuisse ex hominibus, qui aut pecora, aut thura aliaque aromata similiaque, ad victimas & sacrificia desiderata, aut alia quoque multa, quæ huc adventantibus vel grata & delicioſa, vel neceſſaria erant, emenda exponebant: ex *Auguribus* porrò, ex *Haruſpicibus*, *Sacerdotibus*, *Prophetis*, *poëtis*, *popis victimariis*, aliisque pluribus Templi ac *Sacrorum Miniſtris*; cæterum & ex *Emiſſariis* seu *Corycæis*, qui ubique locorum, tam ibi ad Oraculum, quam alibi in locis inde procul diſſitis, Consultoribus eorumve comitatui, aliisque superſtitioſis, seſe callide ac quasi longe aliud agentes, oggerebant; denique ex illis περιηγηλαῖς, seu *Circumductoribus*, qui, dum per omnia ſpectatu digna Consultores eorumque comitatum ducerent, nullam non occaſionem captabant, aliquid saltem eorum, quorum gratia eò advenerant, eliciendi; ſive narrarent ſucceſſus eorum, qui animo pio admodum ac numinibus devoto, talia vel talia à Deo petiverant; confingerentque ita millenos caſus partim veros quandoque, partim falſos; partim denique omninò confictos (atque imprimis quidem de talibus, qui vafro atque impio animo Oraculi fidem ad Divinitatem explorare, atque inde ludibrio exponere voluerant) ut ſic adhuc majorem ſuperſtitioſum, & metum, ac venerationem in Consultorum animis excitare valerent; ac per tales inſidias eos facilius circumvenirent.

Nec ſane mirum illos Delphorum incolas egregie ejuſmodi artibus & argutiis fuiſſe exercitatos; ut quibus maxima hinc quotidie exſurgebant emolumenta. Ita ut plane ad rem, in Phalaride ſuo ſecundo, Lucianus ſacerdotem quendam Delphicum hoc modo loquentem inducat: καὶ ὅσον ἀπὸ τῆς γῆς, βαθεῖς λιμοὶ ἀεὶ συνήμμεθα, τὸ δὲ ἱερὸν, καὶ ὁ Πύθιος, καὶ τὸ ἀγαλμάτιον, καὶ οἱ θύοντες, καὶ οἱ ἀποδύοντες, πᾶσι Δελφῶν τὰ πάντα, ταῦτ' ὀ πλοῦτος

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

σοδος. ἐντεῦθεν ἡ ἀπορία, ἐνθένδε αἱ τροφαί. χρὴ γὰρ τ' ἀληθῆ εἰπεῖν γε ὑμᾶς λέγειν, καὶ τὸ λεγόμενον ὑπ' ἔνιων τῶν ποιητῶν, ἀπαρχὰ ἡμῖν, καὶ ἀνήροται φύεται τὰ πάντα ὑπὸ τοῦ γεωργοῦ τῷ θεῷ, ὃς δὲ μόνον τὰ ἀγαθὰ τοῖς ἄλλοις ἀγαθὰ γενόμενα παρέχει, ἀλλ' εἴ τι ἐν Φρυξὶν ἢ Λυδοῖς, ἢ Πέρσαις, ἢ Ἀσσυρίοις, ἢ Φοίνιξιν, ἢ Ἰταλιώταις, ἢ Ὑπερβορέοις αὐτοῖς, πάντα εἰς Δελφοὺς ἀφικνεῖται. καὶ τὰ δεύτερα μετὰ τὸν θεὸν, καὶ ἀπροφθόνως ἡμεῖς, καὶ τιμώμεθα ὑφ' ἁπάντων, καὶ εὐδαιμονίζομεν. ταῦτα τὸ ἀρχαῖον, ταῦτα τὸ μέχρι νῦν. καὶ μὴ παυσαίμεθά γε ἕως βιῶντες. μέμνηται δὲ οὐδεὶς πώποτε ψῆφον ὑπὲρ ἀναθήματος ἀναδοθεῖσαν, οὐδὲ κωλυθέντα θύειν, ἢ ἀναθεῖναι. *Et quantum in terra est, in extrema fama semper versaremur: verum Templum ipsum, & Pythia, & Oraculum, & qui sacrificant, & qui [alias] pietatem exercent, hi Delphorum sunt campi, hi proventus; hinc abundantia, hinc alimenta (par enim est ut vera dicam vobis) etiam quod à Poëtis dicitur, citra sementum, citraque culturam omnia nobis proveniunt, Agriculæ Dei operâ: qui non solum ea bona nobis exhibet quæ apud alios nascuntur: sed si quid est apud Phryges, apud Lydos aut Persas, aut Assyrios, aut Phœnices, aut Italos, ipsosve Hyperboreos, omnia ad Delphos veniunt: & nos secundum à Deo honorem ab omnibus consequimur, opulenti, felices sumus. Hæc olim, hæc hactenus obtinuimus: atque utinam ita vivere non desinamus. Nemo meminit latum à nobis unquam fuisse suffragium, quo quenquam à sacrificando vel offerendo donario prohibuerimus, &c.*

Cum igitur talia probe observasset Alexander ille Pseudomantis, cujus Tragœdiam nobis describit Lucianus, cujusque mentionem, ut puto, jam plus semel feci, iisdem plane ille fallaciis utebatur: Ita enim de ipso Lucianus: Λαμβάνων δὲ, οὐκ αὐτὸς ἐχρηλο μόνῳ, οὐδὲ εἰς πλῆθος ἀπεσοφίζετο, ἀλλὰ πολλὰς ἤδη περὶ αὐτὸν ἔχων συνεργὸς καὶ ὑπηρέτας, καὶ πολήνας, καὶ χρησμοποιὸς, καὶ χρησμοφύκας, καὶ ὑπογραφέας, καὶ

ὅπ-

ἀποφεραιτὰς, καὶ ἐξηγητὰς, ἅπασιν ἔνεμεν ἑκάστῳ τὸ καθ' ἀξίαν. ἤδη δέ τινας καὶ ἐπὶ τὴν ἀλλοδαπὴν ἐξέπεμπε, φήμας ἐμποιήσοντας τοῖς ἔθνεσιν ὑπὲρ αὐτοῦ μαντείας, καὶ διηγησομένους, ὡς τοιοῦτος, καὶ ἀνδρὸς δραπέτας, καὶ κλέπτας, καὶ λῃστὰς ἐξελέγξοι, καὶ θησαυροὺς ἀνορύξαι πεφιλόκοι, καὶ νοσοῦντας ἰάσαιτο, ἐνίους δὲ καὶ ἤδη ἀποθανόντας ἀναστήσειε. *Cæterum ius quæ accipiebat non utebatur solus, nec ad congerendas in thesaurum opes reponebat: sed multos secum habebat adjutores, ministros, exploratores; tum qui versibus Oracula conderent, tum qui Responsa servarent, qui subscriberent, qui obsignarent, qui interpretarentur: quorum unicuique pro merito lucrum impertiebat. Jam & Emissarios aliquos in regiones alienas amandarat, qui Oraculi famam in gentes inferrent, affirmarentque ipsum prædicere, invenire fugitivos, fures ac prædones indicare, thesauros effodiendos ostendere, ægrotos curare, quosdam etiam vitâ defunctos in vitam revocare.*

Ac paulo post:

Πολλοὺς μὲν οὖν ἐν αὐτῇ Ῥώμῃ κατεστήσατο πάνυ πολλοὺς τῶν συνωμοτῶν, οἱ τὰς ἑκάστου γνώμας διήγγελλον αὐτῷ, καὶ τὰς ἐρωτήσεις προεμήνυον, καὶ ὧν μάλιστα ἐφίενται, ὡς ἕτοιμον αὐτὸν πρὸς τὰς ἀποκρίσεις, καὶ περὶν ἥκειν τοὺς πεμπομένους καταλαμβάνεσθαι. *Exploratores etiam ex suâ conjuratione quam plurimos Romæ constituerat, qui sibi, qua quisque mente esset indicarent, ac priusquam Oraculum adiissent, illi significarent, quidnam essent percontaturi, quidque potissimum cuperent: ut priusquam venissent qui mittebantur, ille jam ad respondendum esset paratus.*

Quales autem ut plurimum fuerint Consultores, Lucianus nobis optime repræsentat in Rutilliani, alias boni viri, superstitione describenda: *Qui Rutillianus aliàs quidem erat vir honestus ac probus, tum compluribus in præliis Romanorum spectatæ virtutis: sed qui in his quæ ad Deos pertinent parum*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

rum sane saperet, & de iis absurda crederet: adeo, ut si-cubi lapidem inunctum vel coronatum conspexisset, continuo procideret atque adoraret, ac diutius advolutus vota faceret bonaque ab illo peteret. Hic igitur auditâ Oraculi famâ, parum abfuit, quin relicto exercitu cui præerat, in Aboni murum advolarit. Alios autem post alios legabat. Porro qui mittebantur, imperiti quidam famuli facilè decepti domum remeabant, alia quidem visa, alia tanquam visa & audita referentes, atque his plura accumulantes, quo fierent domino commendatiores. Itaque senem infelicem inflammabant & in vehementem insaniam impellebant. Hic vero, ut qui plurimis ac potentissimis erat amicus, eos adibat, narrans, cum ea quæ ex à se missis acceperat, tum ea quæ ex sese effinxerat. Quare urbem hîc implevit & concitavit; & plerosque ex aulicis expavefecit: qui de suis etiam rebus aliquid audire compulsi sunt. Porro Alexander advenientes comiter excipiebat & Xeniis, aliisque magnificis donatos muneribus ad eum remittebat; Hoc agens, ut non solum recitarent Oracula, verum etiam Dei laudes canerent, ac portentosa quædam de Oraculo, deque ipso mentirentur.

3. Habebant ibi *statuta* sibi *tempora* quibus Pythia Divina sua Responsa proferebat. Neque enim semper illa parata erat: verum exspectandum erat, donec dies, qui Responsis hisce destinati erant, adventarent. Ostendit id nobis Plutarchus in Quæstionibus Græcis, ubi num. IX. (qui locus ob Hosioteremibi quoque indicatum, mihi integre describendus videtur) ita loquitur: Τὶς ϖῶδ᾽ Δελφοῖς ὁσιωτὴρ, ἓ Δι᾽ τὸ Βύσιον ἔναι τ̃ μηνῶν καλ̃σιν; ὁσιωτ̃ερα μὲν καλ̃σι τὸ ϑυόμενον ἱερεῖον, ὅταν ὅσιος ἀποδειχθῇ πέντε δὲ εἰσὶν ὅσιοι Δι᾽ βίᾳ, καὶ τὰ πολλὰ μ᾽ τ̃ ϖεφιλῶν δρᾶσιν ἔστι, κ᾽ συνεργ̃σιν, ἃ γεγενέναι δοκ̃ντες ἀπὸ Δολιαλίωνος. ὁ δὲ Βύσιος μὲν, ὡς μὲν οἱ πολλοὶ νομίζσι, φύσιός ἐστι (ἔαρος γὰρ ἀρχὴ, καὶ τὰ πολλὰ φύεται τηνικαῦτα κ᾽ Δηβλαστάνει) τὸ

Ὁ δ' ἀληθὲς, οὐκ ἔχει ἕτως. ἐ γὰ ἀντὶ τοῦ Φ Ὁ Β λεγόντων Δελφοὶ καθάπερ Μακεδόνες (Βίλιππον καὶ Βάλακρον, καὶ Βερονικὴν λέγοντες) ἀλλ' ἀνὶ τοῦ π. καὶ γὰ Ὁ παθεῖν, βαλεῖν, καὶ τὸ πικρὸν, βικρὸν ὀπικῶς καλοῦσιν. ἔστιν οὖν Πύσιος ὁ Βύσιος, ἐν ᾧ πυσιῶντας ἐ πυνθάνονται τὸ θεοῦ. Ὁ γὰ ἐννοεῖν ἐ πάτεμον. ἐν τῷ μηνὶ γὰ τούτῳ λεγηίμον ἐγίνετο, καὶ ἑβδόμην ταύτην νομίζουσι τοῦ θεοῦ γενέθλιον, ἢ πολύφθοον ὀνομάζουσι, ἐ διὰ τὸ πέπλους φθοίης, ἀλλὰ πολυπλυθῆ ἐ πολυμάντλου ὄσαν. ὅψε γὰρ ἀνείθησαν αἱ κατὰ μῆνα μαντεῖαι τοῖς δεομένοις· ὕστερον δὲ ἅπαξ ἐθεμίσθευεν ἡ Πυθία τὸ ἐνιαυτοῦ κατὰ ταύτην τὴν ἡμέραν, ὡς Καλλισθένης καὶ Ἀναξανδρίδης ἱστορήκασι. *Quis eſt apud Delphos* HOSIOTER, *& cur unum de menſibus appellant Byſium? Hoſioter eſt victima quæ immolatur, cum creatur Hoſius* [vox ſanctum denotat.] *Quinque autem ſunt Hoſii per totam vitam, multiſque in rebus adſunt vatibus, atque unà etiam ſacrificant: quippe à Deucalione genus crediti trahere. Byſius menſis, ut plerique putant, Phyſius eſt, à naſcendo ſic dictus. Eſt enim veris initio, quo tempore pleraque naſcuntur & germinant. Sed res ita non habet. Non enim Delphi B. litera pro Ph utuntur (ut Macedones, qui Bilippum, Balacrum, Beronicam dicunt, quæ ſunt Philippus, Phalacrus, Pheronice) ſed loco literæ P, ſoliti bateîn dicere & bicròn, quæ ſunt patein & picrón. Eſt ergo Byſius dictum pro Phyſius, quod eo menſe Deum ſcitantur. Atque hæc ſententia convenit cum antiquis Delphorum obſervationibus. Menſe enim iſto Oraculum primò extitit, & ſeptimanam iſtam Deo natalitiam putant, polyphtoumque nominant; non à coquendis phthoibus* (quod eſt placentæ genus) *ſed quod multa tum Reſponſa Deus edat. Sero enim cœpit ſingulis menſibus Oracula requirentibus reſpondere. Antiquitus ſemel duntaxat in anno vaticinabatur Pythia, idque iſtâ die: ut Calliſthenes & Anaxandridas tradiderunt.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Sic Servius, (ad Virgilii versus sequentes: *Qualis ubi hybernam Lyciam, Xanthique fluenta Deserit, ac Delum Maternam invisit Apollo*) *Constat enim Apollinem sex mensibus hyemis apud Pataram Lyciæ civitatem dare responsa, & sex mensibus æstivis apud Delum.* Quod indicat etiam in aliis χρησηρίοις certa consulendi ac Respondendi tempora fuisse observata. Hinc quoque Lucianus in bis accusato: ὁ Ἀπόλλων τε αὖ, πολυπράγμονα τὴν τέχνην ἐπανελόμενος, ὀλίγου δεῖν τὰ ὦτα ἐκκεκώφωται, ὡς τῶν ἐνοχλούντων καὶ χρείαν τῆς μαντικῆς ἔχειν ἄρτι μὲν αὐτὸν ἐν Δελφοῖς ἀναγκαῖον εἶναι. μετ' ὀλίγον δὲ, εἰς Κολοφῶνα θεῖ. κακεῖθεν εἰς Ξάνθον μεταβαίνει. καὶ δρομαῖος αὖθις εἰς τὴν Κλάρον. εἶτα εἰς Δῆλον, ἢ εἰς Βραγχίδας. καὶ ὅλως ἔνθα ἂν ἡ θέμαστις πίῃ τοῦ ἱεροῦ νάματος, καὶ μασησαμένη τὸ δάφνης καὶ τὸν τρίποδα ἀμφισεισαμένη, κελεύῃ παρεῖναι, ἀόκνου χρὴ αὐτίκα μάλα παρεσάναι συνείροντα τὰς χρησμὰς, ἢ οἴχεσθαι τὴν δόξαν τῆς τέχνης.

Quin negotiosam artem exercens, parum abest quin obsurdescat auribus, adeo importuni sunt qui Oracula efflagitant. At nunc quidem illi in Delphis esse necesse est; paulo post Colophonem petit; inde & Xanthum transit: postea Clarum currendo contendit: deinde Delum aut Branchidas. Denique quocunque vates sacrum laticem pota, commanducatæ lauro, & Tripode concusso, venire jubet, impigrum protinus adsistere oportet, Oracula connectentem; aut alioquin artis gloria illi intercidit.

Quibus temporibus certò constitutis addendi sunt *Dies fasti* atque *nefasti*, quibus Pythia (uti & circa alia Sacra alibi fiebat) nulla Responsa, ne quidem maximis auctoritate viris, nisi vi, aut quasi vi, coacta reddebat. Cujus rei exemplum habemus in Plutarchi Alexandro, hoc modo: Βαλόμενος δὲ τῷ θεῷ χρησάσθαι περὶ τῆς τελείας, ἦλθεν εἰς Δελφούς, καὶ τὴν τύχην ἡμερῶν ἀποφράδων ὄσων, ἐν αἷς οὐ νεμόμισαν θεμιστεύειν, πρῶ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

πρῶτον μὲν ἔπεμπεν ὡς καλῶν τὴν πρόμαντιν· ὡς δὲ ἀρνουμένης, καὶ προϊσχομένης τὸν νόμον, αὐτὸς ἀναβὰς βίᾳ πρὸς τὸν ναὸν εἵλκεν αὐτήν. ἡ δὲ ὥσπερ ἐξηπατημένη τῷ προφήτῃ, εἶπεν, Ἀνίκητός εἶ ὦ παῖ. τοῦτο ἀκούσας Ἀλέξανδρος, οὐκ ἔτι ἔφη ζητεῖν ἑτέρους μαντεύματος, ἀλλὰ ἔχειν ὃν ἐβούλετο παρ' αὐτῆς χρησμόν.

Delphos ad Apollinem de bello consulendum profectus, quod forte dies nefasti essent, quibus non erat solenne Oracula edere primo misit certos qui vatem orarent, ut veniret. Recusante illa, & legem prætendente, adscendit ipse, atque VI TRAXIT EAM AD TEMPLUM. *Quæ ipsius expugnata contentione, ait, Invictus es fili. Id audiens Alexander negavit se alias sortes quærere; sed habere quod peteret ab ea Oraculum.* Idem pene exemplum de Philomelo Pausanias habet, lib. . . .

Videmus igitur hic & *nefastos dies* intercurrisse, & *stata* Responsis reddendis fuisse *tempora*. Quæ quod singulis mensibus redirent etiam ex his Plutarchi verbis (in dialogo, Cur nunc (i. e. hujus Plutarchi ætate) Pythia non reddat Oracula carmine) satis clare firmatur: Καὶ ὁ Βόηθος, Ναὶ (εἶπεν) δ' οὐ γὰρ ἀρκεῖ τὸν θεὸν εἰς σῶμα καθειργνύναι θνητὸν ἅπαξ ἑκάστου μηνός, ἀλλὰ καὶ λίθῳ παντὶ καὶ χαλκῷ συμφυρόμενον αὐτόν.

Nimirum vero, ajebat Boæthus. Non satis enim est, Deum quovis mense in corpus includere mortale [Pythiæ nimirum;] *nisi eum etiam cum omni lapide & ære confundamus.*

Hæc autem sic *stata tempora* & *dies nefasti*, occasiones dabant tempus Consulentibus prolongandi; ut sic commodius pararentur, si quæ in antecessum paranda erant; quod nonnunquam contingebat: aut ut spatium nanciscerentur expiscandi, vel ex famulitio aut comitatu advenarum vel etiam ipsis Oraculum poscentibus, illa quæ ipsis ad Responsa com-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

mode reddenda quandoque neceſſaria erant : Accedebat, ut ſic & aliis Oraculorum ſedibus, quibuſcum ipſis occulte commercia ac colluſiones erant, quoque ſpatium atque occaſio reddendi Reſponſa daretur. Sicuti huic idem ille Apollo, nunc *Delphis*, nunc *Collophone*, nunc *Xanthi*, nunc in *Claro*, nunc *apud Branchidas*, nunc iterum alibi Oracula ſua fundebat.

4. Dum interim ſic moræ nectebantur, aut occaſiones morarum quærebantur, ac per *preces* & *ſacrificia*, *victimarumque* ac *viſcerum inſpectiones* bona omina per *Haruſpicinam* erant captanda : hiſce ordine præcedere debebant *Luſtrationes*, ſeu *purificationes* per manuum ac pedum, vel totius quoque corporis, lotiones : in quem finem hujuſmodi templis aut fontes, aut labra, vel lebetes, uti & περιῤῥαντήρια ſeu vaſa quibus aqua luſtralis continebatur aderant.

Hinc de Penelope apud Homerum habemus :

Η' δ' ὑδερναύφιν καθαρὸν χροΐ εἵματ' ἔχουσα.

Atque apud Aſc. Pedianum : *Delubra dicunt ea templa, in quibus ſunt labra corporum abluendorum mortuorum, ut Dodonæi Jovis, aut Apollinis Delphici ; in quorum delubris lebetes tripodeſque viſuntur.* Sicut & apud Iſidorum Ovid. lib. 15. *Delubra veteres dicebant Templa fontes habentia, quibus ante ingreſſum diluebantur ; & appellata delubra à diluendo.*

Adſtabant præterea ad Perirranteria, quæ ad Sacra ſepta eorumque introitus, adeoque ad Templorum aditus, poſita erant, *Sacrorum Miniſtri* qui aſpergillis ex lauri frondibus ad Templum aſcendentes aſpergebant : ac tabella ibi fixa erat, cum inſcriptione ; *Ne quis illotis manibus intra perirranteria, ſeu ſacra vaſa penetraret.* Sic Ovid. de Deucal. & Pyrrha, poſt Diluvium &c. *Inde ubi libatos irroravere liquores.*

Veſti-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Vestibus & capiti; quod Delphis factum, cum Themis, adhuc ibi *Oracla tenebat*, fingitur. Quin & *Sacrorum Ministri*, (imo & ipsa *Pythia*) sese in Castalio fonte lavantes Sacris his inserviendis purificare debebant, uti ex Euripidis Ione patet, hoc modo:

Ἀλλ' ὦ Φοίβε Δελφοί ἱερόπτδες
Τὰς Κασταλίας ἀργυροειδεῖς
Βαίνετε δίνας· καθαραῖς δὲ δεθσοις
Ἀφυδρανάμφοι, τείχετε ναός.

Sed ô Delphici fani ministri ad
Castaliæ limpidos
Ite vertices, puroque rore (aquæ)
Abluti ite in templum, &c.

Verum à purificationibus transeamus ad ipsa Sacrificia; quæ ita à Luciano describuntur: Θέμφοι δὲ βωμὸς, ἢ προρρήσεις καὶ περιρραντήρια προτίγνσι τὰς θυσίας. βᾶν μὲν ἀροτῆρα, ὁ γεωργός. ἄρνα δὲ ὁ ποιμήν, καὶ αἶγα ὁ αἰπόλος. ὁ δὲ ἰὸς, λιβανωτὸν, ἢ πόπανον. ὁ δὲ πένης, ἱλάσατο τὸν θεὸν, φιλήσας μόνον τὴ αὐτῆ δεξιάν. ἀλλ' οἵγε θύοντες, ἐπ' ἐκείνης γὰ ἐπανείμι, στεφανώσαντες τὸ ζῶον, καὶ πολύ γε πρότερον ἐξετάσαντες εἰ ἀτελὲς εἴη, ἵνα μὴ δὲ τ ἀκρήτων τι καταφάτθωσι, προτίγνσι τῆ βωμῷ, ἢ φονδύσιν ἐν ὀφθαλμοῖς τῆ θεῆ, γοερόν τι μυκώμφον, καὶ ὡς τὸ εἰκὸς δύφημὸν, καὶ ἡμίφωνον ἤδη τῇ θυσιᾷ ἐπαυλὸν. Τὶς οὐκ ἂν εἰκάσειεν ἤδεαν παυθ' ὁρῶντας τὰς θεάς; ἢ τὸ μὲν πρόγραμμα φησὶ, μὴ παρέναι εἴσω περιρραντηρίων, ὅς τις μὴ καθαρὸς ἔτι τὰς χεῖρας. ὁ δ' ἱερεὺς αὐτὸς, ἔσηκεν ἠμαγμένος, καὶ ὥσπερ ὁ Κύκλωψ ἐκεῖνος, ἀνατέμνων, ἢ τὰ ἔγκατα ἐξαίρων, καὶ καρδιακῶν, ἢ τὸ αἷμα τῆ βωμῷ προχέων. ἢ τί γὰ οὐκ εὐσεβὲς ἐπιτελῶν; ὅπου πᾶσι δὲ πῦρ ἀνακαύσας, ἐπέθηκε, φέρων αὐτῇ δορᾷ τὴν αἶγα, καὶ αὐτοῖς ἐμοῖς τὸ πρόβατον. ἡ δὲ κνίσα θεατέσιος, ἢ ἱεροπρεπὴς χωρεῖ ἄνω, καὶ εἰς αὐτὸν τὸν θρανὸν Διασκίδνατω ἠρέμα.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Tum autem conſtitutis aris, Oraculique ſeptis, & puris vaſis, victimas adducunt : bovem aratorem Agricola, agnum opilio, capram caprarius : alius thus aut placentam. Pauper vero Deum, ejus tantummodò dextram oſculatus, propitium reddit. Jam vero quum immolant (ad illos enim redeo) coronatam pecudem, quæ multò ante, ſitne ad ſacra legitima explorarunt, ne quam ex his mactent, quas vetat religio, ad aram adducunt, & ob oculos Dei jugulant, flebile quiddam emugientem, utque veriſimile eſt, bene ominantem, & jam dimidio vocis ſono rei ſacræ accinentem. Quis non conjiciat Deos hoc ſpectaculo delectari? Quin & pro foribus tabula denuntiat, nequis intra pura vaſa conſiſtat, qui non ſit puris manibus. Tum ipſe ſanguine fœdatus, non aliter quam Cyclops ille, pecudem incidit, inteſtina educit, cor avellit; & cruorem aræ circumfundit. Et quid tandem quod non ſit pietatis non peragit? Poſt omnia demum incenſo igni, capram cum ipſa pelle portatam, cumque lana ovem imponit. Nidor interim ille Divinus & ſacer ſurſum fertur, & in ipſum uſque cœlum ſubvectus, paulatim diffunditur.

Neminem autem ad precandum Deum, vel ad poſcenda Reſponſa accedere potuiſſe, qui non ante (poſt ejuſmodi purificationes, quibus alia quandoque accedebant) ſacrificaſſet, *victimaſque* quo largiores eò gratiores, mactaſſet, ſatis patet ex Æditui (apud Eurip. in Ione) verbis. Qui Æditus, poſt quam ipſe laureis ramis Templi humum verrendo purgaverat, atque aqua ex Caſtalio fonte hauſta irroraverat;

[Χρυσέων δ' ὀκ τδυχέων εἴψω
Γαίας παγὰν,
Ἂν ἀποχδόντες Κασταλίας
Δίναι, νοτερὸν ὕδωρ
Βάλλων, ὅσιος ἀπ' ἀνᾶς ὢν;
Ita enim de ſemetipſo loquitur.]

Ita

Ita advenas consulendi gratia ibi præsentes alloquitur:

Εἰ μὴν ἐθύσατε πέλανον πρὸ δόμων
καὶ τὸ πυθέσθαι χρήζετε φοίβου
πάρεστ' ἐς θυμέλας. ὅπι δ' ἀσφάκτοις
μήλοισι, δόμων μὴ πάρεστ' εἰς μυχόν.

[quæ placenta credo, sufficiebat pauperibus; cum ditiores Oves aut Boves aut capras &c. mactarent.]

Siquidem (Deo) PLACENTAM IMMOLASTIS *ante Templum*
Et aliquid ex Phœbo sciscitari cupitis,
Accedite ad aras. NON MACTATIS *verò*
OVIBUS, *ne in penetralia Templi transite.*

Ex ejusmodi *Victimis epulisque* illas semper subsequentibus, hunc fructum cupiebant hujus Templi atque Oraculi ministri, ut quam laute quotidie, idque aliorum sumptu, viverent: sive illi essent Prophetæ, aliique sacrorum hujus Templi Antistites, sive Haruspices, Victimarii, Popæ, coqui, Tibicines, sive & cætera turba, quæ hisce subserviebat. Quare & quamdiu poterant circa hæc moras nectebant; nec prætextus unquam deerant.

Ut enim una sæpe ac sola erat Pythia, præcipue posterioribus, imò ipsius Plutarchi, temporibus; sic felicioribus hujus χρησμῳδὸς temporibus plures simul erant. Quod indicat clare Plutarchus his verbis: Ἐπεὶ δὲ τῷ θεῷ δόξαν ἔσχε, καὶ τὴν Ἑλλάδα ἐρρώσθη πόλεσι, καὶ τὸ χωρίον ἀνθρώπους ἐπλήθυε, δυσὶν ἐχρῶντο προφήτοιν ἐν μέρει, καθιεμένοις, ἡ τρίτη δ' ἔφεδρος ἦν ὑπεδεδειγμένη. νῦν δ' ἔστι μία προφῆτις, καὶ ταύτην ἐγκαλῶμεν· ἐξαρκεῖ γὰρ αὐτὴ τοῖς δεομένοις. *Postea quam Deo ita visum est, & Græcia conditis urbibus convaleseeret, locusque hominum multitudine frequentaretur, duabus uti cœperunt Antistitibus*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

tibus vicissim descendentibus ; tertia tanquam supernumeraria designata erat. Nunc sacerdos est unica, nec conquerimur, quum sit una consulentibus satis. Quod nimirum merces eorum tanto minus jam vendibiles essent.

5. *Prophetas* quoque plures numero fuisse nobis indicat modo adductus Plutarchus sub initium Dialogi de Oraculorum defectu his verbis : Ταῦτα γὰρ ἦν ἀκούειν τ ἐκεὶ προφητῶν, *Ista enim narrabantur ibi à Prophetis.* Similiter Ælianus; ubi de lupo loquitur, qui unius Prophetarum veste arrepta, eum ducebat, ubi donaria furto ex Delphico Templo defossa fuerant ; hoc modo : λύκος τὸ ζῶον καταμένυσε, παρελθὼν εἰς τὸν νεὼν, καὶ τ προφητῶν τινα τ ἐσθῆτος τ ἱερᾶς ἑλκύσας τῷ σώματι, καὶ παραγαγὼν μέχρι τ τόπε, ἐν ᾧ τὰ ἀναθήματα ἐκέκρυπτο, εἶτα τοῖς προσθίοις ὤρυξεν αὐτόν. *Lupus (animal) indicavit, quum intra Templum ingressus Prophetarum quempiam, (sacram illius vestem mordicus comprehendens) traxit ad locum usque in quem donaria occultata fuerant : deinde anterioribus pedibus locum effodit.*

Constat id quoque ex Euripidis Ione ; ubi indicat ipsos quoque sorte ductos ibi *Oraculis* seu Responsis faticanis præsidere ; eaque ore proprio consulentibus profari ac declarare. Nam quamvis *Pythia* illa primùm voce proferret ; id fiebat sono ac gestibus tam inconditis, confusis atque non intelligibilibus, ut *Prophetis* seu Interpretibus sacris necesse haberet, qui verba illa, (quasi foliis mandata) colligerent, in ordinem redigerent ac declararent. Ita igitur apud Euripidem Xuthus :

Ξουθος] Ἔσω τά δ'. ἀλλὰ τις προφητεύει θεῶν ;
Ιων] Ημεῖς τά γ' ἔξω. τ ἔσω ἄλλοις μέλει,
οἱ πλησίον θάσσουσι τρίποδος, ξένε,
Δελφῶν ἀρίστευς, ὃς ἐκλήρωσεν πάλος.

Xuthus]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Xuthus] *Fient hæc. Sed quis eſt hîc Propheta Dei?*
Ion] *Nos quidem ea curamus. quæ ſunt extra*
Templum: Interiora vero alii curant,
Qui prope tripodem ſedent, hoſpes,
Optimates Delphorum, quos legit ſors.

Nec fruſtra hi ex Delphorum optimatibus erant: quod nempe illud munus atque arcanum aliorum, præter hos, fidei minimè concrederent.

Ad quos igitur locutus dixerat hic Ion:

Ἀλλ' ὦ φοίβε Δελφοὶ θεράπες
Τὰς Κασταλίας ἀργυροειδεῖς
Βαίνετε κρήνας. Καθαροῖς δὲ δέμοις
Ἀφυδρανάμψυοι, σείχετε ναός.
Στώμαθ' εὔφημον φερέτε ἀγαθὸν,
Φήμας τ' ἀγαθὰς τοῖς ἐθέλουσι
Μαντεύεσθε,
Γλώσσης ἰδίας ἀποφαίνειν.

Sed ô Delphici Phœbi miniſtri ad
Caſtaliæ limpidos
Ite vertices, puroque rore [puris aquis]
Abluti ite in Templum,
Oſque bene ominans, & bonum cuſtodite.
Reſponſaque læta cupientibus
Vaticinantes date
PROPRIA LINGUA (*Oracula*) *declarantes.*

Præter hos *Prophetas*, etiam adfuiſſe *Poëtas*, conſtat: de quibus tamen ſtatim ulterius loquar. Magnam præterea ibi fuiſſe (præter *Amphyctiones*, alioſque qui inter Miniſtros cenſendi non erant) turbam *Miniſtrorum*; ut *Haruſpicum*, *Augurum*, *Victimariorum*, *Poparum coquorum*, *tubicinum*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
366 F 33

ac *tibicinum*, tum ex aliis, tum & inde patet, quod nulla pene sacrificia, aut sacra, aliter constarent.

Videmus ergo quantam multitudinem epulis suis adhibere necesse habuerint Consulentes hoc Oraculum, si divites essent: quorum numerus semper longe maximus erat: quod pauperes, nonnisi perrarò (at hi quidem ex vicinis urbibus &c.) hoc Oraculum consulendi gratia adirent; illisque *diobolares* aut *triobolares Vates*, adeoque ex triviis sufficere deberent.

Elucescit hinc, mi lector; quantum interesset ut diu hæc, ac in longum protraherentur, antequam esset litatum; ac quot & qualia artificia excogitata fuerint ut superstitiosi advenæ naso sic ducerentur, ut crederent hæc summa fide ac pietate geri; Deorumque nutu ac directione atque ob rationes sive occultas, sive tales quales Antistitibus ipsis ob oculos ponere, (atque ita simul superstitiosum satis metum ac timorem injicere) lubebat. Quas artes & imposturas, si vel maxime deprehenderent, tamen sibi innotescere illas, minime audebant manifestare; ne in certum mortis (etiam ignominiæ notatæ) periculum sese injicerent: quod omnes incolæ omnesque Vicini pro Templi atque Oraculi auctoritate, omne fas ac nefas patraturi essent; si quis hîc sese religioni opponere vellet.

7. Si igitur minus litatum esset, iterandum erat sacrificium. Quas autem fraudes quasque imposturas ibi perpetrare possent Antistites, ac cum ipsis Haruspices, patet ex sequentibus exemplis. Quæ de nautis Tæniis narrat Athenæus certè digna sunt, ut huc afferantur, quamvis & alibi, (alia tamen occasione) à me allata fuerint. Nautæ, scilicet, quidam Tænii post longam ac laboriosam navigationem terræ feliciter tandem redditi, Dîs sacrificabant hædum charisterium, parvum tamen ac gracilem. His dum inservit popa, viso tam macro ac parvo animali, unde non lautæ exspectandæ erant

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

erant epulæ; ac dum mactandæ victimæ inſerviens, poſt jugulatam adapertamque pecudem pertractat viſcera, mirâ manuum agilitate; dumque ex perpetuo ritu jecur perſpectant nautæ, nebulo iſte manum ulterius promovet, renemque magnâ audacia aufert, & in propinquam jacit foveam: quem (renem) ubi animadverſum eſt deficere, tumultuari nautæ ac ſibi timere, quibus hoc portentum eſſet oblatum. Quando igitur non litarant hâc prima victimâ, ſuccidaneam præcidaneæ ſubſtituunt. Sed hoc quoque fruſtra: nam & hæc ſine corde reperitur, fraude ſimili ejuſdem hominis ſacerrimi. Itaque opus erat tertio hædo.

At quis dubitet hæc non creberrime factitata, ubi votiva ſacrificia celebranda erant? ac quidem bona omina ex cæſis victimis exſpectanda. Quibus & Delphis exſpectandus erat victimæ tremor: ubi nec omnis ipſius tremor ſufficiens erat.

Per hæc itaque ſacrificia, ac plurifariam iteratas victimas, lucrabantur quoque tempus, ſi id ipſis neceſſe foret, templi hujus Antiſtites; eaque occaſione inter epulas, vel ex ipſis conſulentibus Oraculum, vel ex ipſorum comitatu ſeu famulitio, ſæpe expiſcari valebant talia, quæ ad deſiderata ipſis Reſponſa conducere poſſent. Nec deerant aliæ quoque artes, quas in ipſis inſtituerent victimis. Tremere enim illæ, ut modo obiter indicavi, debebant: de quo tamen tremore ſtatim latius loquar.

Ergo *Haruſpices* ita inſpectis extis bona malave pronuntiabant præſagia; Dîs, ſcilicet, ſic præmonſtrantibus bonos maloſve ſuper conſultationibus ſucceſſus. Atque hæc ſæpius iteranda erant, nuncque huic nunc iſti Deo aut Deæ ſacrificandum; ut ſic major copia victimarum caderet, epulæque ſacrificiis ſemper adjunctæ plures inde Sacerdotibus &c. redundarent. Imò & immolatio illa Arietis quandoque ite-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

randa erat. Dum interim hi nebulones, ſic aliorum ſumptibus laute convivantes, ludibrio haberent ſimplices nimium Conſultores.

Quales enim homines fuerint hi haruſpices, qualiſque tota Haruſpicina graphice ac lepide nobis Cicero (lib. 2. de Div) ſic deſcribit: *Vetus autem illud Catonis admodum ſcitum eſt, qui mirari ſe ajebat, quod non rideret Haruſpex Haruſpicem cum vidiſſet. Quota enim quæque res evenit prædicta ab his? aut ſi evenit quippiam quid afferri poteſt cur non caſu id evenerit? Rex Pruſias cum Hannibali apud eum exulanti pugnare placeret, negabat ſe audere, quod exta prohiberent.* AN TU, *inquit*, CARUNCULÆ VITULINÆ, *mavis quam Imperatori veteri credere? Quid? Ipſe Cæſar cum a ſummo Haruſpice moneretur, ne in Africam ante brumam tranſmitteret, nonne tranſmiſit? Quod ni feciſſet, unum in locum omnes adverſariorum copiæ conveniſſent. Quid ego Haruſpicum Reſponſa commemorem (poſſem equidem innumerabilia) quæ aut nullos habuerunt exitus, aut contrarios? Hoc civili bello, Dii immortales, quam multa luſerunt? quæ nobis in Græciam Roma Reſponſa Haruſpicum miſſa ſunt? quæ dicta Pompejo (etenim ille admodum extis & oſtentis movebatur) non lubet commemorare; nec vero neceſſe eſt, tibi præſertim qui interfuiſti: Vides tamen omnia fere contra, ac dicta ſunt, eveniſſe.*

8. Cum ergo & *Antiſtites* & *Haruſpices*, cæterique Apollinis hujus alumni, hinc laute epularentur, minime mirum & hîc (& apud alia χρησήρια) talia à Sacerdotibus fuiſſe perpetrata. Hinc enim hic *Delphicus Apollo* non conſulebatur, priusquam victima, quæ poſtrema ante conſultationem mactanda erat, dum cædebatur, tota contremiſceret: quod oſtentum videlicet monſtrabat nunc plene eſſe litatum. Ita enim Plu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Plutarchus ſub finem Dialogi de Oraculorum defectu: Αἱ δὲ τῶν ἱερείων καταστάσεις τι βάλονται, καὶ τὸ μὴ θεμιστεύειν, εἰ μὴ τὸ ἱερεῖον ὅλον ἐξ ἄκρων σφυζῶν ἱδρῶτι μόνον γένηται, καὶ κραδανθῇ καταπενδόμενον; ἃ γὰρ ἀρκεῖ τὸ καταστῆσαι τὴν κεφαλὴν ὥσπερ ἐν ταῖς ἄλλαις θυσίαις, ἀλλὰ πᾶσι δεῖ τοῖς μέρεσι, τὸ σάλον ὁμοῦ καὶ τὸν παλμὸν ἐγχωρεῖν μετὰ ψόφου τρομώδους. ἐὰν γὰρ μὴ τοῦτο γένηται, τὸ μαντεῖον ἃ φασὶ χρηματίζειν, ἀδὲ εἰσάγουσι τὴν Πυθίαν. καὶ τοῦ μὲν θεοῦ μὴ δαίμονος αἰτίαν τὴν τελείαν ἀναπιθέναι, εἰκὸς ἐστι ταῦτα ποιεῖν καὶ νομίζειν, ὡς δὲ σὺ λέγεις, οὐκ εἰκός.

Jam Antiſtitarum conſtitutio, quid ſibi vult? quid quod ſors non editur, niſi hoſtia toto corpore, dum libamentis mactatur, ab imis uſque articulis ſuccutiatur & contremiſcat? Neque enim ſatis eſt quaſſari caput, ut in aliis ſacrificiis, ſed omnibus pariter artubus tremorem oportet cum trepido ſtrepitu agitationeque inceßere. Quod ſi non fiat Oracula negant ab Operto reddi, nec introducunt Pythiam. At qui veroſimile eſt eos qui iſta faciunt, & ex ritu obſervant, Deo aut Dæmoni maximam cauſam adſcribere: ut autem tute dicis, non eſt veriſimile.

Fuerit ne *motus* ille ac *tremor* Divinitus factus, ſeu potius ab arte Dæmoniaca, an contrà Antiſtitum arte ac fraude factus, inde facile conjici poteſt, quod aqua frigida non perfunderetur ſolum, verum & obrueretur quandoque; ſi à minori frigidæ copia id minus contingeret. Quod ſic quoque ſatis indicat idem Plutarchus, paulo inferius: οἱ μὲν γὰρ ἱερεῖς ὅσοι θύειν φασὶ τὸ ἱερεῖον καὶ καταστέγειν, καὶ τὴν κίνησιν αὐτοῦ καὶ τὸν τρόπον ἀποβλέπειν ἑτέρᾳ τινὸς τέχνῃ ἢ τὸ θεμιστεύειν τὸν θεὸν λαμβάνοντες. δεῖ γὰρ τὸ θύσιμον καὶ τῷ σώματι καὶ τῇ ψυχῇ καθαρὸν εἶναι καὶ ἀσινὲς καὶ ἀδιάφθαρτον. μετρεῖ μὲν οὖν ὧδε τὸ σῶμα καταιδεῖν, ἃ πάνυ χαλεπόν ἐστι, τὴν δὲ ψυχὴν δοκιμάζουσι, τοῖς μὲν ταύροις ἅλφιτα τοῖς δὲ κάπροις ἐρεβίνθους ἐπιβαλόντες. τὸ γὰρ μὴ γλυκαινόμενον, ὑγιαίνειν οὐκ οἴονται. τὴν δ' αἰτίαν διελέγχειν τὸ ψυ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
366 F 33

χεῖν ὕδωρ. ὁ γὰρ εἶναι ψυχῆς καὶ φύσιν ἐχόσης τὸ πρὸς τὴν καθάρσιον ἀπαθὲς καὶ ἀκίνητον.

Nam Sacerdotes & qui hostiam se sacrificare dicunt & immolare, ejusque motum & horrorem observare idcirco ista faciunt, ut Deus Responsa edat. Victimam enim sacro aptam, esse oportet & corpore & anima puram, integram & incontaminatam. Quarum rerum documenta in corpore pervidere non est perdifficile : at animam explorant in tauris polenta, in capris cicere appositio. Si enim non gustent, sana esse non putant. Capram frigida deprehendit, quod animi non sit, ut natura fert, constituti, quum invergitur humor, nihil affici nec commoveri.

Ac paulo post :

Θεοπρόπων γὰρ ἀπὸ ξένης τινὰ γενομένων λέγεται τὰς πρώτας καθάρσεις ἀκίνητον ὑπομεῖναι καὶ ἀπαθὲς τὸ ἱερεῖον, ὑπερβαλλομένων δὲ φιλοτιμίᾳ τῶν ἱερέων καὶ προσλιπαρούντων, μόλις ὑπομβρον γνόμενον καὶ καταπλυθὲν, ἐνδῦναι.

Ut cognovimus in Pythia, quæ nuper mortua est. Nam quum exteri quidam ad Oraculum venissent, victimam ferunt primas libationes inconcussam nihilque commotam pertulisse ; deinde sacerdotibus certatim urgentibus, modumque transeuntibus vix tandem latice obrutam, & inundatam, cessisse.

Sic motus & horrores animalium naturales, (ut in equis & canibus ex aquatu, aut natatu accidit) si id in rem ipsorum esset, pro Deorum operationibus extraordinariis haberi, & pro Omine accipi, volebant.

9. Post mactatas igitur victimas, quibus ritè litatum esset, jam adire licebat Apollinem. Attamen priusquam id fieret adhuc sortitione opus erat : nec temere ita aliquis, absque illa Apollinem consultum ibat. Sortiebantur nempe inter se consultores,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

res, quis primus, quis ſecundus, quis tertius, &c. accederet ad accipienda Reſponſa. Quod nobis primus declarat Æſchylus; qui, in Eumenibus, ita Pythiam loquentem, (inter alia) inducit:

Κ' εἰ παρ' Ἑλλήνων τινες,
Ἴωνν πάλῳ λαχόντες, ὡς νομίζεται·
Μαντεύομαι γὰρ ὡς ἦγεν θεός.

Et ſi qui ex Græcis adſunt,
Veniant poſt ſortes tractas, ſicut lege ſtatum eſt:
Vaticinor enim nunc, ſicut me ducit Deus.

Uti & ſecundò Euripides, ex Xuthi conſulentis perſona, hoc modo:

Στείχοιμ' ἂν εἴσω. καὶ γὰρ ὡς ἐγὼ κλύω
Χρησμὸν πέπωκε. τοῖς ἐπήλυσι
Κοινὸν πρὸ ναοῦ. βουλόμεθ' ἐν ἡμέρᾳ
Τῇδ', αἴσια γὰρ, θεοῦ λαβεῖν μαντεύματα.

Ibo igitur intro. Etenim, ut ego audio,
Per ſortem cecidit advenis ſors ad Oracula
Communes ante Templum. Volumus die
Hac (ſacra enim eſt) Dei capere Oracula.

Cauſa hujus ſortitionis procul omni dubio fuit, ne facile aberrare poſſent Antiſtites circa illos, quibus eſſent reddenda Oraculorum Reſponſa. Ut qui error ipſis facile contemptum creare potuiſſet; ſi aut nihil ad rem facientia, aut abſona & abſurda reſpondiſſet ad interrogata conſultorum Pythia.

Quin quod iterum aſpergine aquæ ſacratæ per περιῤῥαντήρια eſſent purificandi Conſultores, liquere videtur ex eodem Euripidis Ione; qui ibi ædituus erat. Ita enim ille ad verba Creuſæ;

quæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

quæ ſumptis laureis ramis, interim Deo ſupplicatum ibat, ut fauſtum ſibi obtineret Reſponſum :

Ἀλλὰ χρυσέαις
πέτχσιν, ἐλθὼν εἰς ἀπορραντήρια
δέμνια καθήσω.

CAPUT VI.

10. *Poſt hæc introitus eorum qui, conſulturi Apollinem, veniebant in* cellam *ad id adornatam; ac quonam habitu atque ornatu id fieret.* 11. *Prece prius fuſa, poſtulationes ſuas conſultores, dum* cellam *iſtam adibant, libellis obſignatis inſcriptas Antiſtitibus tradidiſſe.* 12. *Media atque artes clam reſignandi libellos iſtos obſignatos.* 13. *De* cella, *modo nominata, ulterior diſquiſitio; uti & adytorum &c. ulterior deſcriptio:* 14. *Purificatio, ſeu luſtratio templi, ante Pythiæ ad adyta acceſſum atque introitum.* 15. *Introitus, tandem, Pythiæ in adyta, poſt potam aquam Caſtaliam vel Caſſotidem, laurumque hinc manducatam: quonamque ornatu intrarit illa; quidque aliis in locis Vates, ante reddenda Reſponſa biberint tractatur. Quâ occaſione quoque agitur de vapore fatidico ex aqua exſurgente, atque igne ac ſpiritu Vatem Delphicam complectentibus occupantibusque, ex Jamblicho.* 16. *A quibus Pythia deducta fuerit in adyta; ubi tripodi inſidens (vel & ante quoque) furere, quaſi, incipiebat: ac quibus qualibuſque mediis furor ille ſat commode ſimilari, ſeu conſingi potuerit, quo ſimulato tandem Reſponſa reddebantur.*

10. COnſulturi ergo hinc redibant (poſt oblatas placentas) atque oves mactatas, uti ex ejuſdem Euripidis, eadem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

N. 3.

ratio ad reddenda atque accipienda Reſponſa.

Conſultor orationibus ſe præparans ad accipienda Reſponſa.

criptio & obſignatio libellorum ibi præ-
tium conſultorum.

itio iſtorum obſignatorum libellorum, ut
Adyta deferantur.

ſpices &c. conſultores concomitantes.

ſtites ac Sacerdotes poſtulata illa ad Ady-
portantes.

rdotes, qui Thymiamatis Adyta obnu-
abant, ut proſpectus adiſta impediretur.

ia, quaſi nunc furore aliquo correpta,
Adyta procurrens.

eæ frondes Adytis appoſitæ, ut viſus
xpcdiatur.

Adyta: quamvis in hac figura nimis
erte patentia.

aria Templi.

ra ac ſpeluncæ, cellæve ſubterraneæ,
udibus parandis atque occultandis in-
rvientia.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
366 F 33

No. 3. Pag. 112.

Præparatio ad reddenda atque accipienda Reſponſa.

1. *Conſultor orationibus ſe præparans ad accipienda Reſponſa.*
2. *Conſcriptio & obſignatio libellorum ibi præſentium conſultorum.*
3. *Traditio iſtorum obſignatorum libellorum, ut ad Adyta deferantur.*
4. *Haruſpices &c. conſultores concomitantes.*
5. *Antiſtites ac Sacerdotes poſtulata illa ad Adyta portantes.*
6. *Sacerdotes, qui Thymiamatis Adyta obnubilabant, ut proſpectus adiſta impediretur.*
7. *Pythia, quaſi nunc furore aliquo correpta, ad Adyta procurrens.*
8. *Laureæ frondes Adytis appoſitæ, ut viſus præpediatur.*
9. *Ipſa Adyta: quamvis in hac figura nimis aperte patentia.*
10. *Donaria Templi.*
11. *Antra ac ſpeluncæ, cellæve ſubterraneæ, fraudibus parandis atque occultandis inſervientia.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

dem tragœdia diſcimus) *cellam* iſtam; in qua ſedentes ipſos operiri opportebat Oraculorum Reſponſa. Verum & hîc nonnulla obſervanda erant. *Lauro* nempe, (quæ hîc nullibi non locum habebat) *coronati* Oraculum adibant: præterea *obtecto capite*, ſub clangore tubarum, quæ horrendum in modum hîc reſonabant, ex natura loci: ſicut apud Juſtinum videmus. Ita enim ille lib. 24. *Media ſaxi rupes ad formam theatri receſſit. Quamobrem & hominum clamor, & ſi quando accedit tubarum ſonus, perſonantibus & reſpondentibus inter ſe rupibus, multiplex audiri, ampliorque quam editur, reſonare ſolet. Quæ res majorem* [NB.] *majeſtatis terrorem ignaris rei, & admirationem ſtupentibus plerumque affert.* Sic enim omnia hîc ſuperſtitioni majori, ac ſuperſtitioſo timori incutiendo, comparata erant.

Coronati igitur *lauro* accedebant, atque ad Oraculi Reſponſa exſpectanda ſedebant, eaque ita poſcebant: quod & ex his Xuthi verbis ad Creuſam patet:

Συὺ ἀμφὶ βώμους, ὦ γύναι, δαφνηφόρους
Λαβοῦσα κλῶνας ἱκέτευσον, ἔυξα θεοῖς,
Χρησμοὺς μ' ἐνεγκεῖν ἐξ Ἀπόλλωνος δόμων.

Tu vero circa aras, ô mulier: laureos
Accipiens ramos, pete à Dîs, ut prole felix
Oraculum ego referam ex templo Apollinis.

[ubi notandum, in tranſitu, ædituos ex adytis extuliſſe tabellas, quibus ad petitionem Reſponſa erant inſcripta: de qua re ſtatim latius.]

Sic quoque Sophocles, Oedip. Tyr.

Τὸ δ' ἄλλο φύλον ἐξεστεμμένον
Ἀγοραῖσι θακεῖ, πρὸς τε Παλλάδος διπλοῖς
Ναοῖς, ἐπ' Ισμηνοῦ τε μαντείᾳ πυρός.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Reliqua multitudo coronamentis ornata,
In foco ſedet, atque ad Pallados gemina
Templa, & Iſmeni [Apollinis] cinerem fatidicum.

Quæ poſtrema, licet non Delphis, verum Thebis accidiſſe ponantur, tamen oſtendunt, hæc apud Oracula fuiſſe ſolennia.

Uti etiam præter coronas capiti impoſitas (quod tamen ad omnia ſacrificia locum habebat) frondes laureas Oracula adituri manibus tenebant, quales ἐγχειρίδιας κλάδας, *ramos quos manibus tenebant*, Æſchylus, in Danaidibus, vocat; ſic Sophocles illos κλάδας ἱκτηρίας, (quaſi coronas) *ramos votorum ac precum indices* appellat, hoc modo:

Τίνας ποθ' ἕδρας τὰς δ' ἐμοὶ δοάζετε
Ἱκτηρίοις κλάδοισιν ἐξεστεμένοι;

Coronas tamen manibus eos quandoque geſtaſſe, hæc Joca-ſtæ verba apud Sophoclem indicant:

Χώρας ἄνακτες, δόξα μοι παρεστάθη
Ναοὺς ἱκέσθαι δαιμόνων, ταδ' ἐν χεροῖν
Στέφη λαβόντι κ' ἐπθυμιάματα.

Regionis hujus principes, mente mihi conſtitutum eſt
Adire templa Deorum, hæc dum manibus
Prehenſa teneo coronas ac ſuffimenta.

Rami vero, quos manibus ferebant alba lana cincti, vel obducti erant: quod vel ſolus nos doceat Æſchylus, hiſce ſequentibus:

Ἀλλ' ὡς τάχιστα βᾶτε καὶ λευκοστεφεῖς
Ἱκτηρίας ἀφάλμαθ' αἱδοῖα Διὸς
Σεμνὰς ἔχοντες, ἀλὸς χερῶν συναυμῶν.

Sed

Sed quàm citiſſimè ite, & alma lana coronatos
Ramos ſupplices, ornamenta, (ſeu delicias,) venerandi
Jovis,
Reverenter habentes in (nomine) conſentientibus manibus.

[Quamvis hic (quod notandum) ſimpliciter *manibus* converti poſſit.]

Sic itaque adornati, ac quidem operto capite ducebantur; ne viderent ſcilicet interim aliquid, in via, mali ominis: accedente etiam terribili illo tubarum ſonitu; vel alio æris tinnitu; ne, videlicet quoque audirent tale quid. Atque hæc quidem indicantur à Plutarcho; qui in Quæſtionibus Romanis ita loquitur: τὰς δὲ θεὰς ἄτω προσεκύνουν· ἢ ταπεινῶντες ἑαυτὰς τῇ ἀποκρύψει τῆς κεφαλῆς, ἢ μᾶλλον εὐλαβούμενοι πού τι φωνὴν πρόσωπεσεῖν αὐτοῖς ἔξωθεν εὐχομένοις ἀπαίσιον καὶ δύσφημον, ἄχρι τῶν ὤτων ἀνελάμβανον τὸ ἱμάτιον. ὅτι γὰρ ἰσχυρῶς ἐφυλάττοντο ταῦτα, δῆλον ἐστὶ τοῖς προσιοῦσι τὰ μαιλείων χαλκωμάτων πάταγῳ προσφοβεῖσθαι.

Deos autem operto capite adoraverunt, vel quod eâ re animi demiſſionem confiterentur; vel potius [NB.] *quod verentes, ne qua vox mali ominis foris accideret, uſque ad aures veſtem ſurſum attrahunt. Hoc enim eos admodum vitare, ex eo liquet, quod ad Oraculum conſulendum accedentes tinnitu æris circumſonantur.*

Videmus igitur hoc ultimum fuiſſe factum ab ipſis non minus, ne audirent aliquid mali ominis, quam ne viderent tale quid. Nam ſi ſolo obtecto capite ambulaſſent, alii ſonitus, voces aut clamores, ſive hominum, ſive animalium; ſive denique inſtrumentis aut aliter, ſeu caſu ſeu ſtudio facti; non ita commode præveniri, arceri vel obtundi poterant, ut ad horum aures non penetrarent. Quod aures ita veſte occludi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

non poterant, ut illæ non acciperent extrinsecus appulsos clamores aut fragores vel tinnitus : quamvis aliàs oculos quam facile ita obtegerent, ut illi nihil mali ominis videre possent.

Circa, autem, omina mala, quæ in oculos incurrere possent, occurrit nobis lepidum valde commentum M. Marcelli, qui quinquies Consul, idem Imperator, idem Augur optimus, teste Cicerone, fuit. *Is* nempe, eodem testante Cicerone, *dicebat ; si quando rem agere vellet, ne impediretur auspiciis lectica operta facere se iter solere.* Ac quidem (quod alibi quoque ex Plinio adduxi) *In Augurum disciplina constat, neque diras, neque ulla Auspicia* [ad quæ Omina certe pertinent] *pertinere ad eos, qui quamque rem ingredientes, observare se ea negaverint. Quo munere* [addit idem Plinius, ac quidem ita ut aperte illa se ridere ostendat] *Divinæ indulgentiæ majus nullum est.*

Interim quoque, sive inter eundum ad cellam, seu domum istam, in quam ducebantur ac ponebantur, (uti mox ostendetur) sive antea, sive denique post quam eo adventassent, tradebant istos suos libellos, quibus postulata sua ac vota, ad quæ Divina Responsa desiderabant, inscripserant, atque obsignarant.

II. Ex Apollonii verbis apud Philostratum apparere videtur, consultores ipsos viva voce Apollinem interrogasse; cum is ita libro quarto loquatur : Σκέψαι γὰρ τὸν Ἀπόλλω, εἶπε, τὸν Δελφικὸν, ὃς τὰ μέσα Ἑλλάδος ὅπη τὰ θεσπίσαι λογίων ἔχει ξυντάττει νῦν, ὡς καὶ τὰ αὐτὸς γιγνώσκεις, ὁ μὲν τοῦ ἀμφῆς δεόμενος ἐρωτᾷ βραχὺ ἐρώτημα. ὁ δὲ Ἀπόλλων, ἅδην περιλύσαμενος, λέγει ὅπως οἶδε. *Considera igitur, dicebat, Apollinem Delphicum, qui meditullium Græciæ, Oraculorum de futuris reddendi gratia possidet. Namque ibi ille, ut tu ipse quoque nosti, qui ipsius* [Dei] *Responsis eget brevem perorat Oratiunculam* [queis preces ac vota sua comprehendit]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

dit] *Apollo autem ſine ullis fictionibus, aut mendaciis, reſpondet id quod novit.*

At verba illa ἐρωτᾶ βραχὺ ἐρώτημα explicari commode poſſunt, de rogatione, ſeu poſtulatione, per libellum vel codicillos; æque atque iſtud ἄδειν περιδρόμῳ per *ſine ullo monſtrifico* aut *portentoſo ac vano reſpondendi modo.* Notum namque cunctis eruditis eſt, moris fuiſſe tam Græcis, quam Romanis per libellos adire Reges, Principes atque Imperatores: ne id nimium miremur de Dîs fatidicis. Ac quidem ex Tacito patet; ne quidem aliter Principes alloqui moris fuiſſe. Et tamen hunc affandi modum appellabant *ſupplicare*; ipſosque adeo libellos, *Deſideria* ac *preces*: unde id quoque vocabant *preces fundere, precibus complecti, precibus exprimere*, &c. formulis; quas copioſis exemplis oſtendit nobis eruditiſſimus, atque inexhauſtæ lectionis, B. Briſſonius. Quibus accidit etiam mos ille, quo libellis conſcriptis & obſignatis, apud alia quoque Oracula, votorum ſuorum argumenta comprehenderent, atque ita Antiſtitibus traderent; ut ſic Reſponſa divina ſuper illis, libellis iſtis inſcripta vel adſcripta, acciperent. Quod utique & Alexander ille Pſeudopropheta, qui apud Aboniteichitas Oraculum iſtud Glyconis, ſive Æſculapii jam renati (quod à Luciano ſimul cum iſtius Alexandri vita tam graphice depingitur) erexerat, vaferrime imitatus fuit. Neque ſane Majeſtas Divina horum Deorum fatidicorum pati videbatur, ut tam familiariter ſibi, per vivæ vocis alloquium, ſupplicaretur: nec ſæpe templorum fatidicorum conſtitutio, ut tam prope conſultores accederent ad adyta.

Exemplum porro horum libellorum habemus in Mopſi Oraculo, apud Cilices; atque inſigne admodum in Beſæ Dei Oraculo; de quo ſtatim ex Ammiano latius loquar: ut videat ſic Lector, in quem finem talia commenta fuerint inſtituta: 1°. Nempe, ut ita magis divina videretur ipſorum ars atque impoſtura; quod ſic, quaſi, ipſis etiam inſciis, imò &

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

inſciâ ipſa Pythia, per Apollinem, quantumvis ipſius Pythiæ ore, per Apollinem redderentur conſulentibus divina Reſponſa. 2°. vero, (ac quod caput rei erat) ut ſic ipſos hos Oracula poſcentes ſua haberent in poteſtate; ſervatis ita, ac detentis ipſorum libellis: ut ſi quid ad rem publicam pertinens, (ad vitam Imperatoris, mutationem imperii, aut aliud quid ſimile) in illis contineretur; ſic ejuſmodi conſultores, ſibi obligatos, ac ſub quodam ſervitutis ac tyrannidis jugo tenerent: ne ſi quid falſi vel abſurdi reſponſum ab Oraculo fuiſſet, id in ipſius damnum aut ludibrium aliis propalare auderent: quum ita tales conſultores, ni cerebrum in calcaneo geſtarent, ſalutem ſuam in horum jam manibus eſſe; ſecuritatemque per talem ſuperſtitioſam imprudentiam, ab iſtis, quorum in manus ſeſe incautè nimis tradiderant, pendere. Quin & ut Principibus Cæſaribuſque placerent, ac per talia ſibi, cum aliorum exitio, auctoritatem munimentumque crearent, quandoque ejuſmodi interrogata, quæ aliquid in damnum iſtorum principum aut vere cedere poſſent, aut cedere crederentur, maligne hiſce tranſmittebant. De qua re triſte admodum exemplum reperimus apud Ammianum Marcellinum, lib. 19. ubi Antiſtites Oraculi Beſæ Dei, ad Abydum Thebaidis, talia Imperatori Valenti maligne, in illuſtrium virorum exitium, manifeſtabant.

Apud iſtud igitur Oraculum, *quoniam quidam* [verba ſunt Ammiani] *præſentes, pars per alios deſideriorum indice miſſâ ſcripturâ ſupplicationibus expreſſe conceptis conſulta numinum ſcitabantur, chartulæ ſeu membranæ continentes quæ petebantur, poſt data quoque reſponſa interdum* [quod Antiſtites circa virorum illuſtrium codicillos quammaxime machinatos fuiſſe; ſub quocunque demum prætextu, procul omni dubio eſt] *remanebant in fano. Ex his aliqua ad Imperatorem ſunt miſſa: qui, ut erat anguſti pectoris, obſurdeſcens in aliis nimium ſeriis, in hoc titulo imâ, ut*

ajunt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

ajunt auricula mollior, & ſuſpicax, & minutus, acri felle concaluit, &c.

Cujuſmodi libelli, ſi Delphorum Antiſtitibus traditi eſſent, longe minor prætextus erat conſultoribus eos repetendi, cum Pythia ibi viva voce ſua redderet Reſponſa, neque illa traditis ibi libellis inſcriberentur; ſed verſibus incluſa (quamvis poſterioribus temporibus ſoluta oratione) conſultoribus traderentur.

Interim probe noverant hi impoſtores, cum ipſis Principibus ac magnatibus longe aliter eſſe agendum. Quippe quibus ita imponendum erat, ut majora ſibi inde emolumenta, atque auctoritatem ſibi conciliarent. Hinc ſumma ope ipſis annitendum erat, ut conjecturis quantum pote veritatem aſſequerentur; aut ſaltem tam dubie, ambiguè, æquivoce atque obſcure reſponderent, ut quocunque res caderet, illi non caſu, ſed ex præſcientia, veritatem tetigiſſe viderentur. Oſtendunt hoc exempla, tum illud quod apud Macrobium de Trajano Cæſare habetur (de quo tamen infra latius agam,) tum iſtud quod Plutarchus . . . . de Mopſi Oraculo narrat, hoc modo: Ἔχω δ' εἰπεῖν τὸ Μόψῳ χρησθὲν πρᾶγμα θαυμασιώτατον. ὁ γὰρ ἡγεμὼν τῆς Κιλικίας αὐτὸς μὲν ἀμφίδοξός ἐστι πρὸς τὰ θεῖα, δι' ἀδένειαν ἀπιστίας οἶμαι. τἄλλα γὰρ ἦν ὑβριστὴς καὶ φαῦλος, ἔχων ἅ πρὸ αὐτοῦ Ἐπικυρείας τινὰς τῶν καλῶν δὴ καὶ φυσιόλογον ἐνυβρίζοντας ὡς αὐτοὶ λέγουσι, τοῖς τριάξεσι εἰσέπεμψεν ἀπελθόντα, οἷον εἰς πολεμίων κατάσκοπον ἐνσκευάσας, ἔχοντα κατεσφραγισμένῳ δέλτον ἐν ᾗ τὸ ἐρώτημα ἦν ἐγγεγραμμένον, ἀδενὸς εἰδότος. ἐννυχίσας δ' ὁ ἄνθρωπος (ὥσπερ ἔθος ἐστὶ) τῷ σηκῷ, καὶ καταλειμηθεὶς ἀπήγγειλε μετ' ἡμέραν εὐθύπνιον τριῶν. ἄνθρωπον ἔδοξεν αὐτῷ καλὸν ὀπισθίπτα φθέγξασθαι πιθόν, μέλανα, καὶ πλέον ἔχειν, ἀλλ' ὑφὺς οἴχεσθαι τάχα. ἡμῖν μὲν ἄδηλον ἐφάνη, καὶ πολλὴν ἀπορίαν παρέχειν. ὁ δ' ἡγεμὼν ἐκεῖνο ἐξεπλάγη καὶ προσεκύνησεν, καὶ τὴν δέλτον ἀνοίξας, ἐπεδείκνυεν ἐρώτημα τοιῆδε γεγραμμένον,

μένον,

μῦον, Πότερόν σοι χλανὴν ἢ μέλαιναν θύσω ταῦρον; ὥστε καὶ τὰς Ἐπικουρείους ἀπατεῶνας, κἀκεῖνον αὐτῶν τιὼ τε θυσίαν ἀπιπλεῖν, καὶ σέβασμ' ἀφ' ὅλης τ' Μόψου.

Ac quidem de Mopſo maximè admirandum commemorare poſſum. Ciliciæ præſes, ut infirma perfidia eſt (ſceleratus enim erat & nefarius) de Dîs immortalibus dubius animi & incertus hærebat. Is quum haberet circum ſe quoſdam Epicureos, qui bella illa naturæ ratione freti rebus hujuſmodi, ut ipſi loquuntur, illudunt, libertum ut in hoſtium regionem ſpeculatoris ornatu mittit cum obſignata tabella, in qua, nemine conſcio, ſcripta interrogatio erat. Qui cum in delubro incubuiſſet, ut conſuetudo eſt, & obdormiſſet, ubi illuxit, tale ſomnium renunciavit: viſum ſibi eſſe hominem videre coram formoſum, qui tantum locutus NIGRUM *nihilque præterea, continuò diſceſſit. Id verò nobis omnibus abſurdum videri, & magnam dubitationem afferre. Præſes autem perculſus admirari, venerari, reſignataque tabellâ, interrogationem ita ſcriptam nobis oſtendere: Utrum tibi candidum bovem an nigrum immolabo? Quo factum eſt ut Epicurei erubeſcerent & ille Sacrificium illud faceret, perpetuoque Mopſum coleret.*

Ut autem oſtendam id, de libellis traditis, etiam Delphis locum habuiſſe, afferam quæ ad hunc verſum Ariſtophanis (in Pluto) Τὶ δῆτα φοῖβος ἔλακεν ἐκ τ' ἐσεμμάτων, affert ipſius Scholiaſtes: quæ hæc ſequentia ſunt: Ἐστεφανηφόρει ἡ Πυθία, οἱ τρίποδες δάφνῃ ἦσαν ἐστεμμένοι. οἱ μαντευομένοι ἐπὶ πυξιδίῳ ἐγράφον τὰς πεύσεις· πφάνῳ τ' ἀμφιέσαντες ἄβρῳ τῇ μαντικῇ ἐχειροβύνων. *Coronata erat Pythia, & tripodes coronati erant. Quin & conſultores* LIBELLO INSCRIBEBANT ROGATA SUA, *ac corona molli redimiti, iſta Pythiæ in manus tradebant.*

Conſultores quidem, vel qui horum vice eo miſſi Oraculum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

lum consulebant, libellos istos, quibus petitiones ipsorum continebantur, Antistitibus, (si non ipsi Pythiæ) in manus tradebant; per quos ii portabantur in Adyta: ac dum his Consultoribus ob sacrificia tum facienda tum iteranda, ob expiationes aliaque ipsis injuncta, tempus (si id Antistitibus necessarium esset) procrastinandum erat, (si non statim hinc in Cellam illam admittebantur; quæ apud Delphos tantùm locum habuisse videtur;) illi libellos hos, vel tabellas obsignatos (modo sic occlusi vel obsignati essent, ut commode satis resignari rursumque obsignare eos, absque fraudis suspicione possent) aperiebant; reponebantque ad interrogata ejusmodi Responsa, quæ ipsis rei propositæ videbantur respondere, petitionibusque, aut votis, Consultorum congruere.

Sin vero per magis argutos, minusve superstitiosos Consultores, aut quibus forsan suspicio aliqua fraudis erat, hi libelli ita essent obsignati ut non commode possent resignari; aliæ artes ipsis supererant. Nempe refugiebant ad illa superius memorata, per Corycæos suos; qui aut inter pocula, dum hos hospites peregrinos sub prætextu benevolentiæ callidè inebriarent, per subdolas quæstiunculas aliqua eliciebant; aut ipsorum servos, hunc illumve alium (si & alii adessent) ex comitatu illorum, simili illaquearent fraude; illosve pretio ac mercede, vel aliter, corrumperent: aut dum domini cum toto famulitio abessent domo spectandis iis, quæ spectatu digna erant occupati, vel sacrificiis, epulisque detenti; vel denique aliis seu sponte natis, seu dolosè factis, occasionibus (quales plurimas invenire hisce sacrorum ministris, ubi omnia ad fraudem parata erant, perfacilè fuit) in Theatris, in Stadiis, in Templis, alibive detinerentur: dum, dico, hi advenarum sarcinas explorarent, scriniave sub pandochæorum custodia detenta artificiosè aperirent; aliisve pluribus versutiis in horum advenarum arcana penetrare tentarent.

Quæ omnia si frustra atque in vanum tentata essent, ad

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

flexiloqua ſua atque obſcurata verbis ac ſententiis Reſponſa, ut ad ſacram ſuam anchoram, confugiebant. Quæ Reſponſa etiamſi quandoque ita plane abſona & ridicula eſſent, ut ab omnibus cordatis irriderentur (ſicuti talia plura exempli cauſa ab Oenomao, à Luciano, & ab aliis afferuntur) tamen ſtultæ ſuperſtitione multitudini iis imponebant.

12. Quibus vero inventis ſigilla recludere, codicilloſque aperire valuerint, docet nos liquido Lucianus, in Alexandro Pſeudomante, hoc modo. Ἐπινοήσας γὰρ ποικίλας τῶν σφραγίδων τὰς λύσεις, ἀνεγίνωσκέ τε τὰς ἐρωτήσεις ἑκάστας, καὶ τὰ δοκοῦντα πρὸς αὐτὰς ἀπεκρίνατο. εἶτα καλεσάμενος αὖθις καὶ σημηνάμενος, ἀπεδίδου μὲν πολλὰ θαυμαζομένοις τοῖς λαμβάνουσι, καὶ πολὺ ἦν παρ' αὐτοῖς τὸ, πόθεν γὰρ ἔτος ἀπίσατο, ἃ ἐγὼ πάνυ ἀσφαλῶς σημηνάμην, αὐτὸ ἔδωκα ἐγὼ σφραγῖσι δυσμιμήτοις εἰ μὴ θεός τις ἀληθῶς ὁ πάντα γιγνώσκων ἦν. τίνες δ' ἂν αἱ ἀπίνοιαι, ἴσως ἐρήσῃ με. ἄκουε δή που, ὡς ἔχοις ἐλέγχειν τὰ παρ' ἐμοῦ. ἡ πρώτη μὲν ἐκείνη, ὦ φίλτατε Κέλσε, βελόνην πυρώσας, ὑπὸ τὴν σφραγῖδα μέρος τοῦ κηροῦ ἀπατήσας, ἐξήρουν. καὶ μετὰ τὴν ἀνάγνωσιν, τῇ βελόνῃ αὖθις ἀνοίξας τὸν κηρόν, τόν τε κάτω ὑπὸ τῷ λίνῳ, καὶ τὴν αὐτὴν τὴν σφραγῖδα ἔχοντα, ῥᾳδίως συνεκόλλα. ἕτερος δὲ τρόπος ὅπου δεῖ λεγομένου κολλυρίου σκόροδον ἢ τοῦτό ἐστιν ἐκ πίττης βηρυτίας καὶ ἀσφάλτου καὶ λίθου ἀφανοῦς τετριμμένου, καὶ κηροῦ, καὶ μαστίχης. ἐκ δὲ τούτων ἁπάντων ἀναπλάσας τὸ κολλύριον, καὶ θερμήνας πυρί, σάλῳ τὴν σφραγῖδα προσχρίσας, ἐπέθηκα, καὶ ἀπέμαξε τὸν τύπον· εἶτα αὐτίκα ξηρὸν ἐκεῖνο γενόμενον, λύσας ῥᾳδίως, καὶ ἀναγνούς, ἀπιθεὶς τὸν κηρόν, ἀνέτυπον, ὥσπερ ἐκ λίθου τὴν αὐτὴν σφραγῖδα δὴ μάλα τῷ προχείρῳ ἐοικυῖαν. τρίτον ἄλλο πρὸς τούτοις ἄκουσον. τιτάνου γὰρ ἐς κύλικα ἐμβαλὼν, ἣ κολλῶσι τὰ βιβλία, καὶ κηρὸν ἐκ τούτου πιήσας ἔτι ὑγρὸν ὄντα, ἐπέθηκα τῇ σφραγῖδι. καὶ ἀφελὼν, αὐτίκα ὁ ξηρὸν γίγνεται, καὶ κέρατος, μᾶλλον δὲ σιδήρου παγιώτερον, τούτῳ δὴ ἐχρῆτο πρὸς τὸν τύπον. ἔστι δὲ καὶ ἄλλα πολλὰ πρὸς τοῦτο ἀπηνενοημένα, ὧν οὐκ ἀναγκαῖον μεμνῆσθαι ἁπάντων, ὡς μὴ ἀπειρό-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

πειρᾶσθαι εἶναι δοκίμιον, καὶ μάλιστα σὲ, ἐν οἷς ἐγὼ μάγων συνέγραψας, καλλίστοις τε ἅμα, καὶ δυναμένοις σωφρονίζειν τὸς ἐντυγχάνοντας, ἱκανὰ ὠφελημένε, καὶ πολλῷ τούτων πλείονα.

Nam ille reſignandi ſigilla varias artes commentus, quæ quiſque ſciſcitabatur ea legebat: tum quæ viderentur ad interrogata reſpondebat. Deinde rurſum complicatos obſignatoſque libellos reddebat; non ſine ſumma admiratione eorum qui recipiebant. Hinc illud apud eos frequens erat: Undenam iſte ſcire potuiſſet, quæ ego illi tradidi, ſignis imitatu difficilibus obſignata tutò admodum, niſi quiſpiam eſſet Deus qui omnia reverâ noſſet? Forſitan igitur quæres ex me, quænam ſint artes iſtæ. Accipe, quo videlicet impoſturas ejusmodi deprehendere queas. Prima hæc erat, Celſe chariſſime, eam ceræ partem quæ ſigillo ſubeſt, acu candefactâ liquefactam diducebat; tum ubi legiſſet, ceram acu rurſus calefactam, eam quæ infra filo ſuberat, quæque ſigillum ipſum tenebat, facile coagmentabat. Porrò ſecundus modus conſtat per id quod collyrium vocant. Conficitur ex pice Berytiæ, bitumine, & perſpicuo lapide trito, cera, & maſtiche. Confectum igitur ex his omnibus collyrium, igni calefactum, inunctâ prius axungiâ ſuilla, ſigno applicabat, ac ſymboli figuram excipiebat. Tum eo protinus exſiccato, commodè reſignabat libellos: quos cum perlegiſſet, impoſita cera, idem ſigillum ad archetypi ſimilitudinem ſcitè effictum, tanquam ex lapide reformabat. Tertiam aliam rationem præter has accipe. Calce in gluten, quo libros agglutinant injecta, atque ex his veluti cera confecta, mollem adhuc eam ſigillo admovebat, ſtatimque detrahebat. Nam ilicò ſicceſcit, adeo ut cornu, vel potius ferro, reddatur ſolidius. Hac ad imprimendum ſignum uti conſueverat. Alia præterea multa ad id illi ſunt excogitata, quorum omnium meminiſſe non neceſſe eſt, ne ineptus videar; maxime cum in his,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

quos de Magorum artibus conſcripſiſti, commentariis, tum pulcherrimis, tum utiliſſimis, quique modeſtos reddere queant lectores, abunde multa retuleris, & his multò copioſiora.

Traditis igitur jam antea ejuſmodi libellis ac precatiunculâ ad adyta facta, exſpectabant in *cella*, jam ſuperius memorata quid illis à Deo, per internuntiam Dei Pythiam, reſponderetur.

Hæc *cella* ut hoc in tranſitu, ex Æſchylo notem, appellabatur quoque ὀμφαλὸς; Ita enim ille in Eumenidibus:

Ὁρῶ δ' ἐπ' ὀμφαλῷ μὲν θεομυσῆ
Ἕδραν ἔχουσα προστρόπαιον.

Video autem virum in umbiculo Diis inviſum
Sedentem ſupplicem . . . .

Quæ *cella* interim ita ab Adytis ſeparata erat ſepto quodam, ut ex iſta in adyta minime proſpicere poſſent; ne ſcilicet nimis accurate obſervarent Conſultores, quid rerum ibi gereretur. Hoc ſatis liquere videtur ex ipſius Pythiæ verbis, in Ione:

Ἔπισχες, ὦ παῖ. τρίποδα γὰρ λῃστήριον
Λιπὼν, θεμιγκὲ τὲ δ' ὑπερβάλλω ποδὶ,
Φοίβου προφῆτις, τρίποδος ἀρχαῖον νόμον
Σώζουσα, πασῶν Δελφίδων ἐξαίρετος.

Continete, ô fili. Tripodem enim fatidicum
Ego relinquens ſeptum (ſeu *muri* loricam) *ſupero pede*
Phœbi ſacerdos, antiquam obſervationem tripodos
Servans, electa ex omnibus Delphicis mulieribus.

Ad quæ, per parentheſin obiter obſervandum, ex ſolis Delphicis mulieribus (nec ſane ſine cauſa, quod illis magis fidere poſſent Antiſtites) electas fuiſſe Pythias.

Ob-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Obſepta igitur erant adyta muro vel pariete; ſuper quam (ob terrorem & metum illorum quæ extra illam accidebant; ſimulque ut impediret ne quid in Creuſam temere ac ſævius peccaret Ion) transſcendebat Pythia; ex nimia animi perturbatione, de janua, ut videtur non cogitans, aut viam iſtam ad Ionem ac Creuſam, in hoc rerum ſtatu nimis longam ducens: Matrem enim Ion, ni ſat tempori hæc Pythia interceſſiſſet, occiſurus fuerat.

Ac quamvis forte aliqui, ex ſingulari quadam gratia, vel alia ex cauſa, dum ad hanc cellam pervadebant, tranſirent propius ad iſta adyta, ita ut in illa aliquomodo introſpicere valerent; illa ita obſepta erant laureis frondibus, atque obnubilata fumigationibus, ut viſus illorum eo ſatis juſte, ut aliquid ibi curatius obſervarent, iſtis plane præpediretur. Namque, ut primò de laureis iſtis frondibus loquar, religioſo ac pio prætextu non ſola ipſa Pythia, & Prophetæ quoque, & cæteri Antiſtites ac miniſtri ſacrorum, ut & illi qui Deum conſulendi gratia ibi aderant; verum & ipſa Adyta eorumque introitus, & cella, & aræ ibi poſitæ, laureis coronis ac frondibus obſepta erant.

Hinc enim Mercurius, in memorata modò tragœdia, dum prologum agit,

Ἀλλ' ἐς δαφνώδη γύαλα βήσομαι τάδε,
Τὸ χρωθὲν ὡς ἐκμάθω παιδὸς πέρι.
Ὁρῶ γὰρ ἐκβαίνοντα λοξίᾳ γόνον
Τοῦδ' ὡς πρὸ ναοῦ λαμπρὰ θῇ πυλώματα
Δάφνης κλάδοισι.

Sed in hos lauriferos ſeceſſus (ſive Adyta) ibo,
Ut in his ediſcam de puero quid à Deo ſit ſtatutum.
Video enim egredientem Apollinis filium
Hunc, ut ornet portas ante templum
Lauri ramis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Hinc & Homerus, de Apolline:

χρείων ἐκ δάφνης γναλῶν ἀπὸ παρνήσσοιο.

Et Pythia apud Æschylum, Eumenidibus:

Ἐγὼ μὲν ἕρπω πρὸς πολυστεφῆ μυχόν.

Equidem progredior ad antrum (adyta) frondibus multis obseptum.

Ac, ne plura aggeram, videmus id etiam apud Aristophanem; apud quem servus, in Pluto: Τί δῆτ' ὁ Φοῖβος ἔλαχεν ἐκ τ' στεμμάτων. *Quid ergo Phœbus locutus est, è loco coronis (seu ramis laureis) obsepto?*

Ad quem versum hæc notat Scholiastes: Ὅτι ἐν μέσῳ τῶν στεφάνων καθημένη ἔλεγεν ἡ Πυθία. *Quod medio coronarum, ac frondium, sedens Pythia, ita sua reddiderit Responsa.*

Accedat tamen hisce unicus ex Latinis Lucretius; qui ita, libro V. de Philosophis:

—— —— *multa bene ac divinitus invenientes,*
Ex adytis tanquam cordis, Responsa dedere
Sanctius, & multò certa ratione, magis quam
Pythia, quæ Tripode ex Phœbi, LAUROQUE, *profatur.*

Si hæc vero minus sufficerent, defectum supplebant *thymiamata*; quorum vaporibus ac fumo hæc adyta replebantur. De quibus quoque in Ione, idem Euripides, hoc modo loquitur:

Σμύρνης ἀνύδρᾳ καπνὸς
Εἰς ἐρέφεις Φοίβᾳ πέπαται
Θάσσει δὲ γυνὴ τρίποδα χάλκεον
Δελφὶς, ἀείδει δ' Ἕλλησι βοὰς,
Ἃς ἂν Ἀπόλλων κελαδήσῃ.

Myr-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Myrrhæ vero aridæ fumus
In ſumma tecta Phœbi volat.
Mulier vero ſedet ſupra ſacrum tripodem
Delphica, canens Græcis Oracula
Quæ Apollo ipſi ſonore effatus fuerit.

Quæ *thymiamata* fane ſat commode oculos propius eò accedentium obnubilare valebant, aciemque eorum obtundere. Idque factum videtur (ex illis quæ ibi ſequuntur) cum jam Pythia parata ad reddenda Reſponſa, in Adyta ingrederetur. Salſè admodum hæc, atque his ſimilia, ridet omnium pene irriſor (horum tamen ſumma cum ratione) Lucianus: qui, in Jove Tragœdo, ipſum Apollinem ita pro ſeſe loquentem inducit: Πῶς ὦ Μῶμε δυνατὸν ποιεῖν ταῦτα, μήτε τρίποδα ἡμῖν παρόντα, μήτε θυμιάτων, ἢ πηγῆς μαντικῆς, οἵα ἡ Κασταλία ἐστίν; *Qui hæc facere poſſem ô Mome, cum nec Tripodem in præſentia habeam, nec thymiamata, aut divinum fontem, qualis eſt Caſtalius?*

De hoc thymiamate, ac certe de cella hac, in qua & aræ aſſidebant [unde & Ion ad Creuſam: Ἔκλειπε βωμὸν, καὶ θεήλατος ἔδρας. Ac poſtea ipſa Creuſa: Λείψω δὲ βωμὸν, καὶ θαυνεῖν με χρὴ: ſicut & ſimulacra illi aderant; ut ex hiſce patet: βώμια λιπᾶσα ξοάνα] intelligendi quoque ſunt ſequentes Euripidis verſus: quibus etiam indicat *Mulieres* (quæ hîc ipſi Chori vicem ſupplent) *templum intùs*, uti & *limina* ipſius, cuſtodiiſſe: ne videlicet aliquis temere nimis irreperet intrò, propiuſque quam vellent in adyta oculis, aut ipſo quoque corpore, penetraret:

Ion.] Πεφασολοι γυναῖκες, αἱ τῶν δ' ἀμφὶ κρηπίδας δόμων
Θυοδόκων φρουρημ' ἔχουσαι δεσπότιν φυλάσσετε,
Ἔκλελοπε ἤδη τὸν ἱερὸν τρίποδα, καὶ χρησήριον
ἕδρᾳ, ἢ μίμνῃ κατ' οἶκον ἱερῶν ἀπαιδίαν.

Mini-

Miniſtræ quæ circa baſin hujus templi
Sacri cuſtodiam habentes dominum obſervatis,
Reliquit jam ſacrum tripodem & Oraculum
Xuthus? an manet in ſacello interrogans de orbito?

Chorus.) Ἔνδομος ἐστ' ὦ ξέν', οὔπω δωμ' ὑπερβαίνει τόδε,
Ὡς δ' ἐπ' ἐξόδοισιν εἶναι τῶν δ' ἀκούομεν πυλῶν
Δοῦπον. ἐξιόντα τ' ἤδη δεσπότην ὁρᾶν πάρα.

In cella eſt, ô hoſpes, nondum egreſſus eſt ex hac domo:
Sed tanquam jam egrediatur, harum portarum audimus
Strepitum: atque adeo exeuntem jam dominum videre licet.

Dum hæc parabantur ad & intra Adyta, non negligebantur Conſultores, qui in cella iſta eò deſtinata exſpectabant deſiderata Reſponſa. Nam *fragrantia* quædam jucunda admodum & ſuaviſſima, quæ in admirationem raperet Conſultores ex Adytis excitabatur: nec tamen ſtatis aut certis temporibus nedum ſemper; verum inordinatis, ratione temporum, vicibus: ut ſic, procul dubio, Numen hos illoſve, prout majori dignitate erant, aut majori liberalitate, pluribuſve victimis Deum honoraverant, majori gratia dignari videretur. Oſtendit hoc non obſcure Plutarchus: qui, ſub finem dialogi de Oraculorum defectu, hæc habet: Ὁ γὰρ οἶκος ἐν ᾧ τὰς ἀρωμένας τῷ θεῷ καθίζουσιν, ὅτε πολλάκις, ὅτε τεταγμένως, ἀλλὰ ὡς ἔτυχε διὰ χρόνων εὐοδίας ἀναπίμπλαται, καὶ πνεύματος, οἵας ἂν τὰ ἥδιστα ἡ πολυτελέστατα τῶν μύρων ἀποφορὰς, ὥσπερ ἐκ πηγῆς ἐξ ἀδύτου προβάλλοντος. *Nam* CELLA *in qua Conſultores Oraculi ſedere jubent,* NEC SÆPE, NEC STATO TEMPORE, SED INCERTIS UTCUNQUE INTERVALLIS, FRAGANTIA REPLETUR ET AURA, *qualem ſuaviſſima & pretioſiſſima unguenta, ex Adyto tanquam fonte, effunderent.*

Hoc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Hoc igitur quasi miraculum quoddam intercurrebat; ut sic loci Oraculique majestas eo major appareret. nec captationes Ominis boni vel mali, ex præsentia aut absentia talis fragrantiæ, ibi defuisse credo.

14. His itaque præparatis, ac Templo ipso, seu potius Adytis, per Laureas frondes ab Ædituo à pulvere purgatis, Aureis gutturniis; porrò aquâ ex fonte Castalio hausta, solum vel pavimentum irrigabatur. Ita enim noster Euripides, qui hic quantivis pretii est, sequentibus versibus indicat:

Ἡμεῖς δὲ πόνους, ὃς ἐκ παιδὸς
Μοχθοῦμεν ἀεὶ, πλόκοις ἢ δάφνης,
Στέφεσί θ' ἱεροῖς ἐσόδους Φοίβου
Καθαρὰς θήσομεν, ὑγραῖς τε πίδου
Ῥανίσι νοτερόν. πτηνῶν τ' ἀγέλας
Ἃ βλάπτουσιν
Σεμνὰ ἀναθήματα, τόξοισιν ἐμοῖς
Φυγάδας θήσομεν.

Nos vero labores, quos à puero
Laboramus usque, ramis lauri,
Et sacris coronis vestibula Phœbi
Pura faciemus, humidisque solum
Guttis humidum. & greges avium
Quæ lædunt
Sacra donaria, sagittis meis.
Fugabimus.

Quæ tum deinde, antequam Pythia ad Adyta progrederetur, exsequitur.

Ex Castalio vero fonte hanc aquam sibi haustam narrat hoc modo:

Ἀλλ' ἐκπαύσω γὰρ μόχθους
Δάφνης ὁλκοῖς.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Χρυσέων δ' ἐκ τευχέων ῥίψω
Γαίας παγὰν,
Ἂν ἀποχεύουσι Κασταλίας
Δίναι, νότερον ὕδωρ
Βάλλων, ὅσιος ἀπ' εὐνᾶς ὤν.

Sed finiam labores
Lauri raptationibus.
Ex aureis vero vasis projiciam
Terræ fontem,
Quem effundunt Castaliæ
Vortices, humidam aquam
Projiciens, purus existens à lecto.

15. Exspectante sic igitur Consultore; tandem, post *ultima Sacrificia*, quibus constaret bene litatum esse, Pythia descendebat in Adyta. Erant tamen quæ ipsi observanda essent, antequam se *mergeret antris*, (ut cum Lucano loquar) namque *aqua* ex Castalio fonte ipsi erat *bibenda*. Post quæ, *lauri foliis in os sumptis*, sic illa masticando Adyta intrabat.

Bibebat igitur aquam Castaliam: vel, ut Pausanias tradit, Cassotidis aquam; de qua, dum Templum Delphicum describit, hæc habet: Ἰόντι δὲ ὡς ἀπὶ τὸν νεὼν αὐθις, μετὰ δὲ λίθον τὴν θέαν, ἔστιν ἡ Κασωπὶς καλουμένη πηγή. τεῖχος δὲ ὑπὲρ μέγα ἐπ' αὐτῇ, καὶ ἡ ἄνοδος διὰ τοῦ τείχους ἔστιν ἀπὶ τὴν πηγήν. ταύτης τὴς Κασωπίδος δυέας τε καὶ τὸ γῆς λέγουσι τὸ ὕδωρ, καὶ ἐν τῷ ἀδύτῳ διὰ τοῦτο τὰς γυναῖκας μαντικὰς ποιεῖν. *Si pedem retuleris, quasi ad fanum rediturus, fontem videas, cui nomen Cassotis. Murus ei objectus est non utique magnus: per murum ad fontem ascenditur: Aquam credunt ejus fontis sub terram mergi, & in Adyto Dei mulieres facere Fatidicas.* Quæ postrema certe à Romulo Amasæo, docto aliàs interprete, non bene vertuntur. Omittitur enim μετὰ τὸν λίθον τὴν θέαν.

Quod

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy af Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Quod de Caſſotide fonte Pauſanias, id de Caſtalio fonte, ſeu aqua, Lucianus, in Jove Tragœdo; ubi Apollo reſpondens Momo eum urgenti ut vaticinetur de futuris, ait: Πῶς ὦ Μῶμε, δυναῖόν ποιεῖν ταῦτα, μήτε τρίποδος ἡμῖν παρόντος, μήτε θυμιαμάτων, ἢ πηγῆς μαντικῆς οἷα ἡ Κασταλία ἐστίν; Quæ verba jam modo adduxi, ſimulque ipſorum verſionem Latinam.

Opportebat igitur, ut prius aquam biberet Pythia, quæ ipſam redderet divinipotentem ſeu Divinatricem. Unde & idem Lucianus, in Hermotimo, ita infit: Ὥσπερ φασὶν ἐν Δελφοῖς τὴν προφῆτιν, ἐπειδὰν πρῶτον ἐκ ἱερᾶς κάμαθρου, ἔνθεον καὶ θεοφόρητον γένεσθαι καὶ λέγειν τοῖς προσιοῦσιν. *Sicut de illa divinatrice* [*Pythia*] *Delphis tradunt; quæ ſimul atque ſacra fluenta deguſtarat, illico afflata numine conſulentibus Oraculum Reſponſa dabat.*

De *manducata lauro* hæc quoque idem Lucianus habet, in Bis accuſato: καὶ ὅλως ἔνθα ἂν ἡ προφῆτις πίῃ ἐκ ἱερᾶς κάμαθρου, καὶ μασήσῃ τὰς δάφνας, καὶ ἐν τρίποδα σεισαμένη κελεύῃ παρεῖναι, ἄοκνον χρὴ αὐτίκα μάλα παρεστάναι συναίροντα τὰς χρησμὰς ἢ οἴχεσθαι τὴν δόξαν τῆς τέχνης. *Denique quocunque vates ſacram laticem pota, commanducata lauro, & tripode concuſſo, venire jubet, impigrum protinus aſſiſtere oportet, Oracula connectentem, aut alioqui artis gloria ipſi interciderit.*

Quo & Caſſandra apud Lycophronem alludere videtur, his verbis:

Ἀλλ' ἄῤῥητον χέουσα μαμμιγῆ βοὴν
Δαφνηφάγων Φοιβάζων ἐκ λαιμῶν ὅπα.

Sed immenſum fundendo confuſumque clamorem
Laurivoro vaticinata eſt oré.

Verum ut ad aquam ab ipſa potandam redeamus; Caſtalia iſta, ſive mavis Caſſotis, grata potu erat quidem, teſtante Pauſania:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

At non ita, ut credo, sanguis ille taurinus, quem potare antea debebat Sacerdos Terræ in Ægyra; de qua ita Plinius, lib. 28. cap. 9. *Taurinus* [sanguis] *quidem recens inter venena est, excepta Ægyra. Ibi enim Sacerdos Terræ vaticinatura tauri sanguinem bibit, priusquam in specum descendat. Tantum potest sympathia illa de qua loquimur, ut aliquando religione aut loco fiat.* In eandem autem sententiam Sophocles, Tragœdiâ *Helena*:

Ἐμοὶ δὲ λῷστον αἷμα ταύρου γ' ἐκπιεῖν,
Καὶ μή γε πλείω τῆσδ' ἔχειν δυσφημίας.

Mihi vero optimum est taurinum bibere sanguinem,
Atque (ita) super hisce non plures attrahere calumnias.

An vero tam noxium venenum sit sanguis ille taurinus, ut tali miraculo opus sit, ne quis inde pereat, alibi potius disquirendum. At siquidem id verum sit, longe minori cum miraculo Sacerdos Apollinis Diradiotæ, apud Argivos agninum sanguinem potabat. de qua Sacerdote hoc modo Pausanias loquitur: Ἡ δὲ μαντικὴ (μαντεύεται γὰρ ἔτι καὶ ἐς ἡμᾶς) καθέστηκε τοῦτον τὸν τρόπον. γυνὴ μόνη προφητεύουσά ἐστι, ἀνδρὸς ὑπανδρευθεῖσα· θυομένης δὲ ἐν νυκτὶ ἀρνὸς, κατὰ μῆνα ἕκαστον, γευσαμένη δὲ τοῦ αἵματος ἡ γυνὴ, κάτοχος ἐκ τοῦ θεοῦ γίνεται *Oraculum in eo templo (nam hac ipsa ætate in eo Responsa consulentibus redduntur) hoc instituto celebratur. Fœmina cui viri consuetudo interdicta est, Oraculo præsidet. Ea noctu agnâ facit singulis mensibus, ac statim* VICTIMÆ SANGUINE *libato* [Gr *gustato*] *furore Divinitùs afflatur.*

Tutius ergo hoc, quam bibere sanguinem taurinum; quem pro tanto veneno multi veteres (ut jam vidimus) habebant. Longe tamen jucundius apud Liguræos vaticinabantur Antistites; ut ex Aristotele Macrobius (lib. 1. c. 18:) narrat: ait enim *eum asserere, Apud Liguræos in Thracia esse adytum Libero con-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

consecratum, ex quo redduntur Oracula. Sed in hoc adyto (pergit) vaticinaturi PLURIMO MERO SUMPTO, *ut apud Clarium aqua potata, effantur Oracula.*

Colophonium interim Oraculum, ratione aquæ ante Divinationem bibendæ, cum Delphico satis convenit. De quo Colophonio Jamblichus (de Mysteriis Sect. III. cap. 2.) Porphyrio hîc consentiens, ita loquitur: Τὸ δὴ ἐν Κολοφῶνι μαντεῖον ὁμολογεῖται πᾶσι, δι' ὕδατος χρηματίζειν. εἶναι γὰρ πηγὴν ἐν οἴκῳ καταγείῳ, καὶ ἀπ' αὐτῆς πίνειν τὸν προφήτην· ἐν ᾧ δὲ πολλαῖς νυξὶν ἱερουργιῶν πολλῶν γινομένων ὕστερον, πίνοντα δὲ χρησμῳδεῖν, οὐκ ἔτ' ἐρώμενον τοῖς παροῦσι θεωροῖς. Τὸ μὲν δὴ μαντικὸν ἐκεῖνο τὸ ὕδωρ, αὐτόθεν πρόδηλον. *Est in confesso apud omnes, quod Oraculum Colophonium per aquam Responsa edat: esse enim constat in antro subterraneo fontem è quo bibit Propheta: postquam autem biberit, & multa statutis noctibus sacra prius peracta fuerint, tum demum vaticinatur, invisibilis factus omnibus qui intersunt. Quod igitur aqua illa Divinatrix sit, exinde manifestum est.*

At longe magis veracia *Liberi* istud Oraculum in Thracia Respondere cæteris per aquæ, aut sanguinis cujuscunque demùm, potum respondentibus, debuit: si modo verax istud vetus proverbium sit, *in vino veritas.*

Verum enim vero, apud Branchidas (teste eodem Jamblicho, ac quidem eodem capite) longe alio modo aqua est fatidica; quem modum, præter alia, quæ hîc non omittenda duco, ita describit: Καὶ μὴν ἥγε ἐν Βραγχίδαις γυνὴ χρησμῳδὸς, εἴτε ῥαβδὸν ἔχουσα, τὴν πρώτως ὑπὸ θεοῦ πνοὴ προσδοθεῖσαν, πληρῶσα τὸ θείας αὐγῆς, εἴτε ὅπὶ ἀξονος καθημένη προλέγει τὸ μέλλον, εἴτε τὰς πόδας, ἢ κεφαπεδόν τι τέγξασα τῷ ὕδατι, ἢ ἐκ τοῦ ὕδατος ἀτμιζομένη δέχεται τὸν θεὸν, ἐξ ἁπάντων τούτων ὅπιτηδεῖα προσκαλιζομένη πρὸς τὴν ὑποδοχὴν, ἔξωθεν αὐτὸ μεταλαμβάνει.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Δηλοῖ δὲ καὶ τὸ τῶν θυσιῶν πλῆθος, καὶ ὁ θεσμὸς τῆς ὅλης ἁγιστείας, καὶ ὅσα ἄλλα δρᾶται πρὸ τῆς χρησμῳδίας θεοπρεπῶς, ΤΑ ΤΕ ΛΟΥΤΡΑ τῆς προφήτιδος, καὶ ἡ τριῶν ὅλων ἡμερῶν ἀσιτία, καὶ ἡ ἐν ἀδύτοις αὐτῆς διατριβὴ, καὶ ἐχομένης ἤδη τοῦ φωτὸς καὶ τερπομένης ἐν πολλῷ χρόνῳ. καὶ γὰρ αὐτὸ πάντα προδείκνησιν ὅ θεὸς ὥστε παρηρτῆσθαι, καὶ παρουσίαν ἔξωθεν προδεικνυσιν, ἐπίπνοιάν τε θαυμασίαν, οἵαν περὶ καὶ εἰς τὸν συνήθη ἀφικέσθαι, καὶ ἐν ὑπῳ τῷ πυθμαλι τῷ ἀπὸ τῆς πηγῆς ἀναφερομένῳ, ἔπειθέν τινα πρεσβύτερον, χωρεῖν ἀπὸ τοῦ τόπου θεὸν ἀποφαίνει, τὸν αἴτιον καὶ τοῦ τόπου, καὶ τῆς γῆς αὐτῆς, καὶ τῆς μαντικῆς ὅλης.

Fœmina quin etiam in Branchis fatidica, ſive virgam tenet manu à Deorum aliquo olim traditam, divino ſplendore repleatur, ſive ſedens in axe (rotæ) futura canit; ſive PEDES AUT LIMBUM ALIQUEM, IN AQUA TINGENS; *ſive* EX AQUA VAPOREM HAURIENS *Deum quoque ſuſcipiat, per omnia hæc parata & ad ſuſcipiendum inſtructa, Deum extrinſecus admittit.*

Sed præter hæc manifeſtum eſt ex ſacrificiorum multitudine, ex ſtato ſanctimoniæ ritu, ex iis omnibus, quæ juxta divinas leges ante vaticinium fiunt (qualia ſunt Prophetidis LAVACRA, *dierum trium jugis incdia, in adytis ſeceſſus, cum jamjam inceperit lumine circumfundi, & gaudio pertentari ex aliquo tempore:) hæc omnia id oſtendunt, Deum ut velit adeſſe rogari, & ab intrinſeco præſentiam exſpectari, & ſacerdotem priuſquam ad ipſum locum perveniat, miro modo inſpirari, & ipſo poſtquam ſit in loco, alium eſſe à ſpiritu illo qui ex aqua aſcendit præſtantiorem, tum ab ipſo illo loco independentem Deum, qui autor eſt omnis vaticinii, quod ex iſto loco, aut fonte, provenit.*

Hîc interim aliquis cogitare, quin & interrogare poſſet, ſi Aqua illa ſive *Caſſiotis*, ſive *Caſtalia*, apud Delphos; ſi & Aqua Caſtalia ad Daphnem Antiochiæ, uti & aliæ aquæ fatidicæ,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

dicæ, quarum plures numero fontes memorantur (ſicut & hîc modò aqua Oraculi Colophonii:) ſi ſanguis taurinus, vel agninus; ſi denique vinum largius hauſtum (quod ob rationem adductam pluribus procul dubio videbitur magis probabile) enthuſiaſmum divinatorium, ut ſic loquar, inſpirare valuerint, etiam iſtis in locis, ubi minime antrum quale Delphicum, ratione vaporum inde aſcendentium fuiſſe perhibetur, aderat; nec tripes, nec thymiamata, nec laurus manducata, præter ſolennem iſtum ſacri laticis potum; hîc dico aliquis interrogare queat, quare non abſque alia inſpiratione, ſive inſtinctu, per reliqua media, divino, (cum jam aqua iſta talia præſtaret) Pythia non potuerit reddere Reſponſa?

At talibus interrogatis occurrit Jamblichus; qui & alia media, præter Spiritum ex antro in membra ipſius Pythiæ penetrantem inducit. Ignem quippe Divinum commentus eſt, (cujus necdum aliquis ante ipſum, quod ſciam meminit) hoc modo: Ἡ δ' ἐν Δελφοῖς προφῆτις, εἴτε ἀπὸ πνεύματος λεπτοῦ καὶ πυρώδους ἀναφερομένου πρὸ μὲν ἀπὸ γαστρὸς θερμαινομένη τοῖς ἀνθρώποις, εἴτε ἐν τῷ ἀδύτῳ καθημένη ἐπὶ λέβητος χαλκοῦ τρεῖς πόδας ἔχοντος ἀγορεύει, εἴτε καὶ ἐπὶ ἕδρας τετραπόδου λίθος ὅς ἐστιν ἱερὸς καὶ θεοῦ, παντάχῃ ἄτρω λίθωσιν ἑαυτὴν τῷ θείῳ πνεύματι, ἀπό τε τοῦ πυρὸς ἀκτῖνος καταυγάζεται. καὶ ὅταν μὲν ἀθρόον καὶ πολὺ τὸ ἀναφερόμενον ἀπὸ τῆς γαστρὸς πῦρ κύκλῳ παντάχοθεν αὐτὴν περιέχῃ, πληροῦται ἀπ' αὐτοῦ θείας αὐγῆς. ὅταν δὲ εἰς ἔδραν ἐνιδρυθῇ τοῦ θεοῦ, τῇ σαθρᾷ τοῦ θεοῦ μαντικῇ δυνάμει συναρμόζεται· ἐξ ἀμφοτέρων δὲ τὸ ποιότων τῶν θεασκευῶν, ὅλη γίνεται τοῦ θεοῦ. καὶ τότε δὴ πάρεσιν αὐτῇ χωρίως ὁ θεὸς ἐπιλάμπων, ἕτερον ὂν καὶ τοῦ πυρὸς, καὶ τοῦ πνεύματος, καὶ τὰ ἰδίας ἕδρας, καὶ πάσης τὰ περὶ τὸν τόπον φυσικῆς καὶ ἱερᾶς φαινομένης καταστευῆς.

Sibylla in Delphis, ſive per Spiritum tenuem & igneum erumpente ex antri ore hominibus Oracula fundit, ſive ex adyto, ſedens ſuper æneum tripodem, aut ſuper ſellam quatuor habentem pedes, Deo ſacram, Reſponſa prodat, ſic undique

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

dique se dat Divino Spiritui, atque à radio Divini Ignis *illustratur. Et quando contingit illam circumcingi copioso ex antri ore profluenti igne, Divino splendore tota repletur. Iterum quando occupat Dei sellam, accommodatur stabiliter divinatrici Dei potentiæ: utriusque vero his apparatibus Dei tota fit vates. Adest ei sane tunc Deus & affulget separatim, & alius existit ab igne, & spiritu, sedeque propria, & omni circa istum locum apparatu, sive is sit physicus sive (sacer aut) religiosus.*

Non contentus igitur vulgari apparatu noster Jamblichus, præter Tripodem, sedem tribus pedibus suffultam, etiam sellam quatuor pedibus innitentem superaddit. Quin & præter Spiritum ex antro, per Tripodem in corpus Pythiæ penetrantem, etiam radium ignis Divini, ac quidem copiose profluentem, ita ut tota ipsius splendore repleretur, superadjungit. Ac cum alii Gentiles velint, sub spiritus seu halitûs, istius specie Deum in corpus Pythiæ irrepsisse, illamque ita Deo, seu numine, obsessam Divina sua protulisse Responsa; ille Deum Pythiæ affulgentem à spiritu & igne modo nominatis distinguit. At longe aliter Porphyrius (qui & Oracula Serapidis, Hecates, aliorumque depromit, ut per illa Christianis hîc nimium credulis illudat, uti alibi à me clare ostendetur) de talibus loquitur: sicut & totam scenam Adjurationum, evocationum cæterarumque magicarum operationum, quibus vates se futura prædicere prætendebant, satis aperte, (in Epistola ad Anebonem) deridet.

Verum, ut denuo redeamus in viam nobis propositam, atque ad Pythiam ipsam nos convertamus: tandem illa (per alios tamen eo deducta) in ipsa adyta pergit, ac

—— —— —— —— *tota priores*
Stringit vitta comas, crinesque in terga solutos
Candida Phocaicâ complectitur insula lauro.

Nec

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Nec sola, uti dictum, eò intrabat nostra Pythia; sed ab Antistitibus sorte ductis, (vide Euripidis *Ionem*) sive unico sive pluribus, qui ipsam jam furere incipientem regebant, atque ad tripodem cortinamve sacram, ita deducebant, concomitabatur. Nisi si quid violenter committeretur: qualia exempla nobis occurrunt non in solo Alexandro Macedone; verum & in Appio (apud Lucanum,) & insigne admodum [quod nos & alia docet] in Philomelo Phocicorum, adeoque & Delphorum, principe, apud Diodorum Siculum (libro XVI.) hoc modo: Μετὰ δὲ ταῦτα περὶ τοῦ πολέμου βουλόμενος χρήσασθαι τῷ μαντείῳ, τὴν Πυθίαν ἠνάγκασεν ἀναβᾶσαν ἐπὶ τὸν τρίποδα δεύτερα τὸν χρησμόν. *Post illa vero, cum vellet super bello Oraculum consulere, Pythiam coëgit, ut adscenderet tripoda, atque ita Oraculi Responsum redderet.*

Ac post descriptionem hujus Oraculi: Ὁ δὲ κρατῶν τοῦ μαντείου παρέπεμψε τῇ Πυθίᾳ τὴν μαντείαν ἀπὸ τοῦ τρίποδος πιεῖσαν. κατὰ τὰ πάτρια ἀποκρινομένης δ' αὐτῆς ὅτι ταῦτα ἐστὶ τὰ πάτρια, διηπειλήσατο καὶ συνηνάγκασε τὴν ἀνάβασιν ποιεῖσθαι ἐπὶ τὸν τρίποδα. Ἀποφηναμένης δ' αὐτῆς πρὸς τὴν ὑπεροχὴν τοῦ βιαζομένου ὅτι ἔξεστιν αὐτῷ πράττειν ὁ βούλεται, ἀσμένως τὸ ῥηθὲν ἐδέξατο, καὶ τὸν προαιρούμενον χρησμὸν ἔχειν ἀπεφήνατο. Ἅπασι δὲ καὶ τὸν χρησμὸν ἐγγράφου ποιήσας, καὶ προθεὶς, ἅπασιν ἐποίησε φανερὸν ὅτι ὁ θεὸς αὐτῷ δέδωκεν ἐξουσίαν πράττειν ὅ, τι βούλεται. συναγαγὼν δ' ἐκκλησίαν, καὶ τὴν μαντείαν τοῖς πληθέσι δηλώσας, καὶ προκαλεσάμενος χαίρειν, ἐτρέπετο πρὸς τὰς τοῦ πολέμου πράξεις, &c.

Is enim cum Oraculum (ipsum) in potestate sua haberet, mandabat Pythiæ, ut Oraculum redderet ex tripode secundùm morem patrium. Istâ autem respondente, hæc esse moris patrii [videtur hîc aliquid deesse] *minitabatur, ac coëgit illam, ut in tripoda adscenderet. Ea vero jam respondente (ob vehementiam illius qui cogebat) ipsius in potestate esse, ut faceret illa quæ vellet, lubenti animo istud dictum accepit; ac se jam conveniens habere responsum perhibuit.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

hibuit. Itaque ſtatim iſtud Oraculum conſcriptum proponens publice, cunctis manifeſtavit, Deum ipſi dare poteſtatem faciendi id quod vellet; ac convocata eccleſia, oſtenſoque multitudini (ſic conſcripto) Oraculo, cum exhortaſſet eam ut fidenti eſſent animo, ſe ad bellicos actus convertit.

Ad poſtrema Diodori verba, notari debent illa quæ Pauſanias de Trophonii Oraculo (p. 268.) tradit. *Coguntur ſane omnes, qui à Trophonio redeunt, quæcunque vel audierunt vel viderunt [ex quibus ſc. eventa explicanda erant] tabulæ inſcripta (ibi) ſuſpendere.*

Ex poſtremis hujus Diodori verbis, comprehendimus, Oraculorum Reſponſa (imprimis ſi ſucceſſus aut ſortita eſſent interrogata, aut ſaltem illi ſperarentur) deſcripta fuiſſe atque in tabellis publice expoſita. Verum de hac re amplius loquendi adhuc inferius dabitur locus. Quare ad Reſponſa adhucdum reddenda nunc me convertam, quæque illa proxime præcedebant.

Quum itaque noſtra Pythia jam intraret in Adyta, furore corripiebatur illa, ſicut credi volebant Antiſtites, ut jamjam vaticinia ſua editura; atque ut ſic ſeſe obſeſſam numine credulis conſultoribus oſtentaret. Unde & Lucanus.

——— ——— *Bacchatur demens aliena per antrum*
Colla ferens, vittasque Dei, Phœbæaque ſerta
Erectis diſcuſſa comis, per inania templi
Ancipiti cervice rotat, ſpargitque vaganti
Obſtantes tripodas, magnoque exæſtuat igne
Iratum te, Phœbe, ferens.

Salſe admodum, ac lepide ſane, hæc ridet in Jove ſuo Tragœdo, Luciano, dum Jovem inducit loquentem Apollini, qui jam ad vaticinium quoddam reddendum ſe parabat, hoc modo: Τί ποῦ ἐρεῖς ὦ τέκνον; ὡς πά γε ωεῳ τὸ λεγομὲ παῶτα

ἤδη

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

ἤδη φοβερά. ἡ χρὰ πτερομμήν, οἱ ὀφθαλμοὶ φερόμενοι, κώμη ἀνασεσυρμένη, κίνημα κορυβαντιῶδες· καὶ ὅλως κατόχιμα πάντα, καὶ φρενιώδη, καὶ μυστικά. *Quid tandem dices, fili? Nam quæ præcedunt Oraculum, jam formidanda sunt; color* [nempe] *immutatus, oculi mobiles, discussa ac dissecta coma, motus corporis furibundus, qualis est Corybantum. Denique, numinis afflatu atque obsessu, omnia horrore ac mysteriis plena sunt.*

Furore igitur, ut videri volebant, acta ac correpta *Divino*, intrabat Pythia nostra in Adyta. At multa erant, quibus ille simulatus furor adjuvari poterat. Namque ut spuma in ore excitaretur, sola herba lanariâ illa uti poterat; quo artificio Alexander iste Pseudomantis, (apud Lucianum) utebatur. Ita enim ille in ipsius vita: Εἰς καλὼν γὰρ ὁ Ἀλέξανδρος μετὰ τοιαύτης τραγῳδίας ἀφὶ πολλῶν εἰς τὴν πατρίδα, φαιδρός τε καὶ λαμπρὸς ἦν, μεμηνέναι προσποιῶν ἐνίοτε, καὶ ἀφρῷ διαπιμπλάμενος τὸ στόμα. ῥαδίως δὲ τοῦτο ἐμηχανᾶτο ἀπὸ τρωθίου τῆς βαφικῆς λυθάνης τὴν ῥίζαν ἀναμασσόμενος. τοῖς δὲ θεῖόν τι καὶ φοβερὸν ἐδόκει ὁ ἀφρός.

Alexander itaque multo post cum hujusmodi tragœdia ingressus in patriam, conspicuus erat & splendidus, cum sese nonnunquam afflatum numine simularet, ore spuma pleno. Id quod ille, lanariæ herbæ ad tingendum aptæ radice commanducatâ, facile efficiebat. Cæterum illis divinum ac formidandum quid spuma illa videbatur.

Nec certe nobis ignotum est, *Garo illo Moscovitico*, (quod *Cavajar* vulgo vocant) *Sapone Hispanico*, aliisque pluribus, sic spumam in ore posse excitari, sponteque eam sua exinde effluere.

Quin & *ignem* Barchochebas (teste Hieronymo, in Apol. 2. adv. Ruffinum) ex ore efflabat. Ita enim ille: *Barchochebas stipulam in ore accensam anhelitu ventilabat, ut flammas evomere videretur.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Quem tamen ſequenti artificio Eunus, *Servus Syrus*, anteverterat ; qui teſte Diodoro Siculo, *poſtremo artificium excogitavit , quo flammam ex ore cum quodam fanatico furore emittebat, & cum flamma ſimul Vaticina verba Phœbadum in morem fundebat. Ignem enim in nucem aut aliquid hujusmodi utrimque perforatum, ſimulque materiam quæ illum alere poſſet, imponebat : deinde ori indens & afflans, modo ſcintillas, modo flammam accendebat.*

At minus miraculo iſta ſunt illis, qui in feſtis noſtris encæniis ſæpe à circumforaneis vident ſtuppas linumve ori indita, ac paulo poſt cum fumo ac flamma eructata vel extracta; aliaque hiſce non minus, nimis credulis, miraculoſa.

Præterea docet nos Plinius (lib. 21. cap. 31) quomodo furor ille fanaticus ulterius adornari queat. Ita enim iſte loquitur : *Halicacabi radicem bibunt qui ſunt* [NB.] VATICINANDI CALLENTES : *quod furere ad confirmandas ſuperſtitiones aſpici ſe volunt. Remedio eſt (id enim libentius retulerim) aqua copioſa mulſa calida potui data.*

Adde hiſce quæ Franciſcus Lopes de Gomara, cap. 37. hiſtoriæ generalis Indiæ de *Bohitis* incolis inſulæ Hiſpaniolæ narrat ; *eos*, nempe, *poſt eſum herbæ in eorundem lingua Cohoba dictæ furere ac bacchari ; & adeo mente turbari, ut viſiones ſe habere credant , & Reſponſa divinitus accepta referre conſulentibus ſive arbitrarentur , ſive* [NB.] *fingerent.*

Quæ de *Datura* habet Garcias ab Horto, in Aromatum ac Plantarum hiſtoria, hæc ſequentia ſunt : *Injicitur à furibus hic flos, aut ejus ſemen, in cibos eorum quos deprædari volunt : mente enim quodammodo alienantur, quotquot id medicamentum ſumunt ; & in riſum ſolvuntur, magna cum libertate ſinentes quod lubitum eſt deprædari*, &c. De *Bangue* ſucco fere eadem & ipſe, & Chriſtophorus à Coſta, tradunt. Pluraque hujuſmodi medicamina afferri poſſent (ut quæ Mathiolus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
366 F 33



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

di insidens,
eddens.

præ aliis, admissi.
litioso illos retinens

Oraculi responsa ex-

ve Poëta, qui illa in
edigit.
nte jam Pythia pro-

m in Adyta præpe-

lauEti, per tubas lo-
rumenta.
ens.
Pythiam, ne quid
ns.
us pulvinari libelli

ntistitibus &c. arti-
endo terrori ac super-

us ab Adytis, seu

ultorum, post jam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 23

No. 4. Pag. 141.

Pythia jam tripodi insidens, & Responsa reddens.

1. *Consultores propius, præ aliis, admissi.*
2. *Sacerdos sub superstitioso illos retinens timore.*
3. *Propheta, qui (quasi) Oraculi responsa excipit.*
4. *Alius, sive propheta, sive Poëta, qui illa in versus, seu metra, redigit.*
5. *Vasa ac Tripodes a furente jam Pythia protrusa atque obversa.*
6. *Laureæ frondes prospectum in Adyta præcludentes.*
7. *Sonitus horribili modo adaucti, per tubas locutorias similiaque instrumenta.*
8. *Ipsa Pythia Tripodi insidens.*
9. *Propheta jam furentem Pythiam, ne quid mali ipsi accidat retinens.*
10. *Statua Apollinis, cujus pulvinari libelli imponebantur.*
11. *Fulgura ac tonitrua ab Antistitibus &c. artificiose conficta, adaugendo terrori ac superstitioni.*
12. *Consultores a Sacerdotibus ab Adytis, seu cella, reducti.*
13. *Epulæ ac χαιρητηρια consultorum, post jam accepta Responsa.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 23

thiolus in præfatione ad Dioſcoridem tradit, uti & alia) ſed hæc abunde ſuffecerint.

EX antro autem Tripodi ſubjecto etiam ſimulatus ille furor adjuvari poterat, per ſuffumigationes ſulphureas ac narcoticas, aliaque vim obnubilandi mentem ac dementandi obtinentibus: qualia medicorum filiis minimè ignota ſunt: aut talia in os aſſumere potuit ipſa Pythia.

CAPUT VII.

17. *Quam artificioſe homines ſe Dæmone obſeſſos ſimulare potuerint, exemplo (pluſquam uno) perinſigni oſtenſum.* 18. *Quæ in Adytis perpetrabantur occultata plane conſultóribus fuiſſe: & an Pythia engaſtrimythos fuerit.* 19. *Iterum de Prophetis ſorte ductis, tam ad introducendam Pythiam in Adyta, quam ad reportanda Reſponſa, jam in ordinem aliqualem redacta. De voce Deorum inarticulata; de Oraculis autophonis, ſive ipſius Dei Deæve alicujus ore redditis, &c.* 20. *Rurſus quoque de Poëtis, ac verſibus Pythiæ tributis: ac cur tandem Pythia carmine Reſpondere deſierit.* 21. *Quibus qualibuſque ambiguitatibus uſi fuerint in Reſponſis adornandis Antiſtites, exemplo cum Dei Heliopolitani, tum aliis quoque, oſtenditur.* 22. *Quo habitu atque ornatu ab Oraculo redierint conſultores, poſt accepta jam Reſponſa: uti & de ſacrificiis, & epulis propter illa datis.* 23. *Conſultores ſæpe plura Oracula ſimul adiiſſe, ſeu plura numero ſuper uno eodemque negotio conſultaſſe, vel ſponte, atque ex motu proprio, vel (quaſi) à Deo, hoc illove, moniti.* 24. *His denique accedit diſquiſitio, cur Oraculum Delphicum Demoſthenis tempore à partibus Philippi Macedonis ſteterit.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

17. QUam artificioſe autem dementia ac furor Dæmoniacus effingi poſſit; ac quam frequenter, non tantum commune vulgus; verum & Docti homines imò & Medicæ artis admodum periti, fallaciis ejuſmodi decipiantur (modo dominetur ipſorum animis, quæ tam latè regnat, ſuperſtitio) plurima harum rerum curioſis nota ſunt exempla; ac quam ſæpè, cum pudore talium nimis credulorum, fraus detecta fuerit, & meritis ſuppliciis affecti harum præſtigiarum tam inventores quam actores. At illuſtre valdè exemplum (ac cui nullum par in omni hiſtoria inveniri puto) habemus apud Ampliſſimum Doctiſſimumque J. A. Thuanum initio libri CXXIII. Hiſtoriarum noſtri temporis: quod hîc afferre me propriis ipſius verbis, nervoſis ſanè atque elegantibus, Lectori tædioſum minimè fore confido:

Publicato Nannetenſi edicto res incidit, quæ non mediocrem Regi moleſtiam, rebus compoſitis ſummam perturbationem attulit. Nam recenti edicti promulgatione plerique factioſi in occulto maximè offendebantur, occaſionemque quærebant res miſcendi, quam ex levi cauſâ tunc oblatam avidiſſimè arripuerunt. Jacobus Broſſerius Romorantino in Sequalonia oppido natus, pannificii ac laboris ruſtici, quo ferè illis locis victitant, pertæſus, circulatorum conditionem per præſtigias plebeculæ vulgò illudentium potiorem duxit, & Martha, quam ſpiritu maligno vexari fingebat, Silvina & Mariâ filiabus ſecum aſſumptis, relicto lare urbes ac oppida Ligeri vicino circumpoſita circumire cœpit, magno hominum ad rei novæ ſpectaculum concurſu. Sed poſtremo ubi fraus patuit, Aureliani & Cleriaci ſacri collegii ſodales conciliari decreto XVI. Kalend. April. & XIII. & XIIII. Kalend. VIIIbr. anno ſuperiore prohibuerunt, ne quis Sacerdos ex illa Diœceſi ad excantandum commentitium illum Spiritum ritus ab Eccleſia præſcriptos uſurparet; qui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

qui aliter faceret, ſacris interdiceretur; inde cum ad Andegavum veniſſet eadem ſimulatione Martha, Carolus Miro urbis Epiſcopus eam, antequam ad ſacras ceremonias accederet, obſervare voluit; Menſæque adhibitam, cum aqua conſecrata pro vulgari propinata nihil commoveri, vulgari, quam conſecratam eſſe dicebat, porrectâ convulſionibus ac membrorum diſtorſionibus ſtatim exagitari cerneret, in fraudis ſuſpicionem venit; quam ut magis convinceret, altâ voce ceremonialem exorciſmorum librum afferri juſſit. Tum recitato primo Æneidos verſu, illa ad id inſtructa, quæ exorciſmi principium per ea verba fieri crederet, affectato membrorum motu à Spiritu torqueri ſe finxit, ob idque ab Epiſcopo mox dimiſſa eſt; monito in arcano patre, ut filiam domum reduceret, neque plebi impoſturis hujuſmodi amplius fucum faceret.

Verùm is Lutetiam verſus iter intendit urbem factionibus ſciſſam, & in qua permultos ſeu credulitate, ſive ut ex eo motus occaſionem quærerent; conſiliis ſuis fraudulentis propitios fore ſperabat, & ad B. Genovevæ cœnobium, populi ob præcipuum cultum concurſu frequens, divertit. Ibi ſacri remedii ope imploratâ, antequam de obſeſſæ vita, conditione, famâ, valetudine anquiſitum eſſet, Patres Capucini occupant, & coram ignara plebe ad exorciſmos Martha contortis membris ſubſiliente, facile adſtantibus perſuadent, verè eam à ſpiritu torqueri. Jamque is rumor tota urbe percrebuerat, cum Henricus Gondius urbis Epiſcopus partes ſuas interpoſuit, & ut negotium ordine procederet, Michaëlem Mareſcotum, Nicolaum Ellanium, Joannem Altinum, Jo. Riolanum, Ludovicum Duretum celeberrimos Academiæ Pariſienſis Medicos accerſiri juſſit, & poſt editas à Marthâ ſolitas geſticulationes, cum Latinè & Græcè interrogata, neutram ſe linguam intelligere oſtenderet, unanimi ab iis conſenſu, Epiſcoporogante, reſponſum eſt, nihil à

Spi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

*Spiritu ; * multa ficta, pauca à morbo esse : tantum reperta lingua rubra & inflammata, & in sinistro hypochondrio obscurum aliquod murmur exauditum : Postridie Ellanius & Duretus eodem conveniunt, & Duretus infixa inter pollicem & indicem acu, an sensu doloris tangeretur, tentare voluit ; cum ad ictum non tremisceret, post peractas ceremonias rogati ab Episcopo sententiam medici, collegas accersiri & in crastinum rem differri petierunt. Igitur Kalend. Aprilib. magna omnium exspectatione à Seraphino Patre exorcismi repetuntur, ad quos Martha oculos rotans lingua exerta, & contortis membris ac toto corpore exhorrescebat ; tum ad hæc verba,* ET HOMO FACTUS EST, *supina desultatione, veluti exossato corpore fluctuans ab altari ad valvas sacelli, in quo erant, irrepsit, quâ re perculsis astantibus, P. Seraphinus commotior exclamavit. Si quis sit adhuc incredulus, hic Spiritum intus agentem sistat, & vitæ periculo cum eo luctetur. Heic Maresco tus nihil nisi fictum videns, & impostu ram non ferens, ego verò, inquit, periculum in me recipiam. Spiritus, si potest, me validior ferat. Quibus dictis statim contra obluctanti manus in cervicem injicit, eamque consistere jubet. Illa ubi se captam videt, cum se amplius commovere non posset, ut impostu ram tegeret, Spiritum abiisse, seseque reliquisse respondet ; & exorcista, ut mendacium auctoritate suâ adjuvaret, Martham nunc esse, & Spiritum discessisse confirmavit : ad hæc cum Marescotus diceret, Spiritus ergo à me fugatus est, Episcopus veritatis indagandæ cupidus rursus exorcismos repe-*

* *Jean de Serres, tome V.* Les Medicins sont requis de dire ce qui leur en semble. Presque tous concluent, & Marescot en porte la parole à l'Evesque : Qu'il n'y a nulle operation diabolique, beaucoup de feintise & peu de mal, peu d'autres (comme en une compagnie il se trouve tousjours des esprits de contradiction, qui penseroient manquer de suffisance s'ils ne raschoient d'affoiblir ou renverser par contraires raisons celles d'autruy) protestent qu'ils remarquent en Marthe tous les signes ordinaires aux demoniaques, &c.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

repeti imperat; illa primò nihil moveri, & cum Mareſcotum cervici ſuæ imminentem videret, ut ipſe Riolanus & Altinus medicinam ſuam curarent, inclamare, cæterum ab omni geſticulatione abſtinere. Mox ubi eos faceſſiſſe credidit, in tergum prolapſa ad notas artes confugere. Tum medici rurſus comparent, & in vacuo luctantem nullo negotio comprehenſam tenent. Cumque Seraphinus, ut ſe erigeret, juberet; Mareſcotus per jocum Spiritum in pedes ſe poſſe erigere negavit, ſe nimirum Jeſu Chriſti, qui malignorum Spirituum terror eſt, fiducia fretos, nihil eorum æſtus minaſve expaveſcere, neque verò heic Spiritum latere, ac nihil præter naturam eſſe. Mareſcotum dicentem excepit Riolanus, & ad Martham converſus, Miſera, inquit, quouſque perges nobis illudere? nunquamne plebeculam ludificare deſines? agnoſce culpam, patent tuæ fraudes, & niſi maturè veniam depoſcas, brevi traderis in manus judicis, qui quæſtione veritatem extorquebit. Hæc omnia Græcè Latinéque dicta, cum Martha interrogata ſe non intelligere faſſa eſſet, habita Medicorum, qui aderant, deliberatione, & ſex ex iis in priore ſententia perſeverantibus, Duretus Spiritu maligno correptam virginem affirmavit, iis præcipue indiciis, quod linguam præter naturam exſeruiſſet, & acum altè infixam nullo doloris ſenſu pertuliſſet. Altinus verò, multa in ea impoſturæ ſigna non inficiatus eſt; cæterum trimeſtre, intra quod diligentius obſervaretur, exſpectandum: nam Joannem Fernelium ſic cenſere, qui non niſi poſt trimeſtre de quodam magnæ dignitatis viro, qui Spiritu vexabatur, cognoſcere potuiſſe in libris de abditis rerum cauſis ſcripſit. Ita eo die diſceſſum eſt; cumque de negotio omninò actum crederetur, poſtridie alii medici arceſſuntur, Mareſcoto aliiſque qui ab initio vocati fuerant, non admiſſis, & coram Seraphino ac Patre Benedicto ex eodem Capucinorum ordine Anglo, Martha præter cor-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

poris motus consuetos etiam ad verba Græca, quæ ignorare se antea dixerat, atque adeo ad Anglicana disertè respondisse dicitur. Demumque attestatio ab iis conficitur coram Episcopo & Josepho Fullone S. Genovefæ cœnobiarchâ III. Non. April. quo Martha verè à Spiritu vexari pronuntiatur. Causæ scripto additæ, quod cum motus illi sine pulsus, respirationis, ac coloris mutatione, violenti & horrendi oris rictus, spuma tenuis, linguæ exsertio, morbo minimè attribui possint, quod in confesso universis erat, & acus in collum & manus infixæ sine doloris manifesti sensu & nullo cruore emisso omnem fictionis suspicionem tollerent, reliquum esse, ut hæc omnia præter & supra naturam Symptomata, ac inprimis linguarum, quas ipsa non didicerat, intelligentia à maligno Spiritu virginem inhabitante proveniant. Eodem scripto continebatur, præter ea quæ coram medicis signa edita fuerant, Fullonem affirmare, Martham cum à sex robustis hominibus teneretur, in sublime quatuor pedes supra ipsorum capita sublatam magna adstantium admiratione aliquandiu constitisse, quæ omnia argumenta scripto contrario postea Marescotus confutavit. Nam quod acus collo infixas non senserit, id coram se factum non esse; & cum ipse coram cæteris collegis idem feciſſet, sensisse Martham: Sed & P. Seraphinum statim inclamasse, Martham esse, & Spiritum ab ea discessisse. Et vero dissimulari sensum hujusmodi læsuræ in parte carnosâ, indicium esse non solum præstigiatores plerosque, sed ipsos pueros aulicos ac lixas, qui in cruribus & brachiis acus admittunt, neque propterea à Spiritu obsideri creduntur. Stoicos olim idem factitasse atque adeo censuisse, dolorem in opinione consistere, & multos ad mortem virgis cæsos nullo doloris sensu, eandem constantiam in Spartana Repub. quasi lege sancitam, & exemplis permultis confirmatam. Multos tanquam Sortilegos eo argumento ad mortem damnatos, qui postea Supremi Senatus judicio absoluti

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

ſoluti ſunt : & ſi ſubtilius in naturæ ſecreta penetrandum eſt, certiſſimum eſſe, quod Galenus contra Ariſtotelem rectiſſimè diſputat, ſenſum non eſſe mutationem quæ fit in inſtrumento, ſed à mutationis cognitione provenire, unde fieri, ut qui profundâ cogitatione defixi meditantur, oculis objecta plerumque non videant, aut quæ coram dicuntur, non capiant, quippe viſus Spiritu cum ſuâ facultate in fonte ipſo retento ; ac ſenſu communi ab anima minimè ad oculos aut aures tranſmiſſo, & anima ipſa alio divertente ; unde eſſe ut inter pugnandum plerique ictus ſclopetorum in partibus carnoſis non ſentiant. Sic Archimedem olim pulveri ſuo intentum Syracuſarum direptarum fragorem auribus non percepiſſe : quod vero ſanguinem non emiſerit, ad rem non plus facere. Nam quotidie evenire, ut quibus vena ſecatur, ſi ad ictum exhorreſcant, ſanguis ſiſtatur. Omnino ridiculum eſſe, quod de ſpuma adducitur. Nam cui dictum viſumve, aut quem fando accepiſſe, Spiritus malignos ſpumam emittere, tenuem, ſpiſſam, albam, nigram? nam nigra omnia iis affingi, & ſcitum eſſe anile commentum, Dæmonem in oculo tunicam albam non habere. Quod ad motus violentos & rapidos, ſine pulſûs, reſpirationis, aut coloris mutatione attinet, eos non tales fuiſſe, quin facile ab aſtantibus medicis reprimi potuerint, & quæ poſtea iis abſentibus facta memorantur, ea januis obſeratis acta. Nimirum non patuiſſe fores, ne pateret veritas, & ut hæc quæ ad miraculum in majus extolluntur, vera ſint, medicæ rei peritis conſtare, in melancholicis, lunaticis, & hujusmodi morbis præpeditis ſpiſſum ac terreſtrem ſanguinem, & qui facile non accenditur ac præterea rarum pulſum eſſe. Plerosque ex iis viſos, qui noctu interdiuque curſitant, cum horrendis clamoribus canum inſtar ululantes, ſine ulla pulſus, reſpirationis, & coloris itidem mutatione, & multum in ea valere conſuetudinem. Marthan verò jam totos XV.

menſes Andegavi, Salmuriæ, Cleriaci, Aureliani, & in hac urbe tanquam ſimiam aut urſam traduci, & geſticulationibus illis aſſuevisſe, eoque minus illis affici: multa in natura cottidie admiranda & fidem captumque humanum ſuperantia deprehendi, quæ tamen minimè Spiritibus, ſed occultis ejuſdem naturæ arcanis aſſignantur, à cane rabioſo morſos tanquam canes latrare. Lycanthropos ululare, & humana carne veſci, quippe læſa phantaſtica facultate cum ſe lupos putent eſſe, imò argumentum reflecti poſſe, ut oſtendatur, Martham à Spiritu minimè obſideri; nam S. Marci teſtimonio convinci poſſe, eos qui à Spiritu exercentur, poſt membrorum agitationes ac violentas convulſiones abſcedente eo attonitos & membris quaſi confractos remanere: idem & Fernelium in libris de abditis rerum cauſis confirmare multis exemplis; atqui Martham nullam pulſus, reſpirationis, coloris mutationem pati; nullâ membrorum fatigatione vexari; igitur minimè à Spiritu obſideri. Ultimum quod à Medicis contra ſentientibus affertur, ſi utique probaretur, magis urgere; Martham cum Græcè & Anglicè interrogaretur, diſertè, quaſi intelligeret, reſpondiſſe. Sed neque id ſatis idoneè probari, & quod in eam rem dicitur, ſuſpicione fraudis non carere, & apparere præmonitam virginem ad interrogata illa hujuſmodi reſponſum dediſſe. Nam ſi Græcè intelligit, cur cum Latinè, quæ lingua toto Occidente adeò communis eſt, interrogatur ſe minimè intelligere dixit? an ſemper audiendos qui Martham tunc eſſe, cum nihil intelligit, & Spiritum ab ea receſſiſſe mendacio tam fœdo patrocinantes blaterant? Quod verò ab aliis additur, eam ſupra eorum, qui captam tenebant, ſe capita efferentem in vacuo aliquandiu conſtitiſſe, præter naturam non eſſe. Nam quicquid rectâ linea movetur, antequam in contrarium moveatur, ut quieſcat neceſſe habere; ſic

pilam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

pilam in parietem ejaculatam, antequam reflectatur, ad parietem quiescere. Sic arteriam post dilatationem, antequam contrahatur, pariter interquiescere. Et verò notandum id à prandio visum : nam mane impostoram iidem, qui nunc contrarium asserunt, concorditer clamitabant, cum videlicet vapores in cerebrum sublati idem quod suffusiones, quæ extra locum suum res ob oculos referunt, operantur. Sic potuisse fieri ut nonnulli duplicem Martham, alteram humi, alteram in sublimi viderint. Quid quod quidam visam eam palpitare intus, & quod equi deficientes faciunt, ilia ducere miraculi loco retulerunt ? alii denique ex imo ventre clauso ore & compressis labiis loqui ? an engastrimythos & sternomanteis Hippocrati non indictos, ipsis ignotos esse ? at cui bono ? inquiunt postremo nonnulli inter eos cordatiores creditu. Nimirum ad emendicandam stipem, & lucrum ex otiosa & inerti vita per præstigias captandum: quis scit an & ad ciendos populi animos, ac denique seditionem in principe regni urbe, exemplo ad alias transituro, excitandam ? Inter hos contentionum æstus immane quantum distracta concordia, & scissa omnium studia, adeo ut metus incesserit, ne res in apertum motum erumperet. Nam prudentiores tam ardens quorundam in ea causa studium sic interpretabantur, quasi occasio edicti nuper facti cum Regis invidiâ convellendi quæreretur, & Rex qui tunc ad Fontem bellaqueum erat ; à fidis monitus, veritusque ne per scrupulosas ac vagas, quæ in hujusmodi ceremoniis interrogationes vulgò fiunt, antiqua odia vix sopita renovarentur, & nova factionum semina inter populum sererentur, Senatui mandavit ut auctoritatem suam interponeret, & coitiones illas, quæ paullum jam à seditione aberant, maturè impediret. Itaque decretum, ut Martha Magistratui traderetur, qui eam diligenter observaret adhibitis medicis ac peritis, & post mensem ad Senatum referret. Petro Lugo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

lio criminalium cauſsarum aſſeſſori, & Franciſco Villamontano cognitoris regii vicario id negotii datum; qui eam totos XL. dies ſub liberâ cuſtodia habuerunt. Quo tempore ad eam viſendam admiſſi N. Ribitus Riverius Regis archiatros, Andreas Laurentius Reginæ item archiatros, Petrus Laſilæus medici collegii decanus, Albertus Faber, Mareſcotus, Ellanius, Altinus, Luſſonus, Petreius, Renardus, Hervardus, Cuſinotus, Amboſius, Palmerius, Marceſius ex eodem ordine: qui omnes nihil præter naturam in eâ puella animadvertiſſe ſcripto teſtati ſunt. Ipſa ferius Paſchalibus peccata coram Sacerdote confeſſa ſacrum viaticum placidè ſumpſit, ceſsantibus, POST MUTATAM CUSTODIAM, *paullatim horrendis illis, de quibus tantus rumor paſſim percrebuerat, geſticulationibus.*

Poſtremum verò hujus Tragœdiæ actum (nam Tragicum planè exitum habuit hæc res, actoribuſque luctuoſum) videat Lector apud hunc eundem Thuanum, & in Epiſtolis verè aureis Illuſtriſſimi Cardinalis Oſſatii: quod ea quidem ſint extra meum propoſitum, digna tamen quæ à talium curioſis ibi legantur.

Huic hiſtoriæ addi poſſet & alia, quæ in Zelandia noſtra accidit in muliere Helena appellata; cui Diabolus (ut turpi ipſa ac flagitioſo mendacio confingebat) pecuniam, quin & annulos aureos quandoque, pluraque alia, non magnæ molis, ſubitò, ac quidem præſentibus aliis, iiſque pluribus, hominibus, afferebat. Ex quo Diabolo quoque dum illi incubo ipſa pro ſuccuba, uti prætendebat, inſerviret, infantem quoque ſuſceperat ac pepererat eodem mendacio confictum.

In quam fœminam tamen, poſt multas turbas ab ipſa excitatas; cum jam arctiori cuſtodiæ fuiſſet mandata, ac tempus brevi inſtaret, quo publica pœna atque infamia eſſet notanda, illamque & propria machinatione, & aliorum ad id auxilio, effracto carceris muro fuga vitaviſſet; hæc ſequens (ſicut

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

(ſicut & in adjutores) lata, ac publice pronuntiata, fuit ſententia: quam hîc Belgico idiomate, ex apographo authentico, Sigillo publico D. D. Ordinum Zelandiæ munito, inſerere volui:

Fol. 64.

NOTIFICATIE.

BAlliu, Burgermeeſters, Schepenen en Raden der Stad Middelburg in Zeeland, allen den genen die deſen ſullen ſien ofte hooren leſen Saluyt, doen te weten, alſoo ſeeker bekend vrouwsperſoon Helena Wouters *genaamd, nu eenigen tyd geleden, omme wettige redenen, door ordre van de Regeeringe binnen onſe Stad in het Simpelhuis in bewaringe is geſteld geworden; en dat deſelve* Helena Wouters, *omme de hand van de Juſtitie te ontvlieden, tuſſchen Sondag en Maandag laaſtleden, des nachts ontrent twaalf uuren, geweldiger wyſe uyt het gemelde Simpelhuys is uytgebroken, en alſoo haar uyt hare detentie metter vlucht geſalveerd: en dat wy mede ſekerlyk bewuſt ſijn, ook by wettige informatie ons gebleken is, dat eenige quaadwillige perſoonen onderſtaan hebben de voorſchreve* Helena Wouters *in haar doen te aſſiſteren; tot ſoo verre ſelver, dat ſy de muyr van het voorſchreve Simpelhuys van buyten hebben geforceerd, en met geweld een gat daar in gebroken, waar door ſy het is ontkomen: En dewyle de Juſtitie daar aan ten hoogſten gelegen is, dat de voorſchreve* Helena Wouters *niet alleen, maar ook de handdadigen die haar in maniere voorſchreven hebben geaſſiſteerd, in hechteniſſe geraken.* SOO IS 'T, *dat allen en een yder van wat conditie hy zy, by deſen wel expreſſelyk geinterdiceerd en verboden word, de voorſchreve* Helena Wouters, *en vordere voorſchreve handdadigen te logeren, verſteken, verbergen, ofte in eeniger manieren te doen logeren, verſteken of verbergen, op pene ſelver daar over aan den lyve geſtraft te werden: maar ter contrarie vriendelyk verſocht; en by deſen wel expreſſelyk gelaſt, tot maintien van de Heylſame Juſtitie, getrouwelyk de hand te leenen, en vervolgens de voorſchreve* Helena Wouters, *en alle andre quaadwilligen, die haar in eeniger maniere aan het voornoemde enorm delict hebben ſchuldig gemaakt, die haar bekend ſijn, ſoo haaſt doenlyk, by naam en toenaam, ofte wel anderſins, aan den Heer Officier, ofte ons aan te brengen. Ende op dat yder daar toe dies te meerder werde verplicht, en aangemoedigd, ſoo ſal yder voor den perſoon van de voorſchreve* Helena Wouters, *als mede voor yder der voorſchreve verdere perſoon of perſonen, die*

daar

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

daar door ſullen in hechteniſſe geraken, en by confeſſie ofte andre legale bewyſen bevonden ſullen werden aan het gene voorſchreve ſchuldig te weſen, aanſtonds voor een vereeringe genieten honderd Caroli guldens, en ſal der ſelver naam uerden geſecreteerd, omme jegens de voorſchreve perſoon, ofte perſoonen alsdan te werden geprocedeerd, ſoo als in goeder Juſtitie bevonden ſal werden te behooren. Actum ten Rade, den 18 Julii 1674. en gepubliceerd ter peuye van den Stadhuyſe.

Accordeerd met het Regiſter van publicatie der Stad Middelburg in Zeeland.

M. de la Palma de St. Fuentes.

Cætera in Belgico meo de Oraculis habentur tractatu.

18. Illa vero quæ intra ipſa Adyta aliiſve in locis occultis, quæ hiſce impoſturis perpetrandis accommodata erant, peragebantur, non omnes Conſultores æque prope, introſpiciebant, neque eò admittebantur; uti liquet ex illis, quæ attuli, dum de Antris, uti & de cella, unde Oraculorum Reſponſa illi opperiebantur, loquerer. Nec credendum eſt id ullos ſibi permiſſum putaſſe, exceptis iis, qui aut ſummo ibi gaudebant imperio, vel tanta poteſtate atque auctoritate erant, ut ſibi id licere, jure aut merito, putarent: uti iſtud ex exemplis cum Alexandri Macedonis (præcipuè ad Ammonis Oraculum, de quo infra plura dicam) tum Appii (de quo Lucanus canit) tum denique ex exemplo Veſpaſiani apparet; de quo Tacitus lib. 4. Hiſtoriarum ita loquitur: *Altior inde Veſpaſiano cupido adeundi ſacram ſedem, ut ſuper rebus imperii conſuleret. Arceri templo cunctos jubet, atque ingreſſus intentus Numini, reſpexit poſt tergum, &c.*

Pythia igitur illa Delphica, ſive virgo ea eſſet, ſive anus, ſimulque aut unica, ibi ſedem obtinens, aut ex duabus vel tribus numero, id munus adminiſtrantibus, ſorte delecta, aut aliàs quoque ſupernumeraria; illa Pythia, dico, ſeu carmine,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
366 F 33

ne, seu prosa oratione sua, post talia prægressa, Consulentibus reddebat Responsa. At (quamvis simul ἐγγαστρίμυθος non fuerit, ut ostendi in Dissertatione de Divinationibus Judæorum Idololatricis, cap. XI.) furiosa, & inconditis corporis mentisque motibus, ac sono terribili. Atque ita quidem, ut interpretibus hîc opus esset. Quod interpretandi munus administrabant Prophetæ ac Poëtæ: qui quicquid demum effudisset Pythia, facile accommodabant ad petitionem seu viva voce, (quod rarius contingebat) seu per libellos factam.

Quod apud ipsos Ethnicos nullibi legimus; ac quod non nisi nuda assertatione affirmant veteres nonnulli Christiani, eosque secure hîc secuti multi ex recentioribus Theologis, est, Pythiam, dum sic in Tripode sederet, recepisse non tantum intra corpus *Cacodæmonem*, seu *Diabolum*; verum & per ipsius muliebria, seu membra pudenda, in ipsum corpus intrasse, ac per os illius *Responsa*, quæ Ethnici *Divina*, Christiani vero Diabolica, appellabant. Quæ fabulosa traditio nulla firmata experientia aut ratione, ejusdem plane valoris est, cum illa quam de mortuorum resurrectione per Zachuru, de qua in mea Dissertatione, de Divinationibus Judæorum Idololatricis (cap. IX. locutus fui) Judæi ridiculè confinxerunt.

Primus autem qui inter Christianos, quod sciam, illud asseruit est Origenes: qui lib. 7. Contra Celsum ita loquitur: Ἰσόρηται τοίνυν περὶ τῆς Πυθίας, ὅπερ δοκεῖ τῶν ἄλλων μαντείων λαμπρότερον τυγχάνειν, ὅτι περικαθεζομένη τὸ τῆς Κασταλίας στόμιον ἡ ἔξ Ἀπόλλωνος προφῆτις δέχεται πνεῦμα διὰ τῶν γυναικείων κόλπων ἔξ ὑπηρωθεῖσα ἀποφθέγγεται τὰ νομιζόμενα εἶναι σεμνὰ καὶ θεῖα μαντεύματα. ὅσα δὲ διὰ τούτων, εἰ μὴ ὁ ἔξ ὑπάλληλος σκεύνα ἀπάγεται καὶ βίβλον ἐμφαίνεται μὴ διὰ μανῶν καὶ ἀφανῶν πόρων. ἐπὶ πολλῷ γυναικείων κόλπων καθαρωτέρων ἐπεισιὼν τῇ ψυχῇ τῆς θεατιζούσης· ἀλλὰ διὰ τούτων, ἃ δὲ θέμις ἦν τῷ σώφρονι καὶ ἀνθρώπῳ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

βλέπειν, ὅπω λέγεται ἡ καὶ ἁπλεως· καὶ τοῦτο ποιεῖν οὐχὶ ἅπαξ πως, οὐδὲ δις (ἴσως γὰρ ἔδοξεν ἀνεκτότερον τὸ τοιοῦτο τυγχάνειν) ἀλλὰ πολλάκις, ὁσάκις προφητεύειν ἐκείνη ἀπὸ τοῦ Ἀπόλλωνος πεπίσται. *Certe de Pythia, quo non aliud manteion est celebrius, narratur vatem illam Apollinis desidere super foramen specus Castalii, & ascendentem inde spiritum per muliebre gremium recipere, quo repleta profert ista præclara & Divina, ut putantur Oracula. Considera nunc, an non hoc ipso abunde intelligatur spiritus illius impuritas, non per cæcos meatus multo puriores muliebri gremio penetrantes in animam fatidicam, sed per eos quos vir honestus non sustineret aspicere, nedum tangere: idque non semel atque iterum, quod fortasse ferendum erat, sed quotiescunque illa inflata Phœbo prophetare creditur.*

Hunc sequitur Chrysostomus; qui Hom. XX. in 1 Cor. 22. ita, (æque hæsitanter tamen quam Origenes per *narrant* ac *dicunt*) loquitur: Λέγεται δὲ ἡ Πυθία γυνή τις οὖσα, ὑπικαθῆσθαι τῷ τρίποδι ποτὲ τοῦ Ἀπόλλωνος, διαιρεῖσθαι τὰ σκέλη· εἶθ' ὕτω πνεῦμα πονηρὸν, κάτωθεν ἀναδιδόμενον, καὶ διὰ γενετικῶν αὐτῆς διαδυόμενον μορίων, πληρῶν τὴν γυναῖκα τῆς μανίας· καὶ ταύτην τὰς τρίχας λύσασαν λοιπὸν, ἐκβακχεύεσθαί τε, καὶ ἀφρὸν ἐκ τοῦ στόματος ἀφιέναι, καὶ ὕτως ἐν παροινίᾳ γινομένην τὰ τῆς μανίας λέγειν ῥήματα. *Dicitur Pythia (mulier quædam) insidere Tripodi quandoque Apollinis, ac quidem cruribus apertis: sicque malignum Spiritum inferne in corpus ejus penetrantem, ipsam implere furore: eamque inde comis resolutis & bacchari & spumam ex ore emittere; atque ita inebriatam maniaca illa proferre verba, (seu Responsa.)*

Ex hoc vero Chrysostomo sua mutuatus videtur Aristophanis Scholiastes, qui pene iisdem verbis utitur: Ἐπικαθημένη τῷ Τρίποδι, καὶ διαιρεῖσθαι τὰ σκέλη πονηρὸν καταθεν πνεῦμα διὰ τῶν γενετικῶν ἐδέχετο μορίων, καὶ τὰς τρίχας λύσασα, καὶ ἀφρὸν ἐκ στόμα-

σόματος πίμπτου, καὶ μαίνεσα, τὰς παιδείας, ἢ μάλλον μανίας ἐφήγησεῖο.

Videmus autem hæc orta fuisse ex ista opinione, quod Dæmones Gentium revera Diaboli essent; & omnia illa quæ ab Ethnicis de Dæmonibus fabulosè quamvis narrata sunt, Diabolis esse verè tribuenda. Quis autem talia in hac Pythia ipse vidit, aut ab alio ista vere experto hausit?

19. *Prophetæ*, interim *sorte jacta vices suas obibant*: isque cui id pro tempore obtigerat, procul dubio, Responsa Pythiæ ex Adytis referebat: cum illa Responsa sua furibunda quasi, confusa atque obscurissima inde, proferret. Isti igitur illa concinnabant: neque hoc sufficiebat. Verum & Poëtæ aderant, qui talia Responsa ex ore Prophetæ in carmina redigerent. De hac *Prophetarum sortitione* jam aliquid ex Euripide adduxi. Apud alia Oracula illos quoque vaticinantis Dei interpretes fuisse, ex Ammonis, ex Dodonæi Jovis & aliorum Oraculorum descriptionibus cognoscimus.

At quandoque Dii ipsi hominibus loquebantur: verum ævis antiquis magis: idque Delphis quoque contigisse existimat *Nonnus* ille, qui in Orationes steleteuticas Gr. Nazianzeni commentatus est; namque ad verba, πάλιν ἀνδρίας ἄφωνος ὁ Ἀπόλλων. hæc sequentia habet: Περὶ δὲ τούτου τοῦ ἀνδριάντος πῦ τε ἵστατο καὶ πῶς ἐφθέγξατο, ἡμεῖς οὐκ ἱστορήσαμεν. Δεῖ δὲ νομίζειν εἶναι τὸν ἀνδριάντα ἐν Δελφοῖς, καὶ αὐτὸν φωνὴν ἄναρθρον ἀποπέμπουσα. Ἐιδέναι γὰρ χρὴ ὅτι αἱ τῶν δαιμόνων φωναὶ ἄναρθροί εἰσιν διὰ τὸ μὴ ἔχειν ὄργανα φωνητικὰ ὅπως διατυπώσωσι τὴν ἐξερχομένην φωνήν.

De hoc andriante, ubi steterit, ac quomodo locutum fuerit, nos nihil narravimus. Existimandum verò est, statuam in Delphis, etiam ipsam vocem inarticulatam emittere. Nam scire opportet Dæmonum voces esse inarticulatas, propterea quod non habeant organa quibus vocem articulatam emittere queant.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Hæc, mi lector, indicare videntur etiam Delphis quandoque αὐτόφωνα, (ſive ipſius Dei ore, reddita) Oracula data fuiſſe: quibus Prophetæ interpretes erant; uti de ſortibus ſacris Delphorum idem aſſerit: qui ibi, ſicut Ceretum aliorumque, motæ fuerint, ac per illas, ſive Interpretibus Prophetis, ſive ipſa Pythia; futura indicarint. De hoc Delphico igitur Oraculo atque urbe ita loquitur: Ἐν τούτῳ τῷ ἱερῷ ἦν ὁ τρίπους καὶ αἱ ψῆφοι αἱ μαντικαί. καὶ αἱ μὲν μαντικαὶ ψῆφοι ἦσαν ἐν τῇ φιάλῃ τοῦ τρίποδος. ἡνίκα δ' ἂν ὁ μαντευόμενος ἐρώτα περὶ τῆς μαντείας, αἱ ψῆφοι ἤλλοντο καὶ ἐκινοῦντο ἐν τῇ φιάλῃ. ὅτε δ' ἡ Πυθία ἐνεφορεῖτο, καὶ ἔλεγεν ἃ ἤθελεν ὁ Ἀπόλλων. ἐκαλεῖτο δὲ ἡ προφῆτις Πυθία. &c.

In iſto templo erat Tripos & ſortes Divinatoriæ. Et erant hæ ſortes Divinatoriæ in Phiala Tripodis [qui ὅλμος vel Cortina eſſe debuit.) *Quando igitur ille qui ad Oraculum conſulendum advenerat, interrogationes ſuas inſtitueret, ſortes illæ in phiala movebantur: ac tunc Pythia implebatur, & proferebat illa quæ volebat Apollo.* Quæ phiala ὁ ὅλμος fuiſſe videtur.

Ex hiſce atque aliis nunc allatis, ac quæ ulterius afferri poſſent, ſatis clare percipere poſſumus, Conſultores Oraculi *ex narratione, ſeu traditione Prophetarum, Hoſioteron*, ſive ὁσίων, *Poëtarum, aliorumque inde lucra ac commoda captantium*, quæ tam variè ac diverſe de hoc [uti & de aliis, ſicut mox videbimus] Oraculo, à ſcriptoribus traduntur, hauſiſſe.

Alii nempe eam *potâ* ſive *Caſſotidis* aquâ, ſive *Caſtaliâ, furere ac divinare cœpiſſe*; alii *vapore ex antro ſacro in corpus ipſius aſcendente*; imò alii, ac quidem Chriſtiani (quod tamen, uti oſtendi, per *dicunt* ac *tradunt*, ac ſimiles loquendi formulas exprimunt) per *muliebra membria* in corpus penetrante: alii autem aliter tradunt: cum interim nemo præter Antiſtites aut harum impoſturarum neceſſario conſcios, in ipſa Adyta admitteretur.

Ut

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Ut vero redeam pauliſper ad Oracula illa *αὐτόφωνα*, notanda veniunt hæc verba Juvenalis:

Templorum quoque majeſtas præſentior & VOX
Nocte fere media, mediamque audita per urbem.

Cui exemplo, illa quoque æque conficta addenda ſunt *Junonis Monetæ* ſcilicet, *Aji Locutii*, *Fortunæ muliebris*, ac denique *Sylvani*; *cujus ore*, ut Valerius Maximus habet, *vox è proxima ſylva Arſia*, *ad præliantes Romanos miſſa traditur*. De cujuſmodi confictis miraculis cum Livius, tum Dion Halicarnaſſæus, tum denique alii legendi ſunt. Dum tamen memineris, quid ipſe Valerius Maximus (iſtorum in hiſce Anteſignanus) de ejuſmodi miraculis ſentiat, lib. I. cap. 8.

Quam facile autem ejuſmodi voces Deorum, adeoque & Oracula *αὐτόφωνα* fabricari potuerint, oſtendunt & illa quæ inferius de capite Romæ ab Ath. Kirchero conſtructo, affero, quæque alibi quoque de capitibus arte humana loquentibus adduco. Quibus addenda quæ Lucianus de draconis capite, ſpeciem humani capitis præ ſe ferente, lineiſque notato aliisque artibus bellè expreſſo: quod per pilos equinos os aperiret & clauderet; cuique lingua, ſicuti draconum biſulca & atra prominebat, quæ & ipſa traheretur à pilis. Quo cum Alexander ille magis attonitam vellet reddere multitudinem, pollicitus eſt ſeſe exhibiturum *ipſum Deum loquentem*, ac ſine interprete Reſponſa dantem. Deinde non magno negotio gruum arteriis contextis, & per illud arte aſſimulatum caput inſertis, alio quopiam per has foris inſonante, ad interrogata Reſpondebat, voce per Æſculapium illum linteo confectum ad Aures promanante: quæ Reſponſa *ipſius voce reddita* vocabantur. Neque [pergit Lucianus] paſſim dabantur: verum ſplendidis, opulentis, ac [NB.] munificis.

Quod vero attinet ad *ipſius Pythiæ vocem*; *illa humanis*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

majora ſonabat. Nam ſi ſolum *fingere* videri volebat furorem Divinum,

—— —— —— non rupta trementi
Verba ſono, nec vox antri complere capacis
Sufficiens ſpatium, nulloque horrore comarum
Excuſſæ laurus, immotaque culmina templi,
Securumque nemus, veritam ſe credere Phœbo
Prodiderant.

At cum jam vere obſeſſam ſe ſerio ſimularet, longe alia artificia accedebant: Namque

Spumea tunc primum rabies veſana per ora
Effluit, & gemitus, & anhelo clara meatu
Murmura: tunc mæſtus vaſtis ululatus in antris,
Extremæque ſonant, domita jam virgine, voces.

Ac quando jam ex Adytis redibat,

—— —— —— tunc pectore vatis
Impactæ ceſſêre fores, excluſaque templis
Proſiluit, &c.

Quod inde Virgilius in Sibylla, cum Æneas ab ipſa Reſponſa poſceret, optimè ſic imitatus eſt:

—— —— —— tremere omnia viſa repente
Liminaque, laurusque Dei, totusque moveri
Mons circum, & mugire Adytis cortina reclaſis.

Qualia cuncta, ut à Poëtis maxime exaggerantur, ita à ſuperſtitioſis adhuc majori cum imaginatione ac terrore accipiebantur: cum quoque hæc omnia arte aut perfici aut adjuvari, adaugerique in immenſum, poſſent.

De voce humana namque conſtat, eam in immenſum adaugeri poſſe, ac modificari, per fornices ac tubulos artificioſe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

cioſe conſtructos ; ac ſimul in immenſa ſpatia diffundi & extendi per tubas locutorias iſtas, quæ, ſive Samuele Morlando Equite Anglo, ſive ab Athanaſio Kirchero (qui eas ſibi, ut jam ante Morlandum excogitatas vindicat) inventæ, nunc ab aliquot, imo multis, annis per Europam ſatis notæ ſunt. Tubulorum talium, ac quidem ſubterraneorum, nobis ſpecimen præbuit olim inſignis mercator ac curioſioris ſimul botanicæ amator æque ac ſciens, Petrus De Wolf : ut per quam tubam per centenorum pedum ſpatium aliquis modico admodum ſono locutus, & commodiſſime ab altera parte auditur, & reſponſa ad interrogata quam optime accipit : quamvis ille ad quem aut interrogata, aut mandata, aut narrata denique, diriguntur, minime aures ad os tubæ iſtius admoveat : verum in altera parte iſtius conclavis aut cubiculi, in quod tuba iſta deſinit, verſetur atque aliis occupetur. Ita quoque ut papagallum in conclavi aut cubiculo, caveæ incluſum, neque ullatenus tubæ iſtius ori, aut aperturæ admotum, ab altera ejus extremitate (nequidem ibidem auribus tubæ ori admotis) ſua verba ſonantem quam diſtincte intelligant.

Cui exemplo addatur & illud caput jam dicti Ath. Kircheri (cujus deſcriptionem jam alibi, propriis ipſius verbis, dedi, quodque iſte nomine Delphici Oraculi appellat ;) cujusque deſcriptioni (in Phonurgiæ lib. 1. capite 6.) hæc addit : *Nam & ſtatua os ad normam loquentis aperit & claudit, oculos movet. Ideo autem hujusmodi artificium condidi, ut impoſturas ac fallacias, fraudeſque veterum ſacerdotum, in Oraculorum conſultatione oſtenderem. Dum enim per tubos fictos (quos in Oedipo deſcriptos vide) Reſponſa darent, populum unà ad oblationes profuſe faciendos, ſi exaudiri vellent, cogebant : atque proinde hâc fraude magni illis lucri incrementum cederet.*

20. Interim *Poëtæ* (quorum mentio aliqua à me facta fuit) *Reſponſa* modò data metris, ſeu verſibus includebant : qui, ſicuti

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

ſicuti ex Pauſaniæ exemplo de Philomelo vidimus, hinc publicè (præſertim ſi bona, ac pro Conſultorum voto reddita fuerant) oſtentui ſuſpenſa exponebantur, vel tabellis, vel aliter, inſcripta. De quibus Poëtis, qui ut Strabo ait, *illa quæ proſa oratione edita fuerant Oracula in verſus numeroſque redigebant;* ita etiam Plutarchus, plane eodem modo loquitur: Πολλῶν δ' ἦν ἀκέειν ὅτι πυθικοί τινες ἄνδρες ἐκδεχομένοι τὰς φωνὰς, καὶ ὑπολαμβάνοντες ἔπι καθήνταις τοῖ τὸ λεγόμενον, ἔπη ἢ μέτρα, καὶ ῥυθμὰς οἷον ἀγγεῖα τοῖς λεγομένοις ἐκ τοῦ θεοφορουμένου περιπλέκοντες. *Multos quoque audiviſſes qui dicerent, Poëtas quoſdam etiamnum apud Oraculum deſidere, qui voces exciperent, iisque ſubitò verſus & numeros tanquam vaſa quædam circumplicarent.*

Cur etiam initio quidem carmine, poſterioribus vero temporibus ſolum proſa oratione, reſponderit prætenſus Apollo, in cauſa procul omni dubio fuit, quod non ſemper tales paratas haberent Pythias, quæ verſus ſatis bonos ipſæ componere poſſent, & ſic per illa reſpondere Conſulentibus; quæve accurate ſatis, atque ita ut opportebat, eos proferre poſſent. Unde etiam verſus manci atque hiulci, aut, ut Lucianus ait, ὑπέρμετρα καὶ ἔνδεια μέτρα, prodibant; ac quod à Sacerdotibus, qui eos in anteceſſum componebant, ex inſcitia legum metricarum male ac vitioſe facti fuiſſent. Hinc ergo cum riſu ac contemptu à multis excipiebantur; ab Epicureis imprimis, Cynicis, Ariſtotelicis, Peritaticis atque aliis: quibus aliàs multis de cauſis (cum veritatem rei ſat clare perſpicerent) omnia Oracula contemptui ac ludibrio erant. Sic videmus exinde & Oenomaum & Ciceronem & alios, poſtque illos Lucianum, ubicunque potuerint, occaſionem arripuiſſe iis falſe & acriter inſultandi: ſicut inter alia id patet ex hujus poſtremi dialogo, cui titulus Jupiter Tragœdus. Ubi Mercurius Deorum convocationem ad Concilium verſibus tentare non auſus ita loquitur: Ὁρῶ γὰρ καὶ τὸν Ἀπόλλω γελώμενον ἐπ' ἐνίοις τῶν λεγομένων.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

σμῶν. καὶ τοὶ ἀπικρυπτόσης τὰ πολλὰ τῆς ἀσφαλείας, ὡς μὴ πάνυ σχολὴν ἄγειν τὰς ἀκόντας ἐξεπίζειν τὰ μέτρα.

Itaque video Apollinem ob Oracula nonnulla derideri, quamquam cautionis causa multa obscuret, ne omninò audientes otio indulgeant ad expendendos versus. Sunt autem verba Mercurii, qui modo dixerat : Ἐγὼ δὲ ἥκιστα ποιητικός εἰμι ὥστε διαφθερῶ τὸ κήρυγμα, ὑπέρμετρα ἢ ἐνδεᾶ ξυνείρων. καὶ γέλως ἔσται παρ' αὐτῶν ἀπὶ τῇ ἀμουσίᾳ τῶν ἐπῶν.

At ego Poëticen non calleo, adeò ut præconium sim corrupturus, si hypermetros & defectivos versus, connectam: & risum ipsis movebo meâ carminum imperitiâ. Quibus tum adhærent verba statim adducta.

Sed nec Plutarchus id ullo modo dissimulat : verum è contra causam inquirit unde illud contigerit (ac quidem satis superstitiosè) in Dialogo illo, cur Pythia non amplius carmine redderet responsa, hisce sequentibus : Ἐκ τούτου γιγνομένης σιωπῆς, πάλιν οἱ περιηγηταὶ προσεκαλέζοντο τὰς ῥήσεις. ζητησάν δέ τινες ἐμμέτρους λεχθέντος, οἷμαι περὶ τῶν Αἰγωνος καὶ Ἀργείας βασιλείας, πολλάκις ἔφη θαυμάσαι τῶν ἐπῶν ὁ Διογενιανὸς, ἐν οἷς οἱ ζητηταὶ λέγουσι τὴν φαυλότητα καὶ τὴν ἀτέλειαν, καίτοι μαντέως ὁ θεὸς, ἐν τῷ λογιότητος οὐχ ἧττον αὐτῷ τὸ καλὸν, ἢ τῶν περὶ μέλη καὶ ᾠδὰς καὶ εὐφωνίας μετεῖναι, καὶ πολὺ τοῦ Ἡσιόδου ἀμείνω καὶ τοῦ Ὁμήρου ἁρμοττόντως. τὰς γὰρ πολλὰς τῶν ζητημάτων ὁρῶμεν ἐν τοῖς μέτροις καὶ τοῖς ὀνόμασι παλαιμελείας καὶ φαυλότητος ἀναπεπλεγμένας. παρὼν δὲν Ἀθήναιος ὁ ποιητὴς Σεραπίων, Εἶτα (ἔφη) ταῦτα τὰ ἔπη τοῦ θεοῦ πιθανόντες εἶναι, τὸ ἄσημον, ὡς λέγεται, καλλὶ τοῦ Ὁμήρου καὶ Ἡσιόδου λέγειν, ἃ ζητοῦμεν τότε ὡς ἄμεινον καὶ κάλλιον πεποιημένα, ἐπανορθούμενοι τὴν αὐτῶν κρίσιν ἐκκατειλημμένην ὑπὸ φαύλης συνηθείας; ὑπολαβὼν δὲν Βόηθος ὁ γεωμέτρης (οἶσθα γὰρ τὸν ἄνδρα μεταπαιδεύμενον ἤδη πρὸς τὸν Ἐπίκουρον) Ἆρ' οὖν ἔφη τὸ τοῦ ζωγράφου Παύσωνος ἠκήκοας; Οὐκ ἔγωγε (εἶπεν ὁ Σεραπίων) ἀλλὰ μοὶ ἄξιον. ὑπολαβὼν γάρ, ὡς ἔοικεν, ἵππον ἀλινδούμενον γράψαι τρέχοντα ἔγραψεν. ἀγα-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

γακ]ὰν τ῀ δὲ τ῀ ἀνθρώπῳ, γελάσας ὁ Παύσων κατέστρεψε τ῀ πίνακα· κἀ γραμμῶν ἄνω τ῀ κάτω, πάλιν ὁ ἵππ῀ ἀ τρέχων ἀλλ' ἀλινδούμενος ἐφαίνε῀. τ῀῀ φησιν ὁ Βίων ἐνίοις τ῀ λόγων πάσχειν, ὅταν ἀναστρέφωσι. διὸ ⟨ὲ⟩ τὰς χρησμὰς ἔνιοι φήσασι ἀ καλῶς ἔχειν, ὅτι τ῀ θε῀ εἰσιν· ἄλλοι τ῀ θε῀ μὴ εἶναι ὅτι φαύλως ἔχασιν.

Secundùm hæc silentio facto, rursum enarratores sacrorum Oracula deprompserunt. Ibi quum Oraculum quoddam carmine editum recitaretur; de Regno (ni fallor) Ægonis Argivi: Diogenianus ajebat, sæpenumero se admiratum fuisse VERSUUM, QUIBUS ORACULA EXPRIMERENTUR VILITATEM ATQUE VITIA. *Atqui Apollinem Musarum ducem esse, & ad quem non minus eloquentiæ quam cantilenæ & vocis elegantia pertineret, & qui Homerum Hesiodumque longe antecelleret facundiâ.* TAMEN PLERAQUE ORACULA ET CONTRA METRI LEGES, ET VOCABULORUM PRAVITATE PECCARE. *Aderat unà Serapio Poëta, qui Athenis eò venerat. Is, putatis ergò, inquit, versus istos Apollinis non esse? Sinamus verò eos, ut dicitis, Homericis & Hesiodeis pulchritudine longè inferiores esse, annon utemur iis ut optimè compositis, corrigentes judicium, quod de iis pravâ consuetudine præoccupante fertur? Sub hæc Boëthus Geometra, quem nosti jam in castra Epicuri transitum parare; Audistine, inquit, Pausoni pictori quid contigerit? Non sanè, ajebat Serapio. Atque dignum est auditu, inquit Boëthus. Conduxerat is pingendum equum qui sese volutaret, pinxit currentem; & locatore iniquè id ferente, ridens tabulam invertit, ut inferis sursum elatis partibus, equus jam non currens, sed volutans se videretur. Hoc ait Bio quibusdam etiam Orationibus accidere quando invertuntur. Itaque & Oracula aliqui non dicent bene habere, quia Deus eorum*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

rum ſit author: alii (è contra) Dei non eſſe, quia ſunt vitioſa.

Ridet, ut videmus; non inſulſe Boæthus illorum hominum ingenium, qui omnia libentius credere volebant, quam non credere vi Dæmonum Oraculorum dari Reſponſa: quique potius omnem everti artem metricam paſſi fuiſſent, quam ut confiterentur etiam peſſimos verſus eſſe malos vel metricis legibus contrarios, ſi à Pythia fuiſſent prolata; imò potius ad illud ignorantiæ ac ſuperſtitionis Aſylon confugiſſent, hæc captum noſtrum ſuperare. Cujuſmodi homines Cicero quoque ſalſè admodum & feſtivè deridet. Sed antequam ad ipſum deveniam, paucula quædam huc facientia adducam ex Plutarcho: Ἡμεῖς δὲ, ὦ Βόηθε, κἂν ἡ φαυλότερα τῶν Ὁμήρου τὰ ἔπη, μὴ νομίζωμεν αὐτὰ πεποιηκέναι τὸν θεὸν, ἀλλὰ ἐκείνου τὴν ἀρχὴν τῆς κινήσεως ἐνδιδόντα, ὡς ἑκάστη πέφυκε κινεῖσθαι τῶν ψυχῶν. καὶ γὰρ εἰ γράφειν ἔδει, μὴ λέγειν, τὰς λέξεις, οὐκ ἂν οἶμαι, τοῦ θεοῦ τὰ γράμματα νομίζοντας ἐψέγομεν, ὅτι λείπεται καλλιγραφίᾳ τῆς βασιλικῆς· ὁ γὰρ ἔστι θεοῦ ἡ γῆρυς, οὐδὲ ὁ φθόγγος, οὐδὲ ἡ λέξις, οὐδὲ τὸ μέτρον, ἀλλὰ τοῦ γυναικός. ἐκεῖνος δὲ μόνας τὰς φαντασίας παρέσχηται, καὶ φῶς ἐν τῇ ψυχῇ ποιεῖ πρὸς τὸ μέλλον. ὁ γὰρ ἐνθουσιασμὸς πιθανόν ἐστι. καθόλου δὲ εἰπεῖν ὑμᾶς τοὺς Ἐπικούρου προφήτας (δῆλος γὰρ εἶ καὶ σὺ τοῖς ὑποφερομένοις) οὐκ ἔστι διαφυγεῖν, ἀλλὰ κακίας αἰτιᾶσθε τὰς πάλαι προφήτιδας, ὡς φαύλοις ποιήμασι χρωμένας, καὶ τὰς νῦν κατολοφύδνη καὶ διὰ τῶν ἀπιτυχόντων ὀνομάτων τοὺς χρησμοὺς λεγούσας, ὅπως ὑμῖν ἀκεφάλων καὶ λαγαρῶν, καὶ μειώρων ὀθόνας μὴ ὑφέχωσι. καὶ ὁ Διογενιανὸς, μὴ παῖζε, εἶπε, ὦ πρὸς θεῶν, ἀλλὰ διάλυσον ἡμῖν ταύτην τὴν ἀπορίαν κοινὴν οὖσαν. ἁδεῖς γάρ ἐστιν ἄλλων, ὃς οὐκ αἰτίαν ἐπιζητεῖ καὶ λόγον ὡς πέπαυται τὸ μαντεῖον ἔπεσι καὶ λόγοις χρώμενον.

Nos autem, Boæthe, quod Pythici verſus Homericis ſunt deteriores, non cenſeamus Apollinis eſſe: ſed hoc [Apolline] *Initium motus ſubjiciente, ſuo quamque Antitiſtarum*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

motu concitari. Etenim si scribenda fuissent, & non enuncianda Oracula, non puto nos literas Deo imputaturos fuisse, ac reprehensuros, quod elegantiâ regias non æquarent. Non enim Dei est vox, non sonus, non dictio, non metrum: sed fœminæ: Ille duntaxat visa suggerit, lumenque in animo excitat, ad videndum futura, talis est enim instinctus furorve divinus. Universè autem ut dicam, vos Epicurei Vates (de quibus te quoque esse apparet) effugere non licet: sed vitio datis priscis Antistitis, quod malis usæ sint versibus: itemque eas quæ hodie prosa Oratione & quibusvis vocabulis responsa dant, ne cogantur apud vos causam dicere propter mutilos elumbesve versus. Heic Diogenianus, noli, inquit, ludere, obsecro, sed hanc nobis difficultatem explica, communem omnium. Nemo enim aliorum etiam est, qui non causam quærat cur Oraculum desierit versibus uti.

Post quæ, paucis interjectis, collocutores sese accingunt ad causas hujusce immutationis indagandas. Quas non abs re risisse Ciceronem dixeram. Sed eum ipsum jam audiamus loquentem, lib. 2. de Divinatione: *Sed quod caput est* CUR ISTO MODO *jam Oracula Delphis non eduntur, non modò nostra ætate, sed jam diu: jam ut nihil possit esse contemptius? Hoc loco cum urgentur, evanuisse, ajunt, vetustate vim loci ejus, unde anhelitus ille terræ fieret qui, Pythia mente incitata, Oracula ederet. De vino aut salsamento putes loqui, quæ evanescunt vetustate. De vi loci agitur, neque solum naturali, sed etiam divinâ: quæ quo tandem modo evanuit?* VETUSTATE, *inquies. Quæ vetustas est, quæ vim divinam conficere possit? quid tam divinum, quam afflatus ex terrâ mentem ita movens, ut eam providam rerum futurarum efficiat, ut ea non modò cernat multò antè, sed etiam numero versuque pronunciet? quando autem ista vis evanuit?* AN POSTQUAM HOMINES MI-

MINUS CREDULI ESSE COEPERUNT? *Demoſthenes quidem, qui ab hinc annis prope CCC fuit, jam tum φιλιππίζειν Pythiam dicebat*, ID EST, *quaſi cum Philippo facere. Hoc aut eò ſpectabat, ut eam à Philippo* CORRUPTAM DICERET. *Quo licet exiſtimare, in aliis quoque Oraculis Delphicis aliquid non ſinceri fuiſſe. Sed* [NB.] *neſcio quomodo iſti philoſophi ſuperſtitioſi, & penè fanatici, quidvis malle videntur quam ſe non ineptos. Evanuiſſe mavultis & exſtinctum eſſe id, quod ſi unquam fuiſſet, certè æternum eſſet, quam ea, quæ non ſunt credenda, non credere.*

Cauſas ergo iſtius mutationis, à Plutarcho aliiſque ante eum jam Ciceronis ætati æqualibus, vel & eam antecedentibus datas, irridet cum aliis Cicero. At dicat aliquis, & nos illorum rationes tales ridemus: ſed inde non ſequitur, Diabolum non fuiſſe cauſam Oraculorum, item & mutationis ejus de qua jam loquimur. Itane etiam Diabolus tam malus Poëta fuit? ac cum alias vi ſua fatidica implere Pythiarum atque antiſtitum pectora poſſet: non potuit eas tam bene docere Poëticam, ut nullum periculum eſſet ne propterea & ipſe & ejus antiſtites, ab Epicuræis, Cynicis, Ariſtotelicis aliiſque pluribus riſui & ludibrio haberentur? Aut cur in hac re minus poteſtatis habuit Diabolus ante Pyrrhi tempora: quod tum poſſet verſibus ipſe reſpondere: poſtea vero id per ſacerdotes Poëtas, Prophetas ſuos id facere coactus fuerit: Etenim ut ante illa tempora non magis veridicus fuit quam poſtea, ſed æque mendax, ſic etiam obſcurus & ambiguus. Certe hæc ratio quam Cicero nobis dat, mihi bona admodum videtur: *Vis ſcilicet iſta evanuit, poſtquam homines minus creduli eſſe cœperunt.* Poſtquam & magis perſpicaces redditi videre cœperunt, *totam rem*, à Sacerdotibus, *inventam fallaciis aut ad quæſtum, aut ad ſuperſtitionem, aut errorem:* uti idem Cicero de ſortibus loquitur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

At cum minùs adhuc perſpicaces eſſent homines, plura quoque Oracula ubique terrarum vigebant. Sed in illis præſertim Regionibus quibus ingenia erant ſtupidiora. Unde Bœotia (de qua novimus illud ab omnibus fere decantatum proverbium; ſeu verſum iſtum Horatii qui in proverbium ceſſit, *Bœotum in craſſo jurares aëre natum.* quippe ſtupidiora magiſque obtuſa audiebant Bœotorum pectora,) tam ferax fuit olim, imò feraciſſima, teſtibus Herodoto, Pauſaniâ atque Plutarcho. Quamquam hujus Plutarchi ætate hæc ipſa Bœotia nuſquam niſi Lebadiæ deſiderantibus divinationis hauſtum ſuppeditarit; reliqua loca *vel ſilentium*, vel *immanis ſolitudo* invaſerit.

Contrà autem ubi acutioris ingenii erant homines, rariora multo erant manteia neque tam longæ durationis; cum fraus illa minus commode apud tales occultari poſſet. Sed revertamur ad Poëtas illos Delphicos. Hos igitur antiſtites ſibi adſciverant; ut quæ proſa oratione à Pythia prolata erant, verſibus quaſi circumveſtirent: eaque occaſione (quem equidem puto præcipuum ſcopum ipſis fuiſſe) ſi non eſſent quæ Pythia illa protulerat, ſatis obſcura, ambigua, aut alia ratione illorum fallaciis obtegendis apta, ea hocce adminiculo corrigerent. Et ſic tamen, licet Oracula ſua Pythia non amplius funderet verſibus, verſibus tamen conſtabant Oracula, neque ita irridendi eos dabatur, ut olim, occaſio. An tamen hæc atque ſimilia non potius contemptum parerent quam auctoritatem hiſce Oraculis apud perſpicaces magis ac prudentes, Lectori prudenti dijudicandum relinquo. Cætera quæ circa hoc ἀγνισμὸν Delphicum conſideranda veniunt, ſeſe ſponte ſuggerent in ſequentibus.

Quod de ipſo Tripode, cui inſidebat Pythia, deque ejus forma nihil addam; in cauſa eſt quod tot ac tanta, poſt alios, ac curatiùs, de ipſo dixerint Eruditiſſimi viri J. Sponius, atque Ezechiël Spanhemius, ille in Miſcellaneis Eruditæ Antiquitatis,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

quitatis, hic in eximiis illis ad Callimachum Commentariis, (quorum ſcrinia compilare nec lubet nec decet) ut illis aliquid ſuperaddere pene impoſſibile ſit. Quare ad ipſa flexiloqua Reſponſa, unde Λοξίας dicebatur Apollo, me convertam.

21. Qualibus autem ambiguitatibus (ut ad illas deveniamus) uſi fuerint Antiſtites in reſpondendo ad interrogata vel poſtulatione Conſultorum, videri poteſt ex illis, quæ ex Macrobio de Deo Heliopolitano ſupra attuli; quorumque poſteriora hic repetenda duco; nempe hæc: *Primum miſit ſignatos codicillos, ad quos ſibi reſcribi vellet. Deus juſſit afferri chartam, eamque ſignari puram & mitti; & ſtupentibus Sacerdotibus ad ejuſmodi factum, ignorabant quippe conditionem codicillorum. Hos cum maxima admiratione Trajanus excepit; quod ipſe quoque puris tabulis cum Deo egiſſet. Tunc aliis codicillis conſcriptis ſignatiſque conſuluit, an Romam perpetrato bello rediturus eſſet. Item Centurialem Deus ex muneribus in æde dedicatis deferri juſſit, diviſamque in partes ſudario condi ac proinde ferri. Exitus rei obitu Trajani apparuit, oſſibus Romam relatis. Nam fragmentis ſpecies reliquiarum, vitis argumento caſus futuri tempus oſtenſum eſt.*

Conſideratis igitur illis quæ jam de arte *ſigilla reſignandi* dixi; ut ſic melius comprehendamus cur prima vice charta nullo Reſponſo inſcripta remiſſa fuerit Trajano, qui chartam puram ipſe prius ad Deum iſtum miſerat; videamus an hic ulla ope Dæmoniaca (ſeu ſuper aut præternaturali) Antiſtites indiguerint. Conſideremus igitur, præter illa quæ ex Cicerone, tum pag. 164. tum alibi quoque adduxi, hæc ſequentia ex ejuſdem ſcriptoris, libro 2. de Divinatione: ut videamus quàm parum iis, quæ tali, aut quocunque alio modo, prolata unquam ſunt, fidendum ſit: *Aſſumit autem Cratippus hoc modo. Sunt autem innumerabiles præſenſiones non fortuitæ.*

At

At ego dico nullam. Vide quanta sit controversia. [Loquitur autem de Oraculis, Sortilegiis &c. Ethnicorum, quæ ideo ad vere Divina Dei inter Judæos Responsa non pertinent.] *Jam assumptione non concessa nulla conclusio est. At impudentes sumus, qui quod tam perspicuum sit non concedamus. Quid est perspicuum? Multa vera, inquit, evadere. Quid quod multo plura falsa? Nonne ipsa varietas, quæ est propria Fortunæ, fortunam esse causam, non naturam docet? Deinde si tua ista conclusio Cratippe, vera est, (tecum enim mihi res est) nonne intelligis, eâdem uti posse & Haruspices, & Fulguratores* [qui publica fulgura, vel etiam privata, condunt] *& Interpretes Ostentorum, & Augures, & Sortilegos, & Chaldæos? quorum generum nullum est, ex quo non aliquid, sicut prædictum sit, evaserit. Ergo aut ea quoque genera Divinandi sunt, quæ tu rectissime improbas; aut, si ea non sunt, non intelligo, cur hæc duo sunt, quæ relinquis. Qua ergo ratione hæc inducis, eâdem illa possunt esse, quæ tollis. Quid vero habet auctoritatis Furor iste, quem Divinum vocatis, ut quæ sapiens non videat, ea videat insanus, & is, qui humanos sensus amiserit, Divinos assecutus sit.*

Quæ porrò idem Cicero nobis clare ostendit eodem in tractatu, quodque etiam ex aliis tum rationibus tum exemplis abunde discimus, est, permulta imò plurima semper *Oraculorum* (*Haruspicum* quoque, *Augurum*, aliorumque quorumcunque denique) *Responsa*, aut nullum, aut certe non illum, qui prædicebatur, exitum habuisse. Quod tamen si quando succederet, ac Responsa casu ac fortuna, ut in aleæ lusu (ubi nemo facile ita infelix, ut semper aberret) rem divinasse ex exitu crederentur, tali saltem modo, ut Oraculi verba vel vi eò tracta tale quid, vel tantum simile quid, indicare viderentur: magnis clamoribus ac vocibus stentoriis ea quasi ebuccinabantur, cunctisque hominibus ostentui dabantur: cæteris malis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

malis ſucceſſibus callide diſſimulatis ac ſuppreſſis, ex oculiſque & memoria quantumpote remotis.

Maximi vero momenti his Antiſtitibus erant perplexa, intricata, adeoque flexiloqua & ambigua Reſponſa; quæque ſi rem hi belli homines minus conjectare valerent, plura eaque admodum diverſa interpretamenta, pro Reſponſorum ſucceſſibus, pati poterant.

Et hoc eſt quod videmus in Reſponſo ad poſtremos Trajani Cæſaris codicillos dato, per *vitem Centurialem in partes diviſam & ſudario conditam.* Suppoſita enim nunc hiſtoriæ aliquali hujus veritate (quam non omnes tamen concedent; cum noverint experientia, ex veterum neotericorumque ſcriptorum allatis exemplis, quam multa talia, non antiquis ſolum temporibus verum & noſtro & patrum ævis, fingantur; ac quam infinita numero portenta fabularum popello credulo, de Oraculis, Miraculis, Prodigiis, Oſtentis, ſimilibuſque ab omni ævo pro veris, quamvis nullibi unquam contigiſſent, ac ſplendida eſſent commenta, ac mendacia, obtruſa fuerint:) ſuppoſita, dico, hujus hiſtoriæ aliquali veritate, videamus, quam clare ac vere Trajani mortem hîc Oraculum prædixerit. Rogaverat Trajanus, *an perpetrato bello reverſurus eſſet.* Reſpondit Oraculum *per vitem in partes diviſam.* Si autem reverſus fuiſſet vivus quidem, at fugato per hoſtes ac diſſipato exercitu; aut cæſa vel alias amiſſa, licet alias victor eſſet, majori parte exercitûs; aut per diſſidia vel rebellione ſeparata ac diviſa; aut amiſſis ibi præcipuis belli ducibus, atque adeo ſic mutilato exercitu: aut rediiſſet re infecta, in rebellione ſua permanentibus Parthis aliiſque nationibus antea ſubjugatis: aut victor reverſus fuiſſet amiſſis uno pluribusve membris: aut dum ibi ſive felici, ſive infelici exitu belligeraret, ſciſſa interim in partes Republica, aut hac illave quidem gente devicta: aut denique ſi poſt infelicem pugnam, una pluresve vel regiones vel provinciæ deſeruiſſent Romanos hoſtibuſque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

ſtibuſque eorum ſe adjunxiſſent: Si, dico, poſt tales ſimileſve caſus domum rediiſſet vel non rediiſſet, Oraculi hujus honori abunde conſultum erat. Certe melius id (ſi rem divinare potuiſſet hîc prætenſus Deus, ſeu potius Antiſtites qui id ſic ſub Divino prætextu perpetrabant) meo judicio per cineres, loco vitis, remiſſas peregiſſent: cum vitis centurialis potius rectorum exercitus diſſidia, ac diviſiones ejus denotarent. Verum credo eos de ea re minus vel potius plane nihil, cogitaſſe.

Poſt obitum igitur hujus Trajani; cum jam cineres ipſius Romam referrentur, vel delati eſſent, fiebat Oraculi explicatio atque applicatio talis, qualem nemo ante, ne quidem ipſe Imperator, cogitaverat: qui Imperator ſi tale quid ex Oraculo præſenſiſſet, procul dubio aut expeditionem illam initurus tali cum omine non ſuſcepiſſet; aut peracta illa, Romam ex Meſopotamia, cum jam ventris profluvio laboraret, non ſtudio tanto pertendiſſet: quippe certus ex Oraculo quod eo non perveniret.

Interim ipſe Trajanus Oraculi hujus (ſi unquam redditum fuit) Reſponſum ad exitum perductum fuiſſe, cogitare potuit, cum jam ex Oceano reverteretur atque audiret, omnia illa quæ ceperat, maximo tumultu defeciſſe; præſidiis, quæ apud iſtas gentes reliquerat, ejectis à ſingulis aut cæſis; ita ut Romam reverſurus eſſet; cum jam ad Parthos tenderet; nec dignum aliquid rebus ante geſtis editurus eſſet; ſed etiam illa ipſa quæ ceperat rurſum amiſſurus. Adde quod non ſolum Maximus contra rebelles miſſus prælio ſuperatus obierit; ſed quod etiam Judæi qui circa Cyrenen habitabant, Andrea quodam duce, Romanos pariter ac Græcos conciderint, veſcerenturque ipſorum carnibus, ederentque viſcera, oblinerenturque eorum ſanguine, ac pellibus induerentur; multoſque præterea à vertice ferris diſciderint medios, multos objecerint beſtiis, multos etiam certare inter ſe coëgerint, ita ut interierint hominum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

minum ad ducenta & viginti millia, præter alia ducenta & quadraginta in Ægypto Cyproque ſimili crudelitate interempta. Quæ omnia brevi ante ipſius obitum evenere.

Dum in hiſce verſor lepidiſſima mihi incidit hiſtoriola, ac Divinationis Oraculive genus Sacerdotum Deæ Syriæ: quod apud Apulejum lib. XI. Metamorphoſeon habetur; quodque apprime huic præſenti noſtræ tractationi convenit. Ille igitur ita narrat: *Pauculis illic diebus commorati, & munificentia publica ſaginati, vaticinationiſque crebris mercedibus ſuffarcinati, piiſſimi illi ſacerdotes novum quæſtus genus ſibi comminiſcuntur: Sorte unica caſibus pluribus enodata, conſulentes de rebus variis plurimos, ad hunc modum cavillantur. Sors hæc erat:*

Ideo conjuncti terram proſcindunt boves,
Ut in futurum læta germinent ſata.

Tum ſi qui matrimonium ſorte captantes, interrogarent, rem ipſam reſponderi ajebant: Jungendos connubio, & ſatis liberorum procreandis. Si poſſeſſiones præſtinaturus quæreret; merito boves, ut & jugum & arva ſementis florentia, pronuntiari. Si quis de profectione ſollicitus divinum caperet auſpicium, junctos jam paratoſque quadrupedum manſuetiſſimos, & lucrum promitti de glebæ germine. Si prælium capeſſiturus, vel latronum factionem perſecuturus, utiles nec ne proceſſus ſciſcitaretur; addictam victoriam forti præſagio contendebant: quippe cervices hoſtium jugo ſubacturi, & prædam de rapinis uberrimam capturi. Ad iſtum modum Divinationis (ejus) *aſtu captioſo contraxerant non parvas pecunias. Sed aſſiduis interrogationibus argumenti ſatietate jam defecti, rurſus ad viam prodeunt, &c.*

Quam facile ſuperſtitioſæ, atque inde credulæ, multitudini aliquid perſuaderi queat, ex hoc exemplo diſcimus: ac quam parvo negotio etiam Magnates ſe decipi ſinant, modò

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

tabus fuerint addicti, liquet ex hoc sequenti exemplo apud Lucianum, in vita Alexandri Pseudomantis, reperiundo: Βέλομαι δέ σοι καὶ τῶν Ῥουτιλιανοῦ δοθέντων χρησμῶν ἐνίους εἰπεῖν. πυνθανομένῳ γὰρ αὐτῷ περὶ τοῦ παιδὸς ἐκ πρεσβυτέρας γυναικὸς παιδείας ὥραν ἔχοντος, ὅν τινα προσήσαιτο διδάσκαλον τῶν μαθημάτων αὐτῷ, ἔφη,

ΠΥΘΑΓΟΡΗΝ, ΠΟΛΕΜΩΝΤΕ ΔΙΑΚΤΟΡΟΝ ΕΣΘΛΟΝ ΑΟΙΔΟΝ.

Εἶτα μετ' ὀλίγας ἡμέρας τοῦ παιδὸς ἀποθανόντος, ὁ μὲν ἠπόρει τί μηδὲν εἶχε λέγειν πρὸς τοὺς αἰτιωμένους, τὸν δὲ πόδας ἅτως ἐλελεγμένα τοῦ χρησμοῦ. ὁ δὲ Ῥουτιλιανὸς αὐτὸς φιλόπους ὁ βέλτιστος, ἀπελογεῖτο ὡς ἄρα τοῦ μαντείου λέγοντος, τοῦτο αὐτῷ προδεδηλωκέναι τὸν θεὸν, καὶ δι' αὐτὸ ζῶντα μὲν κελεῦσαι μηδένα διδάσκαλον ἅλεσθαι αὐτῷ. Πυθαγόραν δὲ καὶ Ὅμηρον πάλαι τεθνεῶτας, οἷς εἰκὸς τὸ μειράκιον ἐν ἅδου ἤδη συνεῖναι. τί τοίνυν μέμφεσθε ἄξιον Ἀλεξάνδρῳ, εἰ τοιούτοις ἀνθρωπίσκοις ἐνδιατρίβειν ἠξίου.

Libet autem aliquot ex hisce Responsis commemorare, quæ Rutilliano reddidit. Huic sciscitanti de filio, ex uxore priore suscepto, jamque ad disciplinas maturo, quem præceptorem in literis illi instituendo adhiberet, respondit:

PYTHAGORAM, EGREGIEQUE CANENTEM PRÆLIA VATEM.

Deinde paucis post diebus extincto puero, ipse quidem hærebat, nec habebat quod incusantibus responderet; Oraculo videlicet ita re præsenti confutato. At Rutillianus optimus ultrò occupans, defendebat Oraculum: affirmans, Deum portendisse hoc ipsum, cum jussisset neminem è vivis adolescentulo deligi præceptorem, sed Pythagoram potius, atque Homerum; jam olim defunctos; quibuscum credibile esset eum jam versari. Quid igitur Alexandro vitio vertere convenit, si cum homunculis hujusmodi versari optavit?

Plura ejusmodi exempla sese sponte suggerent, cum de Oenomao similibusque inferius loquar. Pluraque alia præter illa afferri possent: verum unicum hoc sequens, ex Thucidi-

dis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

dis libro 2. hic ſuffecerit, Athenienſibus olim redditum, quamvis ille non addat ex quonam Templo profectum: Τοιούτῳ μὲν πάθει οἱ Ἀθηναῖοι ἐξιπεσόντες ἐπιέζοντο, ἀνθρώπων τε ἔνδον θνησκόντων, καὶ γῆς ἔξω δῃουμένης. ἐν δὲ τῷ κακῷ, εἰκὸς, ἀνεμνήσθησαν καὶ τόδε τὸ ἔπος, φάσκοντες οἱ πρεσβύτεροι πάλαι ᾄδεσθαι

ἦξει Δωριακὸς πόλεμος καὶ λοιμὸς ἅμ' αὐτῷ.

Ἐγένετο μὲν οὖν ἔρις τοῖς ἀνθρώποις μὴ λοιμὸν ὀνομάσθαι ἐν τῷ ἔπει τοῦτο τὸ παλαιῶν, ἀλλὰ λιμόν. ἐνίκησε δὲ ἐπὶ τοῦ παρόντος, εἰκότως, λιμὸν εἰρῆσθαι. οἱ γὰρ ἄνθρωποι πρὸς ἃ ἔπασχον, τὴν μνήμην ἐποιοῦντο. ἢν δέ γε, οἶμαι, ποτὲ ἄλλος πόλεμος καταλάβῃ Δωρικὸς τόδε ὕστερον, καὶ ξυμβῇ γρῆσαι λιμὸν, κατὰ τὸ εἰκὸς ἄσονται.

Athenienſes autem in hujuſmodi morbum inciderunt, eoque graviter premebantur, tum quod homines intra muros morerentur, tum etiam quod foris ager (ab hoſtibus) vaſtaretur. Dum autem hoc malo vexarentur, ut veriſimile eſt hoc quoque carmen in memoriam revocarunt, quod ſeniores olim decantatum dicebant:

DORIACUM VENIET LOINO COMITANTE DUELLUM.

Inter homines autem altercatio erat, non λοιμὸν [id eſt *peſtilentiam*] *in iſto carmine ab antiquis nominatam: ſed* λιμὸν [id eſt, *famem*.] *Sed in præſentia illud merito evicit, peſtilentiam* [*eo carmine*] *ſignificatum fuiſſe. Homines enim ad mala, quæ patiebantur* [*carminis*] *mentionem accommodabant. Quod ſi unquam aliud Doricum bellum poſt hoc* [*eos*] *invaſerit, &* λιμὸν [id eſt, *famem*] *eſſe contigerit* [*iidem, ut opinor & ut eſt*] *veriſimile, ita canent: & eundem verſum canentes non amplius* λοιμὸν, *ſed* λιμὸν *pronuntiabunt.* Quibus tum ſubjungit: *Oraculum etiam Lacedæmoniis redditum, ab illis qui hoc noverant, memorabatur, quum ipſis Oraculum conſulentibus, an bellum eſſet movendum; Deus reſpondit, ipſos fore victores, ſi bellum totis viribus gere-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

rent, ſeque ipſis opem laturum dixit: quare illud Oraculum (quoque) ad illud quæ tunc gerebantur pertinere conjiciebant.

Quæ poſtrema exempla ex Thucidide tamen magis credulitatem Conſultorum, quam impoſturas per ambiguitates Antiſtitum reſpiciunt.

Conſultores, porro, ſicut *laureati* iſtud Oraculum adiverant, ita &, accepto jam Reſponſo à Pythia reddito, ulteriuſque à Propheta (cui id ſorte obtigerat) ac Poëta quoque metris, adornato, *laureati* inde revertebantur.

Hinc enim Euripidis Scholiaſtes: οἱ ἀρχαῖοι ὅτε ἤρχοντο ἀπὸ μαντείας [forſan legendum μαντέως] ἐστεφανωμένοι ἤρχοντο, καὶ πάντες τ οἰκεῖ προσεκύνουν αὐτός.

Veteres quando redibant ab Oraculo, coronati inde redibant, & omnes domeſtici ipſum adorabant.

Neque aliter Scholiaſtes Ariſtophanis, qui ad hunc verſum,

Οὐ γάρ με τυπτήσεις στέφανον ἔχοντά γε.

hæc ſequentia habet; quæ plane eadem ſunt,

πρὸς τὸ ἔθος ἂν ἀναχωμιζόμενοι ἐκ τ μαντείου ἐστεφανηφόρουν.

Ac quidem de Delphico exemplum habemus, apud Livium, lib. 23. in Q. Fabio Pictore; qui ubi Apollinis Reſponſa ex Græco carmine interpretata recitaſſet, tum dixit (in Senatu ſcilicet:) *Se Oraculo egreſſum, ex templo, his omnibus Divis rem divinam thure ac vino feciſſe: juſſumque ab templi Antiſtite, ita* CORONATUM *navim aſcendere, nec ante deponere eam, quam Romam perveniſſet. Se quæcunque imperata ſint, cum ſumma religione ac diligentia exſecutum, coronam Romæ in ara Apollinis depoſuiſſe.*

Nec dubium mihi, cunctos illos, qui ſic ab uno quoquam ad aliud quodpiam Oraculum, vel etiam ad plura poſt invicem, conſulendi gratia pergebant, ita, per totum iſtud tempus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

pus *laureatos* permansisse: nedum per istud tempus quod consulendi gratia transigebant; æque ac Templi Antistites, Sacrorum, Ministros, &c.

Quod porrò ad Responsa à Pythia consultoribus data, atque à Poëtis concinnata metris, attinet, illa ibi procul omni dubio, publice ostentui exponebantur: quod cum ex illis Responsis quæ ubique pene apud veteres scriptores, verbotenus excerpta liquere videtur; tum exinde, quod ad Oraculum, ii qui Deum istum consuluerant; id facere cogerentur. Hoc enim clare indicant hæc Pausaniæ verba: Τὰς δὲ ἐς τὸ Τροφωνίου καταβάντας, ἀνάγκη σφᾶς ὁπόσα ἤκουσεν ἕκαστος, ἢ εἶδεν, ἀναθεῖναι γεγραμμένα ἐν πίνακι. *Cogunt ur jane omnes, qui ad Trophonium descenderant, quæcumque vel audierunt, vel viderunt, tabulæ inscripta, illic dedicata suspendere.*

Moris id quoque ad alia Oracula fuisse ostendit ista inscriptio, quæ licet, injuria temporum, non integra ad nos pervenerit; tamen id perspicue indicat, ita apud Gruterum Thesauri pag. . . . reperiunda: Αὐταῖς ταῖς ἡμέραις Γαΐῳ Πινὶ Τυφλῷ ἐχρημάτισεν ἐλθεῖν ἐπ . . . . . ερον βῆμα καὶ προσκυνῆσαι εἶτα ἀπὸ δεξιᾶς ἐλθεῖν ἐπὶ τὸ ἀριστερὸν καὶ θεῖναι τὰς πέντε δακτύλους ἐπ' ἄνω τοῦ βήματος καὶ ἆραι τῇ χεῖρα ἐπὶ τὰς ἰδίας ὀφθαλμούς· καὶ ὑγιὴς ἀνέβλεψε τοῦ δήμου παραχρῆμα, καὶ συγχαιρομένου ὅτι ζῶσαι ἀρεταὶ ἐγκρίνονται ἐπὶ τὰ σεβάσματα ἡμῶν Αὐτοκράτορος.

Λευκίῳ πολιτικῷ καὶ ἀφελπιστοῦντι ὑπὸ πάντων ἀνθρώπων ἐχρημάτισεν ὁ Θεὸς ἐλθεῖν καὶ ἐκ τοῦ τεμένους ἆραι πέφραν καὶ μετ' οἴνου ἀναφυράσαι καὶ ἐπιθεῖναι ἐπὶ τὸ πλεῦρον· καὶ ἐσώθη ὁ δημόσιος ἠυχαρίστησεν τῷ Θεῷ καὶ ὁ δῆμος συνεχάρη αὐτῷ.

Αἷμα ἀναφέροντι Ἰουλιανῷ ἀφηλπισμένῳ ὑπὸ πάντων ἀνθρώπων ἐχρημάτισεν ὁ Θεὸς ἐλθεῖν καὶ ἐκ τοῦ τεμένους ἆραι πόκους προβάτου καὶ φαγεῖν μὴ μέλιτος ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας, καὶ ἐσώθη καὶ ἐλθὼν δημοσίᾳ εὐχαρίστησεν τῷ Θεῷ καὶ ὁ δῆμος συνεχάρη αὐτῷ.

Οὐαλερίῳ Ἀπρῷ τραπεζίτῃ Τυφλῷ ἐχρημάτισεν ὁ Θεὸς ἐλθεῖν καὶ λαβεῖν αἷμα ἐξ ἀλεκτρυόνος λευκοῦ μὴ μέλιτος καὶ κολλυρίου σωτηρίου

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

τρίψαι ἐ ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας ἐπιχρῖσαι ἐπὶ τὰς ὀφθαλμὰς, καὶ ἀνέβλεψεν ἐ ἐλήλυθεν ἐ ἐχαρίσηπεν δημοσίᾳ τῷ Θεῷ.

Addam hîc & verſionem quæ ibi quoque affertur à Grutero :

Illis ipſis diebus Cajo cuidam cæco, Oraculum reddidit. Veniret ad ſacrum altare, & genua flecteret; à parte dextrâ, veniret ad levam, & poneret quinque digitos ſuper altare; & elevaret manum & poneret ſuper proprios oculos. Et rectè vidit, populo præſente, & congratulante quod grandia miracula fierent ſub Imperatore noſtro Antonino.

Lucio affecto lateris dolore, & deſperato ab omnibus hominibus, Oraculum reddidit Deus, veniret & ex tribomo tolleret cinerem, & unà cum vino commiſceret & poneret ſupra latus. Et convaluit & publicè gratias egit Deo, & populus congratulatus eſt illi.

Sanguinem revomenti Juliano deſperato ab omnibus hominibus, ex Oraculo reſpondit Deus, veniret & ex tribomo caperet nucleos pini, & comederet, una cum melle, per tres dies: & convaluit & veniens publicè gratias egit, præſente populo, &c.

Neque alia ex cauſa exiſtimem Philomelum Phocenſem, cum jam à Pythia, quamvis vi adactâ, Reſponſum accepiſſet, id publice oſtentui ſuſpendiſſe : niſi id fecerit ſimul, ut ſic cunctis perſuaderet, Apollinem, per ejuſmodi Reſponſum ab ipſius ſtare partibus. Ita enim de ipſo narrat Diodorus Siculus, libro 16. Bibliothecæ : οὗτος γὰρ [φιλόμηλος] κρατῶν ἐ μαντείας προσέταξε τῇ Πυθίᾳ τ μαντείαν ἀπὸ ἐ τρίποδος ποιεῖσθαι, καὶ τὰ πάτερα. ἀποκεναμένης δ' αὐτῆς ὅτι ταῦτά ἐστι τὰ πάτερα, διπειλήσατο ἐ συνηνάγκασε τὴν ἀνάβασιν ποιεῖσθαι ἐπὶ τὸν τρίποδα. ἀποφηγξαμένης δ' αὐτῆς πρὸς τὴν ὑπεροχὴν τὰ βιαζομένης ὅτι ἔξεστιν αὐτῷ πράττειν ὁ βάλεται, ἀσμένως τὸ ῥηθὲν ἐδέξατο, καὶ τ προσήκοντα χρησμὸν ἔχειν ἀπεφήνατο. λύθυς δὲ καὶ τ χρη-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

ἀρχὴν μὲν ἔγραφον πιήσας, καὶ πρὸς εἰς τὸ μφανὲς, ἅπαντ' ἐποίησε φανερὸν ὅτι ὁ θεὸς αὐτῷ δίδωσιν ἐξουσίαν πράττειν ὁ, τι βέλεται. συναγαγὼν δ' ἐκκλησίαν, καὶ τὴν μαντείαν τοῖς πολίταις δηλώσας, καὶ παρακαλέσας θαρρεῖν, ἐτρέπετο πρὸς τὰς τῶ πολέμω πράξεις.

Ille [Philomelus] *enim cum Oraculum haberet in ſua poteſtate, mandabat Pythiæ, ut ſibi ex Tripode vaticinaretur ſecundùm morem patrium. Illa verò reſpondente; hæc eſſe ſecundùm morem patrium* [videtur hic aliquid, in textu, deeſſe, forſan quod dies nefaſtus eſſet; vel aliud quid] *comminabatur ipſi, atque eam cogebat aſcendere in Tripodem. Reſpondente verò ipſâ, quod eam tantâ cum violentia cogeret,* ILLI LICERE UT FACERET QUÆ VELLET; *is hæc verba acceptans, indicabat ſe conveniens* [*rebus ſuis*] *accepiſſe Oraculum: ac ſtatim iſtud Oraculum conſcribens, atque (ita) publice exponens, manifeſtabat omnibus* EO DEUM *ipſi dediſſe poteſtatem faciendi illa quæ vellet. Ac convocato concilio, communicatoque multitudini hoc Oraculo; exhortatuſque illos, ut confidenti animo eſſent, ſe ad iſta, quæ ad bellum ſpectabant, convertit.*

Donaria autem ibi in templo ſuſpenſa à conſultoribus ſuas inſcriptiones additas habuiſſe, notius eſt ex Scriptoribus antiquis quam ut hîc operoſe oſtendatur. Quibus &, procul omni dubio, ſi non ipſis inſcripta, ſaltem appenſæ, vel affixæ fuerunt cauſæ, ob quas donata ac dedicata fuerant.

Talibus jam peractis, ac curatis, χαριστήρια celebrabantur à conſultoribus: imprimis ſi ditiores eſſent, optatumve ſibi Reſponſum ab Apolline obtinuiſſe crederent. Quod Xuthi exemplo nos docet jam pluries allatus Euripides, his verſibus:

Ἐπεὶ θεᾶ μαντεῖον ὠφελεῖ' ἐκλιπὼν
Πόσις Κρεούσης, παῖδα τ' ἐκ λαβὼν

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

πρὸς δεῖπνα θυσίας θ' ἃς θεοῖς ὠπαλίζετο,
ξὺν θ' ᾧ μὲν ᾤχεθ' ἕνθα πῦρ πεδᾷ θεὸς
Βακχεῖον, ὡς σφαγαῖσι Διονύσου πέτρας
Δάσειε διπλᾶς, παιδὸς ἀνθ' ὑπηνέων.

Poſtquam abiit Oraculo Dei relicto
Maritus Creuſæ, filium novum ſecum ducens,
Ad convivium & ſacrificia quæ parabat Diis,
Xuthus quidem abiit, (illuc) ubi ignis emicat Dei
Bacchicus, ut cæſarum victimarum ſanguine Bacchi ſaxa
Rigaret gemina, pro agnitione filii.

Ac quidem quandoque invitabatur omnis populus Delphicus; ut ex hiſce planum fit:

Ὡς πάντα Δελφῶν λαὸν εἰς θοίνην καλῶν.

Ut univerſum Delphi populum ad convivium vocans.

Idque fiebat per præconem, poſt poſita jam (in menſa) pocula; ſic eodem teſtante:

——— ——— ——— ἐνθ' ἄκροισι βὰς ποσὶ
Κήρυξ ἀνεῖπε θ' ἥλικ' ἐγχωρείων
Ἐς δεῖπνα χωρεῖν.

——— ——— ——— *Summis vero pedibus incedens*
Præco proclamavit, ut quicunque vellet indigena
Ad convivium veniret.

Nullum quippe ſacrificium abſque epulo; imprimis ubi χαιρήσια, quale hoc ὑπήνεων erat, celebrarentur; ac quidem Baccho, cui commune hoc cum Apolline Oraculum eſſet.

Fiebant autem hæ epulæ vel in ipſa urbe *Delphis*, vel in *monte* ac *vico Lycorea*; ubi Antiquitus Delphi habitaverant, atque unde poſteris temporibus, ſe circum templum hoc Apolli-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Apollinis posuerant ; procul dubio ut sic loca illa, clandestinique in iis ad Oraculi specus, atque ab iis quoque reditus, seu viæ subterraneæ, quæ circa talia loca vel naturæ beneficio, vel arte (ubi ista deficeret) fabricata fuerant, sic obsessa habitatoribus fraudibus tegendis commoda adjumenta essent.

Baccho interim (ut jam obiter notavi) æque sacer hic mons Parnassus, ac Apollini. Ut qui ambo, theologis Gentilibus, unum idemque numen essent : quantumvis hæc numina à vulgo, à Poëtis, atque etiam à Sacerdotibus, qui diverso admodum cultu ac sacrificiis (quod id ipsis admodum lucrosum esset) sicut & nominibus eos coli volebant, distinguerentur.

Ita enim nos docet Lucanus ; qui libro V. Pharsaliorum :

——— ——— ——— *Parnassus gemino petit æthera colle*
Mons Phœbo Bromioque sacer : cui numine misto
Delphica Thebanæ referunt Trieterica Baccho.

Macrobius autem lib. . . cap. . . *Bæotii Parnassii montem Apollini sacratum esse memorantes, simul tamen in eodem &* [NB.] ORACULUM DELPHICUM, *&* SPELUNCAS BACCHICAS *uni Deo consecratas colunt. Unde &* APOLLINI *&* LIBERO PATRI *in eodem Monte res divina celebratur. Quod cum & Varro & Granius Flaccus affirment, etiam Euripides his docet,* Διονύσῳ θρῃσῖσι ἠ νεφρὼν δορὰς καθαπτὸς, ἐν πτύχαῖσι Παρνασσὸ καλλιπέδοις χορεύων. *In hoc monte Parnasso Bacchanalia alternis annis aguntur, &c.*

Sic tandem quoque Pausanias : *A Corycio antro vel expedito iter arduum ac difficile ad Parnassi juga. Sunt enim ea fere supra nubes ; & illi Thyades per furorem Sacra Libero & Apollini faciunt.*

Plura (ut jam supra attigi) Oracula simul adibant quan-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

doque consultores, sive id esset Dodonæi, sive Ammonii Jovis; sive Amphiarai; sive aliûs, cujuscunque demùm Dei aut Deæ.

De Trophonii simul cum Delphico, imo & ante Delphicum, consulto Oraculo (ut sic scilicet pluribus niterentur testimoniis, ac consensu Deorum) exemplum habemus apud nostrum, jam sæpius memoratum, ex Ione, Euripidem: ubi is Ion ita matrem, sibi adhuc incognitam, interrogat:

ΙΩΝ.] Σὺν ἀνδρὶ δ' ἦκεις, ἢ μόνη χρησήρια;
ΚΡΕ.] Σὺν ἀνδρί. οἴκοις δ' εἰσρέφῃ Τροφωνίου.
ΙΩΝ.] Πότερα θεατὴς, ἢ χάριν μαντεύματων;
ΚΡΕ.] Κείνου μὲν, φοίβου δ', ἓν θέλων μαθεῖν ἑπῳδήν.

ION.] *Cum viro autem venis, an sola ad hæc Oracula?*
CRE.] *Cum viro. Ille vero delubrum adiit Trophonii.*
ION.] *Utrum spectator (tantum) an vaticinii gratia?*
CRE.] *Illiusque, Phœbique Responsum unum (& idem) scire cupiens.*

Quo faciunt & hæc sequentia; ubi Xuthum à Trophonio nunc ad Delphicum (quo uxorem præmiserat) venientem ita uxor Creusa interrogat:

ΚΡΕ.] Λέξον, τὸ θέσπισμα δὴ Τροφωνίου φέρεις;
Παίδων ὅπως νῷν σπέρμα συγκαθήσεται.
ΞΥΘ.] Οὐκ ἠξίωσε δ' ἓν θεοῦ πολλαμβάνειν
Μάντευμ'. ἓν γὰρ εἶπεν οὐκ ἄπαιδα με
Πρὸς οἶκον ἥξειν, οὐδέ σ' ἐκ χρηστηρίων.
CRE.] —— —— —— —— *Sed mihi*
Dic quodnam Oraculum ex Trophonii specu feras
Et quomodo nobis semen liberorum succedet.
XUT.] *Non voluit antevertere hujus Dei*
Oraculum: unum tantum dixit; me non sine liberis
Domum rediturum esse; nec etiam te ab Oraculis.

At

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

At plura ejuſmodi, etiam ad plura Oracula ſimul mittentium, vel ipſa adeuntium, occurrunt: ut Crœſi, Mardonii, Alcibiadis, Philoſtrati, (Ariſtomenis quoque apud Pauſaniam) & aliorum. Quaſi divina iſta numina aut ſæpius inter ſe diſſenſiſſent, hocque quam illud majori fide dignum; aut denique magis minuſve præſcium fuiſſet, aut quoque promptum magis minuſve, ac benignum conſultoribus fuiſſet.

Nec ſoli Conſultores *plura* (ſive ſimul, ſive unum poſt alterum) *Oracula* conſulebant: verum & ipſi Oraculorum Antiſtites hos Conſultores quandoque *ad alia Oracula* ulterius conſultanda mittebant (ſic enim invicem adjuvabant) uti tam ex hoc Delphico, in Xuthi exemplo, conſtat, quam ex Luciani Pſeudomante Alexandro: de quo dictus Lucianus, inter alia, hæc narrat:

Εἰδὼς δὲ τὰς ἐν Κλάρῳ καὶ Διδύμοις, καὶ Μαλλῷ, καὶ αὐτὰς δοκιμᾶσας ὅτι τῇ ὁμοίᾳ μαντικῇ τούτῃ, φίλας αὐτὰς ἐποιεῖτο, πολλούς τε παρεσκεύαζε πέμπων εἰς αὐτὰς, λέγων,

Εἰς Κλάρον ἴεσο νῦν, τ' οὐμὸν πατρὸς ὡς ὄπ' ἀκούσῃ
Καὶ πάλιν;
Βραγχίδεων ἀδύτοισι πελάζεο, καὶ κλύε χρησμῶν.
Καὶ αὖθις,
Εἰς Μάλλον χώρει, θεσπίσματα τ' Ἀμφιλόχοιο.

Porro cum non ignoraret, qui in Claro ac Didymis, Malloque reſponſa dabant, ipſos quoque hujuſmodi quadam arte divinandi celebres haberi, eos ſibi reddebat amicos, miſſis ad eos pleriſque Conſultoribus, his verbis,

Nunc Claron ito, mei vocem patris auditurus.
Et rurſus,
Branchidica accedas adyta, atque Oracula quæras.
Et iterum,
Mallon abi, Amphilochi quærens Oracula vatis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

De *Festis* ac *Mysteriis Delphicis*, quibus Consultores partim detinebantur [ut sic melius tempus suppeteret eliciendi ex ipsis vel comitatu &c. quæ scitu necessaria erant] partim alliciebantur atque illiciebantur, ac superstitiosi magis reddebantur; partim denique initiabantur quoque; ut sic ipsorum Consultorum (non aliorum tantùm) conscientiis dominarentur; de istis dico, in sequentibus adhuc dicendi locus erit. Nunc igitur pergendum ad alia Oracula, vel χρηστήρια, sive Oraculorum (χρησμῶν) sedes, atque officinas; ac primo quidem ad antrum Trophonii; prius tamen inserta hac sequenti dissertatiuncula, ob Demosthenis querelas; quod nempe Oraculum Delphicum à partibus Philippi staret, ut ab ipso corruptum: atque hinc, ut Græcorum animi labascerent plane, tentaret.

Nam non malè meo judicio, hac occasione disquiritur, ob quas revera causas *Oraculum Delphicum Philippo Macedoni faverit.*

Concilium nempe, *Amphictyonum* quod & Templo Delphico, ipsiusque Sacris & ludis & Mysteriis, cæterisque omnibus quæ ad Oraculum hoc pertinebant præerat; communisque Græciæ, non solum circa Sacra, verum & circa multa civilia ad communem Græciam (istas saltem regiones, è quorum delegatis, ab antiquo concilium constabat,) hoc, dico, Concilium hujus Philippi tempore, constabat ex præcipuis Græciæ populis. Namque (ut Pausanias loquitur) ab ipso quidem Amphictyone in commune concilium vocatos tradunt hos Græci nominis populos *Jonas, Dolopas, Thessalos, Ænianos, Magnetes, Malienses, Phtiotas, Dorienses, Phocenses & Locros Phocidi finitimos, Cnemidis montis accolas.* Postea vero quam Phocenses templum diripuerunt, decennali jam bello confecto, mutationem etiam sensit *Amphictyonum curia:* si quidem Macedones in ea locum sunt adepti: Phocensium vero natio, & ex Dorico nomine Lacedæmonii, sunt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

sunt ordine moti; illi ob admissum sacrilegium, hi quod opem Phocensibus tulissent, mulcta affecti.

Quod explicationis loco hic addi posset, est, Locrenses fuisse eos, qui in triplici Locride; Iones, qui in Attica, Eubœa, maris Ægæi insulis, & Ionia Asiana; Dores, qui in Doride sub Pindo monte, & in Peloponneso, habitabant. Qui omnes populi ad commune istud concilium conveniebant; singulique eorum duo suffragia habentes, jus Amphictyonatus usque ad Philippi Macedonis imperium retinuerunt. At tunc Phocensibus, quod expilato Templo Delphico sacrilegium commisisse accusarentur; & Lacedæmoniis (ex Dorica Gente) quod Sacrilegis his auxilia tulissent, concilio motis, jus Amphictyonatus, dupliciſque suffragii, quod prius habuerant Phocenses, ad Macedonas, horum victores, fuit translatum.

Occasio tamen occupandi Templum Delphicum, unde bellum istud Sacrum dictum exortum fuit, Phocensibus data fuerat ab ipso Amphictyonum concilio: quod clare patet ex iis quæ tum Pausanias, tum Plutarchus, tum Trogus Pompejus, tum denique Demosthenes, (imo & ipse Æschines) de ista re loquuntur.

Prima quidem hujus belli sacri fundamenta jecerant Thebani; qui apud Concilium Amphictyonum accusaverant & Lacedæmonios & Phocenses; eoque Amphictyones induxerant, ut Lacedæmonii, ob captam induciarum tempore arcem Thebanam inde expellerentur; Phocenses vero, ob agrum Cirrhæum (quod alii sacrum prætendebant) in suorum (Phocensium) usum, cultum: effecerantque ut hi (imprimis vero Phocenses) prægrandi pecuniæ summa, ac cui solvendæ Phocenses se minime pares querebantur, damnarentur. Quibus Thebanis quoque accedebant (teste Pausania) Thessali [qui jam quoque cum Thebanis, aliisque populis, hujus Concilii membris à parte Philippi stabant] ex veteri in Phocenses odio.

Cum-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Cumque igitur hi Phocenſes pecuniæ illius immenſam ſummam minime ſolverent, hincque ex Amphictyonum decreto, ager ille Cyrrhæus publicaretur, ac Deo (poſitis de novo terminis &c.) conſecraretur: cui expeditioni cum Locri huic agro vicini ſeſe oppoſuiſſent, bellumque hinc in ipſos, per Amphictyones decretum eſſet, hi, Philomelo auctore ac duce, urbem Delphos, Templumque occuparunt, ac firmiter munierunt; Theſauroſque in uſum belli, confecto primum (ut ſic loquar) inventario, cum ſolennibus promiſſis, ſe nihil imminuturos, verum omnia poſt bellum confectum reſtituros Deo ac Templo.

Ob hoc igitur facinus, ut horrendum Sacrilegium, Philippus, (qui talibus quammaxime incubabat, omnemque anſam Græciæ ſibi ſubjugandæ captabat) Dux belli hujus ſacri, atque Dei & Oraculi Delphici vindex electus fuit, ab iſtis, qui aut odio in Phocenſes, Lacedæmonienſes, Athenienſeſque . . . incenſi erant, aut Philippo ſtudebant, ipſiuſque partibus vel ob lucrum vel ob metum favebant: ut ſic, ſcilicet, Delphos à Phocenſium, uſurpatione [quippe illi ſui juris ac prærogativæ eſſe cuſtodiam Templi Delphici, ex antiquorum auctoritate prætendebant) ac direptione liberaret.

At quamvis Æſchynes Athenienſis Philippo ſtudens, dum à parte Athenienſium ibi inter Pylagoras atque Hieromnemones ſedebat, bellum iſtud Amphiſſenſe (cujus ſub prætextu, uti mox ſtatim patebat, Philippus totam Græciam ac præcipue Athenienſes petebat) concitaſſet: tantum tamen Demoſthenes, fidus Reipublicæ propugnator, efficere potuit, ut primùm Athenienſis populus illos, qui pro ipſorum Republica, ad Conſeſſum Pylæum delegandi erant, domi retinuerint; ne Concilio, quod jam extra ſolenne tempus, ab Antiquis temporibus conſtitutum, perpetuoque ſervatum, in Philippi &c. gratiam convocatum erat, intervenirent: nec, ſiquidem ordinario tempore id coiret, ii ſeſe horum Amphictyonum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

num Concilii (à quo jam & Phocenſes & Lacedæmonii aliique expulſi, Macedoneſque in ipſorum locum intruſi fuerant) conſiliis aut decretis immiſcerent.

At cum jam Philippus Macedo iſtius belli Dux à (quaſi) communi Græcia electus eſſet, atque in Phocenſes jam expeditionem pararet; populique iſti, quorum Amphictyonici conſeſſus membra, ſeu delegati, id bellum decreverant, auxilia ſubmitterent; quietos ſe tenebant Athenienſes.

Atque hinc, cum Amyniades, Philippo quoque favens, ad Oraculum Delphicum [cui ejuſmodi jam præſidebant Amphyctiones] mittendum eſſe conſultum cenſeret, Demoſthenes id diſſuadebat: cum optime ſciret, bellum iſtud decretum fuiſſe in *concione Delphica*; quæ, teſte ipſo Æſchine (cujus verbis hîc utor) fit, quando non ſolum *Pylagori* & *Hieromnemones*, ſed ii etiam *qui unà ſacra faciunt*, & *qui ad conſulendum Oraculum venerunt*, convocantur: ubi tum graviter atque acerbe (fatente eodem Æſchine) accuſati fuerant Amphiciſſenſes, i.e. Phocenſes.

Tales igitur homines (vides enim hinc, mi lector, ſuperſtitioſos in auxilium, ſicut religionem obtentui, ſumptos) damnaverant Phocenſes, qui jam ſimul cum Lacedæmoniis, Concilio iſto expulſi fuerant, atque præjudicio hoc damnati; abſentibus interim inde Athenienſibus Ionibusque ac Doribus aliiſque, qui aut Phocenſibus, aut Athenienſibus, aut Lacedæmoniis ſociati erant: vel, (ſi iſti excluſi non eſſent) aliorum per ſuffragia ſuperatis.

Damnabantur igitur ab inimicis ſuis, atque aut ſuperſtitioſis, qui in gratiam Delphicorum Antiſtitum &c. ita cenſebant; aut illis, qui, ſi non ex odio Phocenſium, certe cauſa lucri ac commodi quæ ſibi ſecutura ex Philippi ſocietate imaginabantur: vel iis denique, qui ex metu potentiæ Macedonicæ Philippo accedebant. Quod tamen Thebani fere omnium primi,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

odorabantur contra casurum; Philippumque ipsos æque decipere, ac sub prætextu societatis atque amicitiæ sibi subjugatos velle.

Hinc ergo desciscentes à Philippo Athenienſibus seſe pro communi Græciæ salute associabant: præcipue cum jam viderent, quod Philippus successu ad Amphipolim elatus, raptim Elateam irruperat, ac Phocenses occupaverat: quibus permotos maxime Demosthenes illos ad Societatem cum Athenienſibus stabiliendam pertraxerat.

Quum igitur tali temporum statu *Pythia*, quasi Apolline inspirante, *horrenda pronuntiaret Vaticinia*; quis non videt hunc Demosthenem, tanti ingenii, tantæque experientiæ politicum, non frustra Pythiam hanc insimulasse; imo & aperte accusasse, quod illa à partibus staret Philippi; atque per illam is terrorem superstitiosum contra Phocenses ac cæteros Græcos sibi adverſos, ac pro communi libertate militantes, incutere machinaretur.

Ac quis non videt hunc Demosthenem, summa cum ratione Thebanis posuisse ante oculos Epaminondam (cui summam suæ reipublicæ gloriam debebant) Athenienſibus vero Periclem, ambo prudentissimos viros, ac summos imperatores; ut qui consultationes ejusmodi Oraculorum timiditatis prætextum rati, propriis usi fuerant consiliis?

CAPUT

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy af Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Oraculum Tro-
nonii.

N. 5

ltoris per faces, thura, &c
rator.
mæ Trophonio aliisque Dí

esponsorum jam ante date
lorumque, successus ostem

cationes per Hermas, it
ns.
actandus; ut novissimum
neret præsagium.
aditus exitusque occulti.

lceatus, alioque vestitu
nitus ad descensum.
fatidici, in quod Consu

ro, in sella, ad Templu
& Bonorum Decru

oris & Templo Trophon
næ Fortunæ ac Boni Gen
Trophonii adjacentia.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

N. 5

Pag. 187

Præparatio ad Oraculum Trophonii.

1. *Lustratio Consultoris per faces, thura, &c.*
2. *Sacerdos lustrator.*
3. *Sacrificia ac victimæ Trophonio aliisque Dis offerenda.*
4. *Picturæ quibus Responsorum jam ante datorum, Miraculorumque, successus ostentabantur.*
5. *Lotiones ac purificationes per Hermas, ita nominatos pueros.*
6. *Caper Agamedi mactandus, ut novissimum ac certissimum obtineret præsagium.*
7. *Speluncæ, atque aditus exitusque occulti.*
8. *Fons Lethes.*
9. *Fons Mnemosynes.*
10. *Consultor jam calceatus, alioque vestitu ac paratu præmunitus ad descensum.*
11. *Os superius Antri fatidici, in quod Consultor descendit.*
12. *Trophonii Statua.*
13. *Consultor ab Antro, in sella, ad Templum Bonæ Fortunæ & Bonorum Deorum, deportatus.*
14. *Deportatio consultoris & Templo Trophonii ad Templum Bonæ Fortunæ ac Boni Genii.*
15. *Loca huic templo Trophonii adjacentia.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

CAPUT VIII.

Descriptio Oraculi apud Trophonium ex Pausania : ubi 1°. *habemus expiationes, abstinentiam, & lustrationes ac sacrificia ; uti & Haruspicinam ibi exercitam ; atque ita ultima omina capta ex ariete ; lotiones porro & unctiones potusque ex Lethes ac Mnemosynes fontibus : istaque occasione aquarum Miracula ex Veteribus. Hinc sequitur qualis fuerit in antrum, post preces ad Trophonium peractas, descensus ; quid in ipso antro peractum, quibusque ibi fraudibus circumventus consultor fuerit. Inde considerantur modus exeundi, atque interrogationes, confessionesque eorum quæ se vidisse atque audivisse putabat consultor ; ac quidem isto tempore, quo nondum ex amentia ad se redierat. Sequitur historia de Demetrii regis Satellite, qui invitis sacerdotibus eo intraverat : Media denique & artes quibus horribile illud arcanum Trophonii occultum tenere, auctoritatemque istius Oraculi conservare poterant.*

TRanseo igitur ad Oraculum Trophonii. De quo sequentia Pausanias ; qui ipse, uti testatur, illud consuluit ; unde id ita accuratè describit, ut à nemine magis accuratam descriptionem exspectare possimus. Sic ergò ille in Bœoticis suis : Κατὰ δὴ τὸ μαντεῖον τοιάδε γίνεται, ἐπειδὰν ἀνδρὶ ἐς ἓξ Τροφωνίου κατιέναι δόξῃ, πρῶτα μὲν παραγινόντων ἡμερῶν δισσῶν ἐν οἰκήματι ἔχει, τὸ δὲ οἴκημα Δαίμονός τε ἀγαθοῦ καὶ Τύχης ἱερὸν ἐστιν ἀγαθῆς. Λαμπρύνεσθαί τε ἐστὶν αὐτῷ, καὶ τὰ ἄλλα καθαρεύειν, καὶ λουτρῶν εἴργεται θερμῶν. τὸ δὲ λουτρὸν ὁ ποταμός ἐστιν ἡ Ἕρκυνα, καὶ οἱ κριοὶ ἀφθονοί ἐστιν ἀπὸ τῶν θυσιῶν. θύει δὲ δὴ ὁ καλιὼν αὐτῷ τε Τροφωνίῳ καὶ ἓξ Τροφωνίου τοῖς παισὶ, σφάττει δὲ Ἀπόλλωνί τε, καὶ Κρόνῳ καὶ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

καὶ Διὶ ἐπίκλησιν Βασιλεῖ, καὶ Ἥρᾳ τὴ Ἡνιόχῃ, ἣ Δήμητρι ἦν ἐπονομάζοντες Εὐρώπλῳ, ἣν δ' Τροφωνίᾳ φασὶν εἶναι τροφόν. καθ' ἑκάστην δὲ ἣν τῶν θυσιῶν ἀνὴρ μάντις παρὼν, ἐς τὸ ἱερεῖα τὰ σπλάγχνα ἐνορᾷ. ἐνιδὰν δὲ σοθεσπίζει τῷ κατόντι, εἰ δὴ αὐτὸν ἀμφὶς ὁ Τροφώνιος καὶ ἵλεως δέξεται. Τῶν μὲν δὴ ἄλλων ἱερείων τὰ σπλάγχνα ἔχ ὁμοίως δηλοῖ τὸ Τροφωνίᾳ τὼ γνώμεν. ἐν δὲ νυκτὶ ἢ κάτεισιν ἕκαστος, ἐν ταύτῃ κελὸν θύσιν ἐς βόθρον, ὀπικαλέμενοι τὸ Ἀγαμήδεα. θυμάτων δὲ τὸ σόπερον πεφηνότων αἰσίων, λόγος ἐστὶν ἀδεὶς, εἰ μὴ τῶδε δὲ κελὸ τὰ σπλάγχνα τὸ αὐτὸ θέλει λέγειν. ὁμολογέντων δὲ καὶ τούτων, ὅτι ἕκαστος ἤδη κάτεισιν ἐλπὶς κάτεισι δὲ ὧτω. Πρῶτα μὲν τῇ νυκτὶ αὐτὸν ἄγουσιν ὑπὸ τὸ ποταμὸν τὸν Ἕρκυναν. ἀγαγόντες δὲ ἐλαίῳ κελέσι καὶ λόσι δύο παῖδες τὸ ἀτῶν ἔτη τρία μὲ καὶ δέκα γεγονότε, ὃς Ἑρμᾶς ἐπονομάζουσιν. ὕδωρ καταβαίνουσά εἰσιν οἱ λόοντες, καὶ ὁπόσου χρὴ βαθέμενοι, αὖτε παῖδες. Τὸ ἐντεῦθεν ὑπὸ τὸ ἱερέων οὐκ αὐτὰ ὑπὸ τὸ μαντεῖον, ὑπὸ δὲ ὕδατος πηγὰς ἄγετα, αἱ δὲ ἐγγύτατά εἰσιν ἀλλήλων. ἐνταῦθα δὲ χρὴ πιεῖν αὐτὸν λήθης τὸ ὕδωρ καλέμενον, ἵνα λήθῃ χρήτα οἱ πάντων ἃ τέως ἐφρόνιζε· καὶ ὑπὸ τόδε ἄλλο αὖθις ὕδωρ πιεῖν Μνημοσύνης, ὑπὸ τόδε τὸ μνημονεύειν τὰ ὀφθέντα οἱ καταβάντι. θεασάμενος δὲ ἄγαλμα ὁ ποιήσας Δαίδαλόν φασιν, ὡσὸ δὲ τὸ ἱερέων οὐκ ὑποδείκνυτα πάλαι ὅσοι πρόσθε τὸ Τροφώνιον μέλλουσιν ἔρχεσθαι, τόδε τὸ ἄγαλμα ἰδὼν, ἐς θεραπεύσας τε καὶ ὀξάμενος, ἔρχετα πρὸς τὸ μαντεῖον, χιτῶνα ἐνδεδυκὼς λευκὸν, καὶ ταινίαις τὸ χιτῶνα ὑπεζωσθεὶς, καὶ ὑποδησάμενος ὑπιχωρίας κρηπίδας. At poſt antri, ſeu potius introitus ipſius, deſcriptionem, quam jam Pag. 64. dedimus, ita pergit: Ἐπειδὰν δὲ ἀνὴρ ἔρχηται πρόσθε τὸ Τροφώνιον, κλίμακα αὐτῷ κομίζουσι σενὴν ἐς ἐλαφρὸν. καταβάντι δέ ἐστιν ὑπὸ μεταξὺ τοῦ τε ἐδάφους ἐς τὸ οἰκοδομήματος στόμιον τὸ ἄρος δύο, τὸ δὲ ὕψος ἐφαίνετο εἶναι στόμης. ὁ δὲ καλιὸν καταβλίνας ἑαυτὸν ἐς τὸ ἔδαφος, ἔχων μάζας μεμαγμένας μέλιτι προσεμβάλλῃ τε ἐς τὸν ὀπὸν τὰς πόδας, καὶ αὐτὸς ὑπιχωρεῖ, τὰ μάλα οἱ τὸ ὀπῆς ἐντὸς γρέος προθυμένου. τὸ δὲ λοιπὸν σῶμα αὐ-

αὐτίκα ἐφελκύσθη τὲ καὶ τοῖς γόνασιν ἐπέδραμψε, ὥσπερ ποταμῶν ὁ μέγιστος καὶ ὠκύτατος σωσθέντα ὑπὸ δίνης ἀποκρύψειεν ἄνθρωπον. Τὸ δὲ ἐντεῦθεν τοῖς ἐντὸς ἔτ' αὐτὰ γνωμένοις, οὐκ εἶς ἅδε ὁ αὐτὸς τρόπος ἐστὶν ὅτῳ διδάσκονται τὰ μέλλοντα. ἀλλὰ πά τις καὶ εἶδε, καὶ ἄλλος ἤκουσεν. ἀναστρέψας ὁ ὀπίσω τοῖς καταβᾶσι λόγῳ τομίς τε ἐστὶ καὶ αὐτά, καὶ προσκεφόντων σφίσι τὰ πολλά. Ἀποφαίνειν δὲ ἑκάστα τῶν καταβάντων λέγουσιν, ὅτι μὴ μόνον τῶν Δημητέρος πυνὰ δορυφόρων. τὸν δὲ ὅτι ποιῆσαι πρὸς τὸ ἱερὸν φασιν ἅδεν τῶν νενομισμένων, ὅτε χρησόμενον τῷ θεῷ καταβῆναι, χρυσὸν δὲ καὶ ἀργύριον ἐκκομιεῖν ἐλπίσαντα ἐκ τοῦ αὐτοῦ. λέγεται δὲ τοῦτο τὸ νεκρὸν ἑτέρωθι ἀναφανῆναι, καὶ ὁ κῆρυξ τιμὰ ἐκβληθῆναι τὸ ἱερόν. Ἐς μὲν δὴ τὸν ἄνθρωπον λεγομένων καὶ ἄλλων, εἴρηταί μοι τὰ ἀξιολογώτατα. Τὸν δὲ ἀναβάντα πρὸς τὸ Τροφωνίου, προσλαβόντες αὖθις οἱ ἱερεῖς, καθίζουσιν ἐπὶ θρόνου τῆ Μνημοσύνης καλουμένου. κεῖται δὲ ὁ πόρρω τοῦ αὐτοῦ. καθεσθέντα δὲ ἐνταῦθα, ἀνερωτῶσιν ὁπόσου εἶδέ τε καὶ ἐπύθετο. μαθόντες δὲ ἐπιτρέπουσιν αὐτὸν ἤδη τοῖς προσήκουσιν. οἱ δὲ ἐς τὸ οἴκημα ἔνθα καὶ πρότερον διήγετο πρός τε Τύχη καὶ Δαίμοσιν ἀγαθοῖς, ἐς τοῦτο ἀφόμενοι κομίζουσι, καρδίαν τε ἔπι τῷ δείματι καὶ ἄγνοια ὁμοίως αὐτοῦ τε καὶ τῆς πέλας. ὕστερον μέν τοι τὰ τε ἄλλα ἅδέν τι φρονήσαι μεῖον ἢ πρότερον, καὶ γέλως ἐπαίνεσιν οἱ. Γράφω δὲ οὐκ ἀκοὴν, ἀλλὰ ἑτέρας τε ἰδὼν, καὶ αὐτὸς Τροφωνίῳ χρησάμενος. Τὰς δὲ ἐς τὸ Τροφωνίου κατελθούσας, ἀνάγκη σφᾶς ὁπόσα ἤκουσεν ἕκαστος, ἢ εἶδεν, ἀναθεῖναι γεγραμμένα ἐν πίναξι.

Quod ad Oraculum pertinet, observatur ritus hujusmodi: ubi statuerit quis in Trophonii descendere, primùm dierum certum numerum est ei in aediculâ quâdam commorandum. Illic degens & alia suscipit expiationum genera, & calidis abstinet aquis, Hyrcinâ fluvio se abluit, carnes ei de victimis largè suppeditant. Immolat enim qui huc descendit Trophonio & Filiis; Apollini præterea, Saturno & Jovi, cui Regi cognomen: Junoni Heniochæ & Cereri quam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Europen nominant, ac fuisse Trophonii nutricem perhibent: adest haruspex, qui cæsarum hostiarum viscera inspectat: ex ea inspectione vaticinatus, nunquid Trophonius placatus jam & propitius consultorem sit accepturus. Alia tamen exta non tam perspicuè Trophonii mentem denuntiant; verùm eâ qua quis nocte descendit, arietem mactat ad ipsam foveam, invocato Agamedis numine. Exta priora pro nihilo ducuntur, etiam si maximè fuerint læta, nisi hujus quoque Arietis exta idem portendant. Id ubi ita evenerit, ut extorum consentiat significatio, bona cum spe descendit consultor: atque hoc maximè modo initiatus, eoque ritu descendit. Deducunt sacrificuli eum noctu ad Hircynam fluvium, ibi hominem oleo perungunt, & abluunt pueri duo ex Oppidanorum liberis, annos ferme tredecim nati: Hermas (id est, Mercurios) illos nuncupant. Hi sunt qui descendentem abluunt, quique ministrant quæ sunt opus omnia, ut puerorum est captus. Hinc non statim ad Oraculum à sacrificulis, sed prius ad amnis fontes ducitur: sunt verò duo inter se proximi. Bibenda est illic Lethes quæ dicitur aqua, quo cunctorum ei quæ antè illi erant curæ oblivio contingat. Mnemosynes (id est, memoriæ) deinde aquas potat, ut ne mens effluat, quo minus quæ intra illa penetralia viderit, omnia memoriâ contineat. Jam simulachrum, quod fecisse Dædalum autumant, contemplatus (nemini prorsus id ostendunt Sacerdotes, præterquam iis qui ad Trophonium sunt accessuri) eo signo conspecto, & cum multa religione votis nuncupatis ad Oraculum progreditur, tunicam indutus lineam, ac tæniis incinctus, soleis popularibus in pedes inductis. Est verò Oraculum, &c. Vide pag. 65.

Qui certè intra penetrale descenderint, futura non uno & eodem modo cognoscunt: ex visis alius, ex auditis alius id consequitur. Per easdem fauces patet omnibus reditus, sed itine-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

itinere retrogrado, præeuntibus pedibus. Neminem omninò ex iis qui eo pervaserint, non reducem evasisse affirmant, uno excepto qui de speculatoribus Demetrii fuit: illum certè neque eorum quidquam sacrorum, quæ fieri ad fanum illud religione sancitum est, fecisse: & non scìscitandi causâ, sed quod argentum & aurum se, ex adyto exportaturum speraret, introiisse ajunt. Ejus (itaque) cadaver alibi apparuisse ajunt, & non per sacrum antri ostium ejectum. De quo quidem homine, quum dicantur alia, ea ipse quæ narratu duxi dignissima, exposui. Consultorem à Triphonio reversum sacrificuli in solio statim collocant, quod Mnemosynes vocant: positum illud est non procul ab adyto. Ab eo percontantur quæcunque vel visa vel audita reportarit. Ea ubi accepere iis hominem tradunt, quibus id officii demandatum est. Hi sublatum hominem in cellam Bonæ Fortunæ & Boni Genii, in quo veniens primum commoratus fuerat, reducunt, multo illum quidem adhuc terrore attonitum, & suimet atque omnium adsistentium oblitum. Resipiscit tamen (paulò) pòst; & pristina ei mens & risus redit. Scribo autem non solum audita, SED QUÆ ET ALIIS ACCIDISSE VIDI, ET EGOMET SUM EXPERTUS, CUM AD TROPHONIUM, CONSULENDI GRATIA, IPSE ETIAM VENIREM. *Coguntur sane omnes, qui ad Trophonium descenderant, quæcunque vel audierunt vel viderunt tabulæ inscripta (illic) suspendere.*

Perpendamus jam, quæso, illa quæ ad hoc Opertum gerebantur: videbimus enim ibi non magis opus fuisse Diaboli super aut præternaturalibus artificiis, quam ad Delphicum, de quo modo egi: sed omnia hîc æque fraudibus constitisse humanis. Interim multum quoque lucis afferent illa, quæ hîc peragebantur, intelligendis istis quæ Delphis perpetrabantur: Sicut & illa vice versa hoc Trophonii Oraculum aliquatenus illustrant.

Quæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Quæ igitur primo hic se in conspectum dant sunt *Expiationes*, & *Abstinentia*; ac quidem per aliquot dies, in Cella sive ædicula, quæ huic tragœdiæ peragendæ quoque parata erat: ubi carnes tamen Consultori ex victimis subinde afferebantur; dum Antistites interim laute atque opipare ipsius sumptibus (nec semel tantum,) convivarentur. Qualis Abstinentia, similiaque hìc observata, etiam ad alia Operta locum habebant; atque imprimis ubi per Insomnia Oraculorum Responsa reddebantur: cum interim non deessent media, quibus dum vino abstinebant, aqua illa quæ talibus propinabatur, commode infici posset medicamine aliquo. Verum talia magis exspectanda erant, ubi cum *Lethes* tum *Mnemosynes* pocula essent exhaurienda: de quibus statim latius.

Post illam igitur Abstinentiam sequebantur Lustrationes (de quibus videndus Eruditissimus Lomejerus; ac quæ jam ante aliquot annos, in Belgico meo de Oraculis tractatu attuli) & Sacrificia, ac quidem crebro iteranda; ut sic bona obtinerentur præsagia. His igitur 3. conjuncta erat Haruspicina; indeque ultimum tandem Omen capiendum ex Ariete (post tot jam ante facta sacrificia) ac quidem ista nocte, qua Oraculum consulturus, eò descensurus erat: nisi illo ultimo sacrificio male litatum esset. Quocum comparet Lector tremorem illum victimæ, seu capræ aquâ obrutæ apud Delphos.

At priusquam sic descenderet, oleo perungendus erat, à Sacerdotibus, rursusque abluendus à pueris; ut scilicet res eo simplicior, atque omni fraude & impostura carens appareret.

Hinc porro ducebatur ad Lethes ac Mnemosynes fontes; ut sic ex una bibendo præteritorum oblivisceretur, quasi; atque ex altera, ut sic mentem magis puram ac robustam haberet, hinc bibendo, ad bene memoriâ retinenda illa, quæ jam jam visurus atque auditurus erat.

Aquas autem esse vel fuisse quasdam istâ naturâ, ut insaniam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

niam crearent hominibus, qui eas biberant, patet (si hîc quoque Poëtis credendum) 1. ex Ovidii 4. Fastorum libro, de Gallo fluvio, hoc modo:

Qui bibit inde furit. Procul hinc discedite queis est
Cura bonæ mentis. Qui bibit inde furit.

Sicut id 2°. quoque testatur Plinius lib. 31. cap. 1. de Gallo, his verbis: *Sed ibi in potando necessarius modus; ne lymphatos agat: quod in Æthiopia accidere iis qui è fonte rubro bibunt, Ctesias scribit.*

De Fontibus vero hisce *Lethes* ac *Mnemosynes*, idem eodem capite: *In Bœotia ad Trophonium Deum, juxta flumen Orchomenon, duo sunt fontes, quorum alter memoriam, alter oblivionem affert; Inde nominibus inventis. Pergit porro idem, & sic de aliis tradit: In Cilicia apud oppidum Crescum rivus fluit Nâs, ex quo bibentium subtiliores sensus fieri, M. Varro tradit. At in Cea insula fontem esse, quo hebetes fiant.*

Vitruvius, qui lib. VIII. cap. 3. post alia de aquis ac fontibus narrata, agit de ipsorum Miraculis, ita loquitur de fonte in insula Chio: *Item est in insula Chio fons, è quo qui imprudenter biberint, fiunt insipientes: & ibi est epigramma insculptum ea sententia; jucundam esse potionem fontis ejus: sed qui biberit saxeos habiturum sensus. Sunt autem versus hi:*

Ἡδεῖα ψυχροῖο ποτὲ λίβας ἦν ἀναβάλλῃ
Πηγὴν, ἀλλὰ νοῷ πίνε· ὁ δ' οὐ πών.

Quæ cuncta jam dicta solum & unicum vinum, vel in diversis, vel etiam in uno eodemque homine, præstare potest: modo imprudenter (ut Vitruvius loquitur) bibatur. Imo etiam, quod de alio fonte in Æthiopia narrat Ctesias, *biben-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

tes ex iſto ita mutari intellectu, ut etiam in occulto geſta confiteantur.

Porro de fontibus qui potantes inebrient, vel contrà quoque abſtemios reddant, aliave miracula producant, legendi Sotion, Plinius, Athenæus & alii: imprimis ſi quis fabulis delectetur.

Si igitur talis dementandi, vel contrà intellectum ſeu memoriam, confortandi vis, iſtis ad Trophonium fontibus non inerat: certe tales per medicamen infuſum, vel aliter, effici poterant aquæ: cum hæc per ſolorum Antiſtitum manus commode peragi potuerint: nemoque medicinæ aliquantulum gnarus ignoret, quid Opio, quid Dutroa, quid aliis pluribus (de quibus jam ſupra locutus fui) peragi poſſit.

Hinc denique antequam in Antrum deſcendat Fatidicum adorandum eſt Trophonii Simulacrum, ad quod in Adytis poſitum, preces jam deſcenſuro fundendæ ſunt; ibique adeo poſtulationes exponendæ: quæ quam facile ſive aperte, ſive clam, obſervari potuerint à Sacerdotibus, ubi omnia fraudibus texendis comparata erant, (cum quoque ſic nullum hîc periculum eſſet aberrandi per codicillos non commode reſignatis) facile quivis lector comprehendere poſſit.

Poſt illa ſequebatur deſcenſus, qualis à Pauſania (qui ipſe eo deſcenderat) deſcribitur. Ac certe quod ſcalis rurſus ablatis, Conſulturus ibi ſolus relinqueretur in iſtis anguſtiis; ac quod pedibus in per anguſtum iſtud foramen immiſſis, ille ſic vehementer pertraheretur in iſtud ſacrum antrum; ac quidem manibus quoque impeditis per placentas illas, quas quaſi ſerpentibus deliniendis, tenere cogebatur; revera, ne manibus libere uti ad aliquid apprehendendum, aut contranitendum uteretur: certe, illa omnia (cum & jam ſenſim magis magisque ipſi mens perturbaretur) clare oſtendunt, hæc omnia per impoſturas &c. patrata fuiſſe.

Quid

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

rophonii cum ſuis
nicibus, &c.

in antrum Trophonii pro-

bnubilatam ac turbatam;
a exhibita, voceſque au-

rula adhibita.
um ſonitum, adeoque &
uoſum, excitandum: per
uæ in rem ipſorum erant.

s obnubilationi adaugenda

terraneis iſtis cellis, qua
poſturis, adornantes.
ſuſpecti, vel qui inviti
us eo irruperant, occiſi
non ſacrum ejecti.
o fornicum ac cellarum
arum inter ſe.
per idem foramen, per
erit, retractus.
e obnubilatus ac turbatu.
nſcius, in ſella mnemoſy
de viſis atque auditis per
gatus.
t quid ille, quaſi, vide
erit: &c.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
366 F 33

Interiora antri Trophonii cum suis cellis ac fornicibus, &c.

1. *Consultor jam in antrum Trophonii pr tractus.*
2. *Ipsi, post mentem obnubilatam ac turbatam picturæ & specula exhibita, vocesque au ribus ingestæ.*
3. *Ipsæ picturæ ac specula adhibita.*
4. *Tubæ, ad horrendum sonitum, adeoque & terrorem superstitiosum, excitandum: p quas ei talia, quæ in rem ipsorum erant ingerebant.*
5. *Thymiamata mentis obnubilationi adaugend apposita.*
6. *Sacerdotes, in subterraneis istis cellis, q necessaria his impostoris, adornantes.*
7. & 8. *Consultores suspecti, vel qui invit Antistitibus eo irruperant, occis ac per os non sacrum ejecti.*
8. & 9. *Communicatio fornicum ac cellaru subterranearum inter se.*
10. *Oraculi Consultor per idem foramen, p quod demissus fuerit, retractus.*
11. *Idem, adhuc mente obnubilatus ac turbat suique necdum conscius, in sella mnemos nes positus; ac de visis atque auditis p Antistites interrogatus.*
12. *Pictor, qui depingit quid ille, quasi, vid rit, atque audiverit: &c.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Quid in ipso antro peractum fuerit ab Antistitibus &c. quid factum Consulenti, id ipse Consulens observare minime potuit; quod jam plane amens esset, sive ab aquis epotis, sive ab aliis mediis, per suffimenta, vel inunctiones, quale quid jam ad Hyrcynam per pueros illos fieri potuerat: qualeque inunctionis, quo dementia excitabatur, exemplum nobis ut autoptes affert P. A. Mathiolus, in præfatione ad Dioscoridem. Qua amentia perdurante, vel etiam adaucta, dum ibi diutius moraretur, adhiberi poterant & picturæ & specula, in quæ picturæ reflectebantur, per illos qui Consulenti, clam ipso, à tergo adstarent: ut per ejusmodi catoptromanteiam eum deciperent: dum sic repræsentarent illa, quæ ipsis convenire videbantur interrogatis seu postulationibus à Consulente ad Deum jam, ipsis præsentibus, directa. Vel per tubas sive locutorias sive alias, aliave per instrumenta huc facientia, quæ aut cominus auribus admota, aut ex congrua (seu magis vicina, seu magis, vel etiam admodum, remota,) media sine insigni artificio, adhiberi poterant, quibus Responsa magis minusve clare, seu obscure vel intricate concinnata ipsi ingerere valebant. Quin & confingere commodissime, ac sine periculo, poterant eum talia, vel talia vidisse aut audivisse, prout id ipsis lubitum esset.

Ac talia quidem prætensa Dei Responsa, postquam eodem modo, i. e. pedibus antrorsum, extractus ex antro fuerat, ac jam in Mnemosynes solio repositus esset; cogebatur, ipse (ad interrogata Antistitum huic fraudi accommodata) enarrare, pro potestate ejus; dum adhuc insania laboraret, suique & aliorum nondum meminisset.

Modus, igitur, exeundi inde æque suspectus est quam introeundi; quod modo naturali contrario, pedibus primo erumpentibus Consultor prodiret ex antro, menteque adhuc abalienata. Hisce accedat quod dum adhuc ita terrore attonitus, ac suimet & omnium aliorum oblitus erat; neque ullo modo ad sese redierat, percontatio (quid nempe vidisset vel audi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

visset) ab Antistitibus institueretur. Ille quippe, qui nondum mentis suæ compos erat, ac cui nondum memoria constabat, narrare cogebatur his Sacerdotibus illa quæ viderat audiveratve; isti vero hæc ex ore ipsius excipiebant.

Ac quid hîc non poterant consingere ac refingere, vel adornare, pro lubitu; ut eo commodius interpretationem sive ambiguam sive apertam (quod tamen rarissime fiebat) valerent accommodare? eique postquam is jam mentis compos factus esset ostendere, atque audacter affirmare talia aut talia ab ipso visa fuisse vel audita? Imprimis vero, si jam callide expiscati fuerant vel ex ipso Consultore sive inebriato, sive alias nimis incircumspecto, vel ex famulitio ipsius, quorum gratia Trophonium venisset consultum: si non ex ipsius precibus Trophonio factis id exaudire potuerant.

Historiola vero illa de Demetrii regis satellite, præter alia, admodum clare fraudes ibi perpetratas arguit. Narrabatur illa à Sacerdotibus, scilicet, superstitioni adaugendæ ac ne temere quis vel vi vel fraude in istud antrum irreperet, illorumque ibi mysteria detegeret; hinc ut prophanum quendam hominem, non religione sed avaritia ductum istum depingebant; ac simul pœnam Divinitus illi inflictam; corpusque ejus, seu cadaver alibi apparuisse, ejectum non per *os Sacrum* illud, per quod tali modo, uti vidimus, intrabant: sed per aliud, ut videtur, procul dissitum.

Os, interim, illud *non Sacrum*, plus hîc detegit quam prima fronte apparet; cum exinde videamus, istud antrum (sicut & plura alia) diversos adytus & exitus occultos habuisse: per quæ clam aliis importari atque exportari poterant, quæ hisce impostoris adjumento esse poterant; vel intrare tales homines, qualibus ipsi quandoque huic Tragœdiæ simul peragendæ indigebant.

Si igitur talis historia ibi contigit, summe credibile est istum Satellitem cupidine explorandi illud Opertum (ac forsan non tam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

tam ex propria curiositate, quam regis Demetrii, aut aliorum) vel quoque ex avaritia simul, ac spe prædæ inde reportandæ. Cui cum ob auctoritatem, (qua forsitan nitebatur) ac potentiam Demetrii regis, id minus prohibere possent, nil melius invenire poterant, quam ut ipsum ibi clam, seu veneno, seu aliter interficerent; eumque ex Antro ejectum, ita irâ ac vindicta Divina interemptum fuisse, famâ divulgarent: quasi Deus ille Triphonius horrendam ipsius impietatem ex auri sacra fame natam tali pœna illum affeciset; hominesque alios, ne quid tale unquam machinarentur, admonitos voluisset.

Hic etenim maxime ipsis cavendum erat, ne hæc respublica Divinatoria seu Fatidica aliquid detrimenti pateretur: cum omnis honor atque auctoritas, omne lucrum ac commodum ipsorum, ab auctoritate Antri Fatidici, & credula superstitione hominum penderent. Quare ejusmodi impiis conatibus omni vi ac conatu, obviam ire debebant, eosque importunos scrutatores tempestive interimere; eo quod mortui omnes pisce omni magis muti sint, neque aliquid aliis enarrare valeant; aliorumve fraudes atque impostoras, artificiaque detegere queant.

Si vero quispiam illorum, qui conscii horum Mysteriorum erant, (sive quod ex ipsorum consortio essent, sive aliter eorum notitiam acquisivissent) propalare illa in vulgus tentaret; nullæ deerant ipsis occasiones [sicut & apud alia Oracula] quibus tales homines perdere, suasque injurias ita acerbe ulciscí possent. Impii enim erant tales ac nefarii, cunctisque Diris devovendi. Nec si evasissent, apud stolidum vulgus ipsis ulla fides: cum statim Sacerdotes omnia horrenda atque impia de talibus in vulgus ferere ac dispergere valerent. Imò nec Reges, Principes aut Magnates, quibus talia Operta sæpe maxime inservire poterant, hæc detecta hominum vulgo volebant: quamvis quandoque & contra ipsos (quod tamen rarius) maligni Antistites iis abuterentur; sive ex proprio odio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

aut ira, ſive pretio ad id conducti) eo quod mediante hac ſuperſtitione, ac ſub prætextu pietatis in Deos, populo iis facile credulo ita commodius dominarentur.

Quod autem poſtremo circa hoc Oraculum notandum venit, eſt, hos Antiſtites minime contentos nuda Conſultorum ſive relatione, ſive confeſſione, eo modo uti ſupra videmus, facta: verum & coëgiſſe illos ut prætenſa hæc viſa vel Audita (ac quidem ex concinnatione Antiſtitum) propalam ac publice exponerent, depicta in tabula quadam, aut epigrapha ei inſcriptâ: ut ſcilicet ita haberent illi talia Conſultorum propria teſtimonia, quæ ab hiſce in poſterum retractari minime poſſent.

CAPUT IX.

De Oraculo agitur Dodonæo, ac quot modis id à veteribus deſcribatur; iſtaque occaſione de Memnonis in Ægypto ſtatua & Oraculo, quamque incerta, varia, imo & ridicula (æque ac quæ de Dodone dicuntur) de hoc Oraculo narrentur. Quibus tum adjungitur Sphynx illa quæ Pyramidibus Ægyptiacis prope adſtat; ac denique Oraculum Jovis Ammonis in Lybia.

AB Oraculo hoc Trophonii tranſeamus ad celebratiſſimum illud Jovis Dodonæi; de quo tam diverſa produnt omnes ſcriptores Veteres, qui, aut data opera, aut per occaſionem, aliquid de hoc χρηστηρίῳ ſcriptis conſignarunt. namque aliis, uti alter Mœnalus, *argutumque nemus, quercuſque loquentes ſemper* habebat; aliis Columbæ in iis vaticinia edebant, aliis alia. Sed prætereamus illa Mythologica ac Poëtica figmenta iſtorum hominum, quibus quidlibet audendi, imò & mentiendi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

tiendi ſemper apud horum admiratores fuit æqua poteſtas. *Quæ*, ut cum Cicerone loquar, *delectationis habeant quantum voles : verbis, ſententiis, numeris, cantibus adjuventur : Auctoritatem quidem nullam* [iis] *debemus, nec fidem* [talibus] *commentitiis rebus adjungere.* At hîc etiam ne hiſtoricis quidem fides adhibenda: qui, licet animo in veritatem propenſo, ipſam rei veritatem nobis tradere non potuerunt. Quod ex ſequentibus manifeſtum fiet. Strabonis enim Epitomator (namque ipſe Strabo, injuria temporum, eo in loco mutilatus) ita loquitur : ὅτι ἡ παροιμία ἡ ἐν Δωδωνῃ χαλκεῖον ἐντεῦθεν ὠνομάσθη. χαλκεῖον ἦν ἐν τῷ ἱερῷ, ἔχον ὑπερκείμενον ἀνδριάντα, κρατοῦντα μάστιγα χαλκῆν, ἀνάθημα Κορκυρσίων. ἡ δὲ μάστιξ ἦν τριπλῆ ἁλυσιδωτὴ ἀπηρτημένας ἔχουσα ἐξ αὐτῆς ἀστραγάλους· οἱ πληττοντες τὸ χαλκεῖον συνεχῶς ὁπότε αἴροιντο ὑπὸ τῶν ἀνέμων, μακρὸς ἦχος ἀπειργάζοντο.

Quod proverbium (illud) Æs Dodonæum hinc nomen habuerit. Lebes erat in Templo, cui parva viri ſtatua imminebat, manu tenens flagellum æneum (quæ andrias erat donum Corcyræorum.) Flagellum vero erat ex triplici catena quæ appenſos ſibi talos habebat : qui illud vas æneum continuo percutientes, cum à ventis ſurſum ferebantur, magnos ſonitus efficiebant. Suidas verò in hunc modum : Δήμων γάρ φησιν ὅτι τὸ τοῦ Διὸς μαντεῖον ἐν Δωδώνῃ λέβησιν ἐν κύκλῳ περιειλημμένοις. τούτους δὲ ψαύειν ἀλλήλοις, ἐκ κρουσθέντος τοῦ ἑνὸς, ἠχεῖν ἐκ διαδοχῆς πάντας· ὡς διὰ πολλοῦ χρόνου γίνεσθαι τὸν ἠχῆς τὸν περίοδον.

Demon enim narrat Dodonæi Jovis Oraculum lebetibus undique circumdatum fuiſſe. Hos verò inter ſe contiguos fuiſſe, & (horum) uno pulſato, omnes ordine reſonaſſe; ita ut illius ſoni circuitus diu duraret.

Ita quoque Euſtathius ad Homeri Iliada loquitur. Qui Euſtathius, ſi benè memini, Pauſaniam Authorem laudat: quamquam apud Pauſaniam tale quid ego minimè inveniam. Cæterum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

terum hæc jam adducta ex Eustathio Suidam hausisse, iis, qui utrosque contulerint, clarum est: Idem vero Suidas eodem in loco: Δωδώνη πόλις ἐν τῇ Θεσπρωτίδι Πελασγία, ἐν ᾗ ἵστατο δρῦς· ἐν ᾗ μαντεῖον ἦν γυναικῶν σοφῶν. ἐν εἰσιόντων τῶν μαντουμένων, ἐκινεῖτο δῆθεν ἡ δρῦς ἠχοῦσα. αἱ δὲ ἐφθέγγοντο ὅτι τάδε λέγει ὁ Ζεύς. καὶ ἀνδριὰς ἵστατο ἐν ὕψει ῥάβδον κατέχων· καὶ παρ' αὐτὸν λέβης ἵστατο. καὶ ἔπαιεν ὁ ἀνδριὰς τὸν λέβητα, ἐξ οὗ ἦχός τις ἐναρμόνιος ἀπετελεῖτο.

Dodone urbs Pelasgica in Thesprotide, in qua quercus erat: in qua urbe etiam Oraculum mulierum fatidicarum. Ingredientibus autem illis, qui consulebant Oraculum, movebatur scilicet illa quercus resonans. ILLÆ VERO LOQUEBANTUR, ET ORACULI CONSULTORIBUS DICEBANT, JUPITER HÆC DICIT. *Et statua stabat in alto virgam tenens, & prope statuam ipsam erat lebes, unde sonus quidam Harmonicus, concinnus & suavis edebatur.*

Hæc autem verba, *& statua stabat*, &c. videntur rursus alterius cujusdam esse quam qui modo præcesserat. Quod minimè obscurum esse potest iis, qui norunt (& quisnam è doctorum numero hoc nescit?) Suidæ Lexicon mera ex aliis esse collectanea.

Philostratus autem, in Imaginibus, libro 2. Χαλκὴ τε Ἠχὼ ἐν αὐτῷ πεύμνῃ, ἣν, οἶμαι, ὀρθὰς ἀπιδάλλεται τὼ χεῖρε τῷ στόματι, ἐπειδὴ χαλκεῖον ἀνέκειτο τῷ Διὶ κατὰ Δωδώνην, ἠχεῖν ἐς πολὺ τῆς ἡμέρας, καὶ μέχρι λάβοιτό τις αὐτοῦ, μὴ σιωπῶν.

Æneaque in ipso Echo colitur, quam (ut puto) ori manum apponentem cernis. Quandoquidem æneum Jovi in Dodone dicatum erat, ad multum diei resonans, &, donec id apprehenderet quispiam, minime silens.

Aristoteles iterum alio modo descripsit illud μαντεῖον. Ita enim de ipso jam aliquoties adductus Suidas: Ἀριστοτέλης δὲ ὡς

ὡς πλάσμα διελέγχων, δύο φησὶ κύλικας εἶναι· καὶ ὑπὸ μὲν θατέρᾳ λέβητα, ὑπὸ θατέρᾳ δὲ παῖδα κρατοῦντα μάστιγα ἧς τοὺς ἱμάντας χαλκέους ὄντας στομφύλους ὑπὸ ἀνέμου τῷ λέβητι προσκρούειν, τὸν δὲ τυπτόμενον ἠχεῖν. *Ariſtoteles vero* (hoc μαντεῖον) *ut figmentum coarguens, ait duas eſſe columnas: & quidem uni earum inſiſtere lebeta, alteri verò puerum manu tenentem flagellum, cujus lora ex ære conflata, dum moventur à vento, lebeti impingunt illumque ita flagellatum reddere ſonum.* Quo loco autem Ariſtoteles ejuſque ſequaces, aliique aliarum ſectarum homines, λεπτόμετρα hujuſmodi habuerint, ſuperius ex Euſebio manifeſtavimus; cui Cicero aliique poſſent addi: Sed exiſtimo ſatis ſuperque quæ ibi dicta ſunt ſufficere.

Quæ vero paulo inferius habet idem Stephanus, longè ab hiſce diverſa videntur: ea ſcilicet quæ ex Menandro affert: Μέμνηται αὐτῆς Μένανδρος ἐν Ἀρρηφόρῳ. Ἐὰν δὲ κινέσῃ μόνον τὴν Μυρτίλην ταύτην ἣν τίτθην καλεῖ, πέρας ποιεῖ λαλιᾶς τὸ Δωδωνεῖον ἄνθρ χαλκίον, ὃ λέγουσιν ἠχεῖν ἂν παρήψαθ' ὁ παριὼν, τὴν ἡμέραν ὅλην, καταπαῦσαι θᾶττον, ἢ ταύτην λαβόντα, νύκτα γὰρ προσλαμβάνει. *Cujus* [proverbii] *meminit Menander in comœdia, quæ inſcribitur geſtator Sacrorum Arcanorum: Si verò quis ſolum moveat hanc Myrtilem* (*quam nutricem vocat*) *finem loquelæ facit æs Dodonæum, quod dicunt ſonare per totum diem, ſi quis* TRANSIENS ILLUD TETIGERIT, *& citius deſinere, quam illam loquentem; noctem enim addit loquelæ.*

Apud Stephanum rurſus, (in fragmento quod Tenullius edidit) longè alia habemus. Ita enim ibi, inter alia, loquitur: Ἔτι γὰρ τὸ Δωδωναῖον χαλκεῖον παροιμία ὑπὲρ τῶν πολλὰ λαλούντων, ὡς Μενεδήμων φησίν. διὸ καὶ τὸν ναὸν τῆς Δωδωναίας Διὸς τοίχους μὴ ἔχοντα, ἀλλὰ τελαμῶνας πολλοὺς ἀλλήλων πλησίον, ὥστε τὸν ἑνὸς ἀπτόμενον συμπάσχειν διὰ τὸ ψαύσεως τὴν ἐπήχησιν, ἑκάστῳ διαμένειν τὸν ἦχον ἄχρις οὗ θιγὼν τοῦ ἑνὸς ἐφάψηται.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Æs Dodonæum quoque proverbialiter dicitur de iis qui multa loquuntur (ut Menedemon ait) quia Templum Jovis Dodonæi non habet parietes, sed multos tripodas sibi invicem proximos; ita ut qui unum attingit, per contactum transmittat resonantiam, & unicuique immaneat repercussio, donec iterum unum attingat.

Aristoteli tamen adstipulantur Polemon & Aristides (apud eundem Stephanum citati) quorum posterior, (qui ex professo illud Templum & quæcunque ad illud pertinebant descripserat) paulo latius ibi describit, quæ ex Aristotele compendiosius Suidas narrat.

Consideratu sanè dignum, unde tam diversa de hoc Dodonæo Oraculo tradant scriptores veteres. Nimirum Consultores ad quercum istam (sunt tamen & qui Phagum nominant arborem, non quercum, non magno licet discrimine, cum sit fagus è quercuum genere) minimè admittebantur; nec videbant quid rerum circa eam gereretur. Audiebant quidem æris sonum, sed unde ille proficisceretur, quonamve modo ille excitaretur ignorabant; atque habebant illa à Sacerdotibus partim, partim ex conjectura. Ipsis enim aliquid, quod attonitos eos, si superstitiosi satis essent, reddere valeret fuisse ostensum; arboris motum, scilicet, ac simul sonum inde quasi (forsan & revera) prodeuntem, talique artificio concinnatum ut miraculi loco hujusmodi consultoribus haberetur, minimè negare velim: sed tanto ea spectata fuisse intervallo, talibusve impedimentis callide interjectis, ut ipsa rei veritas ritè perspici nequiret, facile quivis sat nasutus crediderit.

Post illas autem jam prægressas præstigias reddebantur Oracula, *per Prophetidas*, vocatas *Dodonidas* (quod ex Plutarcho aliisque abunde patet) sive voce ac carmine, uti ex exemplis apud veteres scriptores, eosque qui Oracula per istos dispersa collegerunt, liquet; sive *Sortibus*, uti ex Ciceronis libro

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

bro 1. de Divinatione, ſicut & ex ſecundo ejus de Divin. libro ſat clare à nobis oſtenditur.

Quæ Sortes, quibus qualibuſque modis tractatæ fuerint, abunde liquebit ex ſubſequenti hîc digreſſione; quæ docet veram eſſe hanc Ciceronis aſſertionem, *Totam (ſcilicet) hanc rem eſſe inventam fallaciis, aut ad quæſtum, aut ad ſuperſtitionem, aut ad errorem.* Ac cum fallerentur & circa Arborem & Sortes conſultores, quis miretur eos & circa reliqua potuiſſe falli; aut cæterorum Oraculorum Antiſtitibus cum plurima ſuppeterent, quibus præſtigias ac fallacias adornarent, quis dubitet & hoſce Dodonæos ſuas artes artiumque adminicula habuiſſe?

At ne nimium miremur pelves iſtas, aut pelvem, aut quodquod demum volueris æreum inſtrumentum, quod, aptum tali ſonitui reddendo, pro pelvi ſive χαλκείῳ divinitus perculſo venditabant, aut tripodas aut lebetes ſibi invicem tangentes; facit Memnonis illa in Ægypto (licet eam in Æthiopia ponat Philoſtratus) ſtatua: quæ, tacta ſolis radiis; admirabilem iſtum ſonum, (imò & Oracula, uti a ſuperſtitioſis facillimè credebatur) edebat. De ipſa enim tam varia ac diverſa narrantur, ut facile aliquis dubitet, an talis ſtatua unquam fuerit in rerum natura. Nec diffiteri velim, me èo non difficulter propendere, ni Strabo noſter, quem plurimi, & ex merito (uti omnes verè docti) æſtimo; quique incredulus mihi ſatis viſus eſt, ne pro ſuperſtitioſo, atque adeo pro fabularum narratore nimio cuiquam habendus ſit, in hunc modum de ea loqueretur, lib. 17. Ἐνταῦθα ἢ δυῶν κολοσσῶν ὄντων μονολίθων ἀλλήλων πλησίον, ὁ μὲν σώζεται, ὁ δ' ἕτερος τὰ ἄνω μέρη τὰ ἀπὸ τῆς καθέδρας πέπτωκε σεισμῷ γενηθέντος, ὡς φασι. Πεπίσθαι δ' ὅτι ἅπαξ καθ' ἡμέραν ἑκάστην, ψόφου, ὡς ἂν πληγῆς ὁ μεγάλης ἀποτελεῖται, ἀπὸ τοῦ μένοντος ἐν τῷ θρόνῳ, ἐκ τῆς βάσεως μέρους, καθ' ὃν ἢ παρῶν ὅπη τῶν ὅπων μὴ γάλκος Αἰλίου, ἐκ δὲ πλήθους τῶν σωόντων αὐτῷ φίλων τε καὶ γεγηθότων,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

περὶ ὥραν πρώτην ἤκουσα τοῦ ψόφου, εἴτε ἀπὸ τῆς βάσεως εἴτε ἀπὸ τοῦ κολοσσοῦ, εἴτ' ἐπίτηδες τοῦ κύκλῳ, καὶ περὶ τὴν βάσιν ἱδρυμένων τινὸς πεισαντος τὸν ψόφον, οὐκ ἔχω διϊσχυρίσασθαι. Δοκεῖ γὰρ τὸ ἄδηλον τῆς αἰτίας, πᾶν μᾶλλον ἐπέρχεσθαι πεφύκειν, ἢ τὸ ἐκ τῶν λίθων ἄτω πεφυγμένων ἐκπέμπεσθαι τὸν ἦχον.

Hic [*Thebis*] *cum duo colossi essent de solido lapide inter se propinqui, alter adhuc extat, alterius verò à superiore sede partes corruerunt, terræ* (*ut fama est*) *motu. Creditum etiam est semel quotidie sonitum quendam, veluti ictus haud magni edi, à parte quæ in sede ac basi permansit. Ipse cum Ælio Gallo adessem, & cum reliqua amicorum turba, ac militum, qui eo erant, circiter horam primam, sonitum audivi; utrum à basi, utrum à Colosso, an verò à circumstantium aliquo, non habeo affirmare: cum propter incertitudinem causæ quidvis potius credere subeat, quam ex lapidibus sic compositis sonitum edi.*

De eadem statua ita Pausanias: Παρέσχε δὲ πολλῷ μάλιστα [θαυμάσαι] Αἰγυπτίων ὁ κολοσσὸς ἐν Θήβαις ταῖς Αἰγυπτίαις διαβᾶσι τὸν Νεῖλον, πρὸς τοῖς Συρίγγων καλουμέναις. ἔστι γὰρ ἔπι καθήμενον ἄγαλμα Ἡλεῖον, Μέμνονα ὀνομάζουσιν οἱ πολλοί. Τοῦτον γάρ φασιν ἐξ Αἰθιοπίας ὁρμηθῆναι εἰς Αἴγυπτον, καὶ τῇ ἄχρι Σούσων. Ἀλλὰ γὰρ ὁ Μέμνονα οἱ Θηβαῖοι λέγουσι, ac paulò pòst: ὁ Καμβύσης διέκοψε, καὶ νῦν ὁπόσον ἐκ κεφαλῆς ἐς μέσον σῶμα, ἦν ἀπερρίμμενον· τὸ δὲ λοιπὸν καθῆται τε ἔτι καὶ εἶναι πᾶσαν ἡμέραν ἀνίσχοντος ἡλίου βοᾷ, καὶ τοῦ ἦχου μάλιστα εἰκάσαι τὸν κιθάρας ἢ λύρας ῥαγείσης χορδῆς.

Quanquam Colossum, quæ Thebis Ægyptiis est trans Nilum, non longè ab eo loco quæ Syringes (*id est, fistulæ*) *appellantur, majore utique cum admiratione spectavi. Statua ibi est sedentis quasi Solis. Eam multi Memnonis nominant: quem ex Æthiopia in Ægyptum venisse, ac Susa etiam usque penetrasse tradunt. At ipsi Thebani Memnonem esse negant, &c. eam Cambyses diffidit: & nunc etiam supe-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

ſuperior pars à vertice ad medium truncum humi neglecta jacet; reliquum adhuc ſedere videtur; ac quotidie ſubipſum ſolis ortum, ſonum edit, qualem vel cytharæ vel lyræ nervi, ſi forte (dum tenduntur) rumpantur.

Plinius autem, eam in delubro ſtatuit, lib. 36. cap. 7. *Non abſimilis illi narratur in Thebis delubro Serapis, ut putant, Memnonis ſtatua dicatus; quem quotidiano ſolis ortu contactum radiis, crepare dicunt, &c.* Tacitus vocalem ſonum ex ipſa ſtatua prorupiſſe ſcribit, lib. 2. Annalium: *Quorum præcipua ferè fuere Memnonis ſaxea effigies, ubi radiis ſolis icta eſt vocalem ſonum reddens.* Cujus verba eatenus concordant cum iis quæ Lucianus habet in Toxari: καὶ δή ποτε ὁ μὲν Δημήτριος, ἔτυχεν εἰς τὴν Αἴγυπτον ἀποδημῶν καὶ θέαν τὰς πυραμίδων, ἀκροάσεως δὲ τοῦ Μέμνονος. ἤκουσε γὰρ ταύτας ὑψηλὰς ὄσας, μὴ παρέχειν σκιάν· τὸν δὲ Μέμνονα βοᾶν πρὸς ἀνατέλλοντα τὸν ἥλιον.

Aliquando etiam Demetrius in Ægyptum eſt profectus, ut Pyramidas & Memnonem viſeret. Siquidem audiverat eas, quamquam excelſa erant, umbram non præbere; MEMNONEM AUTEM ORIENTE SOLE CLAMARE.

Aſt idem ille Lucianus, in Philopſeude ſuo, ita de eadem hac ſtatua: Ὁπότε γὰρ ἐν Αἰγύπτῳ διῆγον, ἔτι νέος ὢν, ὑπὸ τοῦ πατρὸς ἐπὶ παιδείας ὠφελίᾳ ἀποσταλείς ἐπεθύμησα εἰς Κόπτον ἀναπλεύσας, ἐκεῖθεν ἐπὶ τὸν Μέμνονα ἐλθὼν, ἀκοῦσαι τὸ θαυμαστὸν ἐκεῖνο ἠχεῖον, πρὸς ἀνίσχοντα τὸν ἥλιον. ἐκεῖνα μὲν δὴ ἦν ἤκουσα, ἃ καὶ τὸ κοινὸν τῆς πολλοῖς, ἀδημόν τινα φωνὴν, ἀλλά μοι καὶ ἔχρησεν ὁ Μέμνων αὐτὸς, ἀνοίξας τὸ στόμα ἐν ἔπεσιν ἑπτά. καὶ εἴγε μὴ πρεπτὸν ἦν, αὐτὰ ἂν ὑμῖν εἶπον τὰ ἔπη.

Cum in Ægypto degerem, adhuc adoleſcens, à patre doctrinæ gratiâ miſſus, cupivi navigio Coptum profectus, illinc adire Memnonem atque audire miraculum illud; eum,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

videlicet, ſonum edentem ad orientem Solem. Illum igitur audivi non hoc vulgari modo, QUO AUDIUNT ALII SONUM QUENDAM INANEM: *Sed mihi Oraculum etiam edidit Memnon ipſe, aperto ore, ſeptem verſibus: quos niſi id eſſet ſupervacuum, vobis recenſerem.*

Sed poſtrema illa de ſeptem verbis mendacia eſſe ex ipſo Luciano ſatis conſtat.

At multa licebat heic admetiri, ubi tam pauci haberent veram iſtius ſtatuæ notitiam, omniumque iſtorum quæ de illa narrabantur. Nam uti narraverant Straboni, terræ motu pars ſuperior dejecta fuerat: ut vero Pauſanias aliique narrant, à Cambyſe (qui, etiam teſte Strabone, graſſatus violenter in Ægypto, ibi plurima templa demolivit) hæc quoque diffiſa fuit. Scholiaſtes autem Juvenalis, ad verſum Sat. XV. DIMIDIO MAGICÆ RESONANT UBI MEMNONE CHORDÆ, ſequentia hæc habet: *Memnonis ex ære ſtatua cytharam tenens, certis horis canebat. Hanc Cambyſes Rex juſſit aperiri, exiſtimans Mechanicum aliquid intra ſtatuam latere. Nihilominus tamen aperta ſtatua quæ erat magicè conſecrata, horis ſtatutis ſonum reddidit. Ideo* DIMIDIO *dixit, id eſt, aperto & diviſo.* Hæc vetus Scholiaſtes. At alter interpres nondum editus ſed à Douza (& ex illo iterum à Lubino) citatus: *Statua Memnonis filii Auroræ ita arte quâdam mechanica compoſita, ut humana voce Regem & Solem ſalutaret: poſtea rex Cambyſes volens hanc rem cognoſcere, partem ſtatuæ abſcidit, & ſic poſtea ſolem tantum, non etiam Regem ſalutabat: unde* DIMIDIO MEMNONE *dixit.*

Addamus ſanè & alium adhuc Grammaticum atque interpretem, (illum videlicet qui alias non nimium nugari ſolet) Euſtathium: qui ad Dionyſium ὁ περιηγητὴν ita loquitur, ad verſus 249. & 250. . . . . ΕΝΘΑ ΓΕΓΩΝΩΣ. ΜΕ-

ΜΕΜΝΩΝ ΄ΑΝΤΕΛΛΟΥΣΑΝ ΄ΕΗΝ ΄ΑΣΠΑΖΕΤΑΙ ΄ΗΩ.

Ἔνθα γεγωνὼς, φησὶν, ὁ Μέμνων ἀνατείλασαν τῷ ἑαυτοῦ Ἠῷ, τουτέστι τῷ μητέρα ἡμέραν, ἀσπάζεται. ἀνδρείας μὲν οὖν, ἀφ' ἣν δὲ μηχανῆς ἅμα ἡμέρᾳ λαμπούσῃ φωνῶν, καὶ ὥσπερ ἐξ αὐτομάτου προσλαλῶν, οἷον καὶ ἀσπαζόμενον τῷ ἡμέραν, &c. UBI RESONANS MEMNON EXORIENTEM SUAM SALUTAT AURORAM. *Ubi resonans, inquit, Memnon exorientem suam auroram, id est, Matrem, quæ dies est, salutat. Viri statua erat, quæ* PER MACHINAM QUANDAM ACTA *simul ac Sol oriebatur, vocem edebat, atque ita aliquo modo ex motu proprio, seu spontaneo alloquebatur, veluti veneratus diem ac salutans, &c.*

Quam multum, atque in quam multis, variant ab invicem omnes illi, quos modo citavi scriptores; super hâc Memnonis statuâ, & sono ex ipsa edito, &c! dum hic dicat eam fuisse Colossum & ex lapide solido figuratam; alius eam fuisse cavam intus; alius sonum dedisse eam ut cytharæ similisve instrumenti; alius vocalem sonum (quasi ex ore, atque adeo minimè confracta fuisset) fudisse: alius iterum non Colossum fuisse sed andrianta, parvam statuam, & ex ære, non lapide aut lapidibus conformatam & compactam; alius ipsam in delubro positam affirmet, cæteri vero de delubro nullam mentionem faciant; alii denique eam magicè consecratam, alii contrà Mechanicè ita constructam affirment. Cui quæso hîc major fides adhibenda? ego sanè adstipuler Straboni: nisi quod credam eam non ex unico atque adeo solido lapide formatam, sed ex pluribus compositam fuisse; tam hinc quod fuerit Colossus quam quod tradant Cambysis jussu eam fuisse apertam. Quæ tamen rationes me non tam valde movent quam quod tales statuæ ut plurimum intus concavæ fuerint, aliique recentiores tradant hanc Memnonis statuam superne apertam, in eamque homines ingressos qui procul inde è terra rursus emergerent. Quidquid sit verum ex hisce, heic non magni re-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

refert, dum constet, omnia ferè incerta, multa falsa, de hac atque aliis à veteribus referri, ita ut non immerito suspecta sint cuncta quæ de talibus, sive statuis, sive Machinis, sive Dîs ac templis fatidicis, iisque quæ circa illa acta sint, traduntur. Quid enim credendum de responsis Dodonæis, eorumque auctoritate vel auctore, auctoribusve ipsis, si quid de Templo, quercu, ære, statua cæterisque statuendum sit ignoremus? imò & ignoravit tota antiquitas; quæque ideo per *dicunt*, *tradunt*, similesque loquendi formulas, de istis narrat? At per superstitiosos ac credulos consultores, eosque, præsertim, homines quorum intererat (ob lucrum, honorem, auctoritatem, &c. quæ ad ipsos inde redundabant) plurima divulgata fuisse, inprimis in longe dissitas regiones, quæ ritè examinata ne minimam veritatis speciem habebant, ac pro talibus tamen assumebantur, ab iis qui auriti solum testes erant (quod & hodie plurimis abunde sufficere videtur) cordatis omnibus facillimè innotescere potest.

Non omittenda duco (hac occasione data,) sed notatu dignissima, ea quæ in Itinerarii sui parte primâ, pag. 185. Dominus de Moncony (dum in Epistola ad Amicos pyramidum Ægyptiacarum partes tam internas quam externas graphicè depingit,) inter alia nobis narrat. Verba autem ipsius sunt: *Au commencement de cette derniere [chambre] de cent soixante-deux pieds l'on void l'ouverture d'un puy quarré qui est fort profond, & ou on ne descend point à cause des chauvessouris, & autres animaux venimeux qu'il y peut avoir, dont il y a bonne quantité dans toutes les chambres, car il n'y a autre ouverture que celle de l'entrée. L'on tient que ce puy va sous terre jusques à une Idole qui reste encore aujourd'huy environ a trois-cents pas de la Pyramide, du costé du Zirok: c'estoit une Hienne couchée dont il ne reste que la teste sur son col, assés maltraittée, ayant le nez & le menton cassé; mais ce qui reste est fort beau à voir, &*

l'on

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

l'on y remarque l'adreſſe d'un habile Sculpteur, qui ne cedoit pas à ces Grecs qu'on admire par leurs ouvrages : elle a vingt-ſix pieds de haut, & depuis les oreilles juſques au menton quinze pieds. La traditive eſt, que les Preſtres venoient ſous cette Idole par le puy de la Pyramide, & y rendoient les Oracles. Il y a auſſi un trou au deſſus de la teſte ou un homme peut demeurer debout ſans eſtre veu, qui peut-eſtre ſervoit encore à la fourberie. Ex qua deſcriptione mihi minimè videtur obſcurum, cur à Neotericis quibuſdam hæc Sphingis, pro Memnonis ſtatua, (jamdudum deperdita) aut ſuperiore ipſius parte ſaltem, fuerit habita. Ac puteus ille eo magis notabilis mihi videtur ; quod optimè nobis oſtendat, quam commodè abſque ulla ſuſpicione conſulentium, potuerint per meatus ſubterraneos ejuſmodi impoſtores tales ſubire ſtatuas fatidicas, ex iiſque ſua reddere Oracula ; ita ut humana voce hæ ſtatuæ viderentur locutæ.

Quod autem ſtatua illa Memnonis (ſic dicta) à Cambyſe aperta (fides ſit penes auctorem) nihilominus tamen horis ſtatutis ſonum reddiderit, id tantò magis rem ſuſpectam reddere debet : continuato per Sacerdotes artificio, ut eo magis ac majus videretur eſſe miraculum. Si verò & alteri Scholiaſtæ inedito fidem adhibeamus, tanto major adhuc cordatioribus oborietur ſuſpicio ; quod prius quidem & Regem, at poſtea tantum ſolem ſalutaverit.

Notabilis & opinio Dionyſii Periegetis : qui Statuam iſtam per machinam quandam actam, ſonum ejuſmodi edidiſſe aſſerit : quæ nec à Strabone (teſte oculato ſimul atque aurito) diſcrepat, atque iis quæ ſuperius ex Scholiaſte inedito (de Mechanicâ conſtructione ſcilicet) attuli, aſſenſum præbet.

Verùm progrediamur ad Ammonis illud famoſiſſimum χρηστήριον. De cujus effigie, an umbilico maximè ſimilis fuerit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

an vero Umbilico tenus Arieti similis, viderint Critici; qui hîc Curtium aut emendant, ut volunt, aut cum aliis qui ipsam Arietina facie describunt, conciliare studeant: Sequentia hæc de Oraculo Diodorus Siculus lib. 17. *Simulacrum Dei ex Smaragdis & aliis (gemmis) est coagmentatum: & peculiari novoque planè vaticinandi genere Oracula edit. In aurea enim navi à Sacerdotibus octoginta circumfertur: qui humeris Deum gestantes eò tendunt, quo forte fortuna Dei* NUTUS *eos agit. Sequitur ingens Matronarum Virginumque turba, per totum iter Pæanas canentium, Deumque hymno patrio celebrantium.* Græca Diodori verba hæc sunt: Τὸ δὲ ξόανον ἐκ σμαράγδων καὶ λίθων ἄλλων συγκέχεται, καὶ τῷ μαντείαν ἰδιάζουσαν παντελῶς ποιεῖται. ἐπὶ νεὼς γὰρ περιφέρεται χρυσῆς ὑπὸ ἱερέων ὀγδοήκοντα. ἔπειτα δὲ ἐπὶ τῶν ὤμων φέροντες τὸν θεὸν, πορεύονται αὐτομάτως ὅπου ποτ' ἂν ἄγοι τὸ τοῦ θεοῦ πνεῦμα τῷ πορείαν· συνακολουθεῖ δὲ πλῆθος παρθένων καὶ γυναικῶν παῖδάνας ᾀδόντων καθ' πᾶσαν τὴν ὁδὸν, καὶ πατρίῳ καλυμνόντων ᾠδῇ τὸν θεὸν.

Eodem ferè modo Curtius loquitur lib. 4. cap. 7. *Hunc, quum responsum petitur, navigio aurato gestant Sacerdotes; multis argenteis pateris ab utroque navigii latere pendentibus. Sequuntur matronæ virgineſque patrio more inconditum quoddam carmen canentes, quo propitiari Jovem credunt, ut certum edat Oraculum.*

Neque hîc apud Ammonem solùm, sed & alibi hujusmodi ferè ritibus atque artificiis utebantur. Sic enim de Deo Heliopolitano Macrobius lib. 1. cap. 23. *Hujus templi religio etiam Divinatione præpollet, quæ ad Apollinis potestatem refertur, qui idem atque Sol est. Vehitur enim simulachrum Dei Heliopolitani ferculo, uti vehuntur in pompa ludorum Circensium deorum simulachra: & subeunt plerumque provinciæ proceres raso capite longi temporis castimonia puri; ferun-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

feruntur que divino ſpiritu, non ſuo arbitrio, ſed quo Deus propellit vehentes: ut videmus apud Antium (NB.) promoveri ſimulacra Fortunarum ad danda reſponſa, &c. Quæ inferius latiùs adducentur, ubi de tabellis ac codicillis obſignatis tractabo.

De Ammone autem & hæc ex Calliſthene Strabo, lib. 17. Οὐχ ὥσπερ ἐν Δελφοῖς, καὶ Βραγχίδαις τὰς ἀποθεσπίσεις διὰ λόγων, ἀλλὰ νεύμασι καὶ συμβόλοις [γίνεσθαι] τὸ πλέον· ὡς καὶ παρ' Ὁμήρῳ.

Ἦ καὶ κυανέῃσιν ἐπ' ὀφρύσι νεῦσε Κρονίων.

Τὸ προφήτην τὸν Δία ὑποκρινομένου· τοῦτο μὲν τοι ῥητῶς εἰπεῖν τὸν ἄνθρωπον πρὸς τὸν βασιλέα, ὅτι εἴη Διὸς υἱός.

Reſponſa non ut apud Delphos aut Branchidas, verbis dari, ſed ut plurimum nutu & ſignis: quemadmodum apud Homerum,

Dixit, cæruleiſque ſuperciliis pater almus Annuit.

Vate [*ſeu Propheta*] *nimirum Jovem ſimulante atque effingente. Hoc autem expreſſè eum Regi dixiſſe, eſſe ipſum Jovis filium.* Sic & Euſtathius in προθέσει Dionyſii: Ἱστορεῖ δὲ καὶ τὰς μαντείας [Herodotus ſcilicet,] διὰ συμβόλων ἐν Ἄμμωνος γίνεσθαι, ἤτοι διὰ σχημάτων τινῶν, καὶ καταινύσεων καὶ ἀνανεύσεων. Non ſolum igitur in illa circumgeſtatione, ſed poſtea quoque, dum eſſent reddenda reſponſa, nutibus ac motibus talibus uſus videtur Jupiter ille Philius à Theotecno (teſte Euſebio lib. 9. cap. 3. Hiſtor. Eccleſiaſt.) fabricatus. Videtur videlicet ex deſcriptione magis, quam verſione, Ruffini: Euſebius enim hoc modo tantùm de eo loquitur: Πλεῖστα δ' ἂν ἔστιν καθ' ἡμῶν τεραστιούμενον, καὶ πάντα τρόπον τὰς ἡμετέρας ὥσπερ τινας φῶρας ἀνοσίους ἐκ μυχῶν θηρεύσας διὰ σωφρόνης πεποιημένον, πάντα τὰ ὅπη διαβολῇ καὶ κατηγορίᾳ τῇ καθ' ἡμῶν

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

μεμηχανημένος, καὶ δυνάτης αὐτοῦ μυελοὺς ὅσους γεγονὼς, πολλῶν εἰδωλόν τι Διὸς φιλίου μαγγανείαις καὶ γοητείαις ἱδρύσ. πολλάς τε ἀναγωγὰς αὐτῷ καὶ μυήσεις ἀκαλλιερήτους, ἐξαγίσους τε καθαρμοὺς ὑπενόησας, μέχρι καὶ βασιλέως τοῦτο περατείαν δι' ὧν ἐδόκει λεπτομερῶν ἐκτελεῖν, ἐπιδείκνυτο.

Multa autem veluti dux quidam contra nos molitus, sycophantiisque plurimum usus, id studio habuit, ut nos tanquam fures & prædones abigeret. Quapropter quum multis auctor & minister cadis fuisset, postremo simulachrum quoddam Jovis amicalis incantationibus & impostoris statuit; & sacrificia, initiationes, aliaque detestanda, & impuras impiasque expiationes & purificationes instituit: sic ut res illa atque etiam idoli responsa, quæ dare videbatur, ad ipsum pervenirent Imperatorem.

Ruffinus verò ita loquitur: *Interea repperisse se occasionem maximam ratus est, ex eo quod apud Antiochiam simulachrum quoddam Jovis Amicalis nuper consecratum, artibus quibusdam magicis & impuris consecrationibus ita compositum est,* UT FALLERET OCULOS INTUENTIUM, ET PORTENTA QUÆDAM OSTENTARE VIDERETUR, AC RESPONSA PROFERRE. *Idque omnibus & ipsis Imperatoribus pro certo confirmatur. Quod posteaquam ab universis creditum est, asseveratur item Deus ille dedisse responsa, ne Christiani in urbibus habitarent, &c.*

Ruffinum autem ea quæ diversa (aut plura etiam) ab Eusebio tradit, aliunde (sive ex traditionibus majorum, sive ex commentariis) hausisse, mihi procul dubio est.

At quæ Lucianus habet in Tractatu suo de Dea Syria, notatu heîc quoque digna sunt: Μαντῆια πολλὰ μὲν παρ' Ἕλλησι, πολλὰ δὲ καὶ παρ' Αἰγυπτίοισι. τὰ δὲ ἐν τῇ Λιβύῃ, καὶ τῇ δὲ Ἀσίῃ πολλά ἐστιν. ἀλλὰ τὰ μὲν ἄτε ἱερέων ἄνδρ, ἄτε σοφητέων φθέγγονται.

γινται. ὅδε ᾗ αὐτός τε κινέεται, ἓ τῷ μαντηίῳ ἐς τέλος αὐτεργέϊ. τρόπος ᾗ αὐτῆς ζιόσδε. ὅτ' ἂν ἐθέλησι χρησμηγορέειν, ἐν τῇ ἕδρῃ πρῶτα κινέεται. οἱ δέ μιν ἱερέες, αὐτίκα ἀείρασι. ἢν ᾗ μὴ ἀείρωσι, ὁ ᾗ ἱδρώϊ ἓ ἐς μέσον ἔτι κινέεται. εὖτ' ἂν ᾗ ὑποδύντες φέρωσι, ἄγϊ σφέας, πάντη πρὸ εἰδινέων. τέλος, ὁ ἀρχιερεὺς ἀνιάσας, ἐπερέεται μιν περὶ ἁπάντων πρηγμάτων, ὁ ᾗ, ἢν ἑ μὴ θέλῃ πιέζῃ, ὀπίσω ἀναχωρέϊ· ἢν δέ ἑ ἐπαινέῃ, ἄγϊ ἐς τὸ πρόσω τὸς προσφέροντας ὁκώσπερ ἡνιοχέων. ὅτω μὲν σωαγείρασι τὰ θέσφατα. καὶ ὅτε ἱρὸν πρῆγμα ἅδεν, ὅτε ἴδιον τούτου ἀνδρὸ ποιέουσι. λέγϊ δὲ καὶ ἕ ἕτερος πέρι, καὶ τ' ὠρέων αὐτὸς πασέων, καὶ ὁκότε οὐκ ἔσονται· λέγϊ δε ἓ ἕ σημήϊου πέρι, κότε χρὴ μιν ἀποδημέειν, τῷ, εἶπον ἀποδημίῳ. ἐρέω δὲ καὶ ἄλλο, τὸ, ἐμεῦ παρεόντος ἔπρηξε· οἱ μὲν ἱρέες, ἀείροντες ἔφερον· ὁ δὲ τὸς μὲν ἐν γῇ κάτω ἔλιπε· αὐτὸς δὲ ἐν τῷ ἠέρι μοῦνος ἐφορέετο.

Oracula multa ſunt apud Græcos, multa quoque apud Ægyptios: multa etiam in Africa, multa etiam hâc in Aſiâ. SED ILLA NEC SINE SACERDOTIBUS, NEC SINE INTERPRETIBUS RESPONSA DANT. *Sed hîc* [*Apollo ſcilicet de quo ipſi ſermo eſt*] *per ſe movetur ipſe, & vaticinia plenè per ſe peragit: idque hoc modo. Quando vult vaticinari, in ſede ſuâ primùm movetur: tum protinus Sacerdotes ipſum attollunt: quod ſi non attollant, ille ſudat, & in medium ſeſe emovet. Quum verò eum illi ſuppoſitis humeris portant, illos ducit, ſe undequaque circumagendo: atque ex alio in alium tranſilit: tandem primarius Sacerdos ſupplicans, de rebus omnibus illum interrogat. Ille verò, ſi quid non vult fieri, retrocedit. Contra, ſi quid approbat, agit in anteriorem partem geſtantes, perinde ac qui habenas moderatur. Ita quidem coacervant Oracula; neque rem ullam ſacram, neque privatam abſque hoc gerunt. Prædicit autem illis & de anno, & de tempeſtatibus omnibus,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

bus, & quando amplius futuræ non ſint. Prædicit quoque de ſigno, quando oporteat illud, quam dixi, profectionem ſuſcipere. Aliud quoque dicam, quod me præſente fecit. Sacerdotes illum in humeros ſublatum ferebant: ille verò iis inferius in terrâ relictis, ſolus in aëre ferebatur.

CAPUT X.

De Veneris templo in Libano [poſt Jovis Amicalis, ac Deæ Syriæ] ubi æque ſtatuarum motus pro Miraculo erat. De Orphei capite in Lesbo; ac quam facile hæ ſimileſque impoſturæ perpetrari potuerint: imprimis apud animos ſuperſtitione jam præoccupatos. De neuroſpaſtis ipſoſque imitantibus cum Alexandro Pſeudomante, tum Monachis Iſenaci; ac, per luſum & jocum Athanaſio Kirchero. De ſtatuis fatidicis artificioſè excavatis, &c. De ſceleribus ſub Oraculorum reddendorum prætextu commiſſis. De Oraculis in Beli turri Babyloniæ, Thebis Ægyptiis, Pateris in Lycia, ac Serapidis Alexandriæ. Poſt quæ reditur ad Ammonis templum, atque hiſtoriam Alexandri Magni ibi Reſponſa petentis (qua Antiſtitum fraudes adhuc magis deteguntur) ex Diod. Siculo, Curtio, Plutarcho, ac Trogo Pompejo.

DE Venere Aphacitide quæ Zoſimus tradit lib. 1. Hiſtoriar. ulterius in ſequentibus conſideranda venient. Sed notanda hîc, quæ Lucianus habet de hujus Deæ templo in Libano; in jam modo libello de Dea Syria: Ἀνέβλω δὲ ἐς τὸ Λίβανον ἐκ Βύβλου, ὁδὸν ἡμέρης, πυθόμενος αὐτόθι ἀρχαῖον ἱερὸν

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

ἱερὸν Ἀφροδίτης ἔμμεναι, τὸ, Κινύρης εἵσατο· καὶ εἶδον δὲ ἱερὸν, καὶ ἀρχαῖον ἦν. Τάδε μὲν ἐστὶ τὰ ἐν Συρίῃ ἀρχαῖα, καὶ μεγάλα ἱερά. τοσούτων δ' ἐόντων, ἐμοὶ δοκέειν, οὐδὲν τῶν ἐν τῇ ἱρῇ πολὺ μεῖζον ἔμμεναι, οὐδὲ νηὸς ἄλλου αἰγλήτερου, οὐδὲ χώρη ἄλλη ἱροτέρη. ἔνι δ' καὶ ἔργα ἐν αὐτῷ πλουτίλια καὶ ἀρχαῖα ἀναθήματα, καὶ πολλὰ θωύματα, καὶ ξόανα θεοπρεπέα. καὶ θεοὶ δ' καὶ αὐτοῖσι ἐμφανέες, ἱδρώς γὰρ δὴ ὧν ἀνδριᾶσι σφίσι τὰ ξόανα, ἢ κινέεται, καὶ χρησμηγορέει. καὶ βοὴ δὲ πολλάκις ἐγένετο ἐν τῷ νηῷ, κλειθέντος δὲ ἱροῦ, καὶ πολλοὶ ἤκουσαν.

Cæterum ex Byblo in Libanum aſcendi, confecto diei unius itinere, cum audiviſſem ibi eſſe antiquum Veneris Templum, & paulò poſt: *In eo autem ſunt & pretioſa opera & antiqua donaria, & mirabilia multa, Deorumque ſtatuæ, Diique ipſis admodum conſpicui. Nam ſtatuæ ſudant, moventur, & Oracula edunt; & clauſo Templo clamor in æde ſæpenumero eſt coortus, quem audivêre multi.*

Quæ omnia arte ac fallaciis, abſque ullo præternaturali Dæmonum ope perfici potuere; uti expertis notiſſimum eſt, atque ex ſequentibus quoque, inexpertis, puto, patebit, ubi de Bætulis ac λιθοφανείοις Antiquorum aliquid addidero. Ut autem in hiſce, ſic neque in Orphei capite, ullum ejuſmodi auxilium erat neceſſarium. De quo capite Philoſtratus Lemnius, non ſolum libro quarto de vitâ Apollonii Tyanei, verum etiam in Heroicis: ibique in Philoctete, ἐκεῖθεν αὐτὸν Διομήδης, καὶ Νεοπτόλεμος, ἐκόντα ἐς Τροίαν ἤγαγον, ἱκετεύσαντες ὑπὲρ τῶν Ἑλλήνων, καὶ ἀναγνόντες αὐτῷ τὰ ὑπὲρ τῶν ὅπλων χρησμὸν, ὃν Λέσβῳ ὡς φησιν ἥκοντα. χρῆσαι μὲν γὰρ καὶ τοῖς οἴκοι μαντείοις τὸς Ἀχαιὸς, τῷ τε Δωδωναίῳ καὶ τῷ Πυθικῷ, καὶ ὁπόσα μαντεῖα ἀδόκιμα, Βοιωτιά τε ἦν, καὶ Φωκικά. Λέσβῳ δ' ὀλίγον ἀπεχόσης τῆς Ἰλίου δρόμος, ἔστελλον ἐς τὸ ἐκεῖ μαντεῖον τὸς Ἕλληνας. ἔχρα δὲ οἴνῳ ἐξ Ὀρφέως. ἡ κεφαλὴ γὰρ μετὰ τὰ γυναικῶν ἔργον ἐς Λέσβον κατα-

ἔσχε,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

ᾄσαι, ῥῆγμα τ' Λέσβε ὤκησε. καὶ ἐν κοίλῃ τῇ γῇ ἐχρησμώδη. ὅθεν ἐχρῶντο ὅτε αὐτῇ τὰ μαντικὰ, Λέσβιοί τε, καὶ Ἴωνες Αἰολεῦσι πρόσοικοι. χρησμοὶ δὲ τῶν μαντείων τούτων, ἐς Βαβυλῶνα ἀνεπέμποντο. πολλὰ γὰρ ἐς τὸν ἄνω βασιλέα ἡ κεφαλὴ ἦδε. Κύρῳ τε τῷ πρεσβυτέρῳ χρησμὸν ἐντεῦθεν ἐκδοθῆναι λέγεται, τὰ ἐμὰ, ὦ Κύρε, σά, &c.

Illinc Diomedes & Neptolemus ad Trojam volentem adduxere, cum pro universis Græcis ei supplicassent, ORACULUMQUE *de arcubus* EX LESBO *(ut ait)* PROFECTUM *recitassent. Uti enim Achivos ait & domesticis Oraculis, Dodonæo scilicet & Pythico, & quæcunque Bœotica sive Phocica probarentur, vaticinia. Lesbo autem haud procul ab Ilio distante, ad Oraculum illic existens miserunt. Dabat autem responsa ex Orpheo.* CAPUT *enim post mulierum facinus Lesbo appulsum rupem habitavit, &* IN CAVA HUMO VATICINABATUR. *Unde Lesbii cæterique Æoles, atque his finitimi Iones, ipso ad vaticinia utebantur. Responsa autem hujus Oraculi & Babylona accersebantur. Multa etenim Persarum quoque Regi caput hoc cecinit: Cyroque vetusto editum. Inde Oraculm ferunt,* MEA, Ô CYRE, TUA. *&c.*

Quam commode ac facile talia fingi queant, theatra Tragœdorum, ac Comicorum quandoque, abunde satis docent: ubi ut Dii, ita & mortui è Machinis sæpè apparent; mortuorumque (aut pro talibus à credulis spectatoribus habita) capita loquuntur.

Non possum, fateor me temperare, quin è multis, apud Italos aliosque, exemplis addam hoc sequens, ex jucundissimo Tractatu Rhafaëlis Frianori, cui titulus *Il vagabando, overo sferza de Bianti è vagabondi, &c.* Venetiis permissu superiorum & privileg. impresso. *Un certo Pasquale huomo segnalato, e principale in quest' arte, travestito da Romito pas-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
366 F 33

passò per Terni, e essendo intrato in una picciola hosteria, & intendendo ragionare di un certo Jacovello huomo semplicissimo, e molto ignorante, ma que haveva gran quantita di danari secchi nella casa, e spesso capitava in quell' hosteria; servendosi dell' occasione, ogni giorno andava quivi, fingendo passare per altri negotii; e con belle ma finte parole prese amicitia stretta con Jacovello, e tanto seppe dire, e fare, che finalmente volse tenere a battesimo un suo figlivolo, e li divenne compare. Con questa scusa di comparatico, passando per Terni, spesso andava à visitare a casa. Un giorno tra gli altri, e fu nel mese d'Aprile, chiamato da parte Jacovello, disse volerle rivelare un gran segreto, & era questo, cioe, che nella casa di esso Jacovello, vi era nascosto un gran tesoro d'oro, & d'argento, e si offeriva a farglielo sapere, e rivelare dalla testa d'un morto qual si trovava nel suo Romitorio, si come ad esso revelato haveva. Jacovello quando intese, che una Capocchia di morto parlava e rivelava li secreti, restò tutto stordito & oltre modo fuor di se, e disse, che ciò desiderava intendere quanto prima. Pasquale di fatto lo conduße alla sua habitatione, e preso una testa di morto, scoperto dal velo in cui l'haveva involta, la pose sopra del tavolino, nel sito ove era un foro, per il quale passava una canna forata, a guisa di cerabottana, corrispondente nella sotteranea cella: e posto si ingenocchiane, fece apresso di se porre anche Jacovello: & havendo finito Pasquale di far oratione, interrogo la testa in che luogo della casa di Jacovello stesse il tesoro, e come si potesse cavare. Respose la Capocchia, per mezo del compagno che nella cerabotana dalla sotteranea cella parlava, che era nella destra parte; ma non si sarebbe cavato, si prima per tre giorni non si posava sopra quattro libre d'oro: il che sentito da Jacovello, ripieno di maraviglia disse, io non hò

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

altro che trecento ſcudi d'oro, che ſono circa tre libre, quali metteremo in una pignatta nova, e la ſopra porremo a teſoro, ſecundo che dice queſta maravigliosa Capocchia. Et eſſendo ſtato riſpoſto, che queſti anco baſtavano, ſi partirono con animo di far' l'effetto. Il falſo Paſquale, che bona prattica haveva nella caſa di Jacovello, conſiderato che pignatta foſſe quella di cui ſi voleva ſervire; ne compro una ſimile, & impitala di arena, la chiuſe, & andotoſene poſcia a caſa di Jacovello, empi con eſſo la pignatta del donaro, e la chiuſe nell' iſteſſo modo della ſua. Dopò ſceſi nella cantina, Paſquale preſe la pignatta dalle mani di Jacovello, per porla ſopra il teſoro; ma in quel' cambio con diſtrezza vi poſe la ſua piena d'arena; aſcondendo ſotto il mantello nella biſaccia la pignatta d'oro di Jacovello: il quale vedendo la pignatta non penſo più oltre alla malitia del falſo compare. Uſciti della cantina, e quella riſerrata, riſtorono ambedue contenti: Paſquale per l'oro travato, anzi rubbato; e Jacovelle par la ſperanza del teſora da ritrovarſi, in modo che non capiva nella pelle per l'allegrezza. Il terzo giorno aſpetta Paſquale che venga, e non viene; che era andato a far la Paſqua altrove: ſi fa notte, e Paſquale non compariſce. Induggia alla mattina, e Paſquale non ſi vedeva, ne retornava, ne' erà più di retorno, ch'era il peggio: Finalmente vinto dal tedio, ſceſe in cantina, & aprendo la pignatta, trovò li ſuoi ſcudi convertiti in arena, per altra arte che diabolica; onde ſi reſtò con danno e dolor tale della perdita fatta, che ſe n'hebbe a morire, biaſtemando ſempre Paſquale, li compari, li teſori, e la ſua mala fortuna.

Addas huic, mi Lector (ſi res tanti videatur tibi,) ea quæ ſub finem Comœdiæ iſtius Gallicæ quæ anno 1680. Pariſiis prodiit, ac cui titulus eſt *La Devinereſſe, ou les faux enchan-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

chantemens, habentur, de capite in ſcena Oraculorum reſponſa reddente. Ubi & cætera, quæ de Diabolo ipſo in ſcenam prodeunte ibi luduntur, tibi minimè injucunda fore, mihi firmiter perſuadeo.

Si vero hujuſmodi conficta miracula conſpicerentur è locis inde tanto ſpatio remotis, ut viſus acumen cuncta ea quæ ibi gerebantur non ſatis accurate penetrare ac diſcernere valeret (cum ſic multa ſubdole agitari atque perpetrari poſſent ab Antiſtitibus, ſub prætextu rituum ac Cæremoniarum peragendarum) idque fieret à multitudine ex credulitate ac ſuperſtitione infatuata; minimè mirum alicui videri debet, ibi multa fuiſſe credita quæ revera non fuerant conſpecta. Nihil enim magis occæcat hominum oculos quam timor ac ſtupor ex ſuperſtitione orti: cujus rei, uti innumera ſunt exempla, ſic omittere non poſſum jucundum admodum exemplum, ſive hiſtoriolam narratam à Domino *Poullet*, in ſecunda parte Itinerarii ſui ab ipſo nominati *Nouvelles Relations du Levant* in hunc modum: *Un jour l'Hollandois qui eſtoit venu avec nous juſqu'à Erſeron, & duquel nous nous eſtions ſeparez en cette ville, pour quelques petites raiſons de mes-intelligence; ayant ſceu qu'à une demy-journée d'Erſeron il y avoit des marais & des lacs bordez d'arbres ſi veneneux, qu'il y a un danger mortel à s'endormir ſous leur ombre, & que ces marais eſtoient remplis de certaines beſtes monſtrueuſes, que les voyageurs ſont ordinairement curieux de voir, & qu'ils rencontrent pluſtoſt dans quelque autheur comme Pline, qu'en pas une plaine où ils paſſent, pria quelqu'un des Armeniens Georgiens de l'accompagner juſque-la.*

Ceux-cy qui depuis long-temps n'avoient exercé leur Chevaux, furent bien aiſes de prendre cette occaſion; ils vinrent où j'eſtois logé, & me voyant ſeul, ils me preſſerent de monter à cheval & d'aller avec eux. Pour moy qui ne fus ja-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

jamais d'humeur à rechercher les miracles de la nature dans les productions de ſes excrements les plus hideux; & qui n'ay jamais enviſagé les monſtres que dans l'oppoſition de leur contraires, je donnay cette journée à la complaiſance ; car je ſçavois, il y avoit long-temps, que ces arbres eſtoient tous envenimez vers ces monts, & qu'ils contractent le poiſon dans des lieux qui ſont continuellement mareſcageux, & où la hauteur des montagnes empeſche le ſoleil d'y porter ſes rayons, & d'y affoiblir la malignité des mauvaiſes vapeurs dont ils ſont nourris. Celà me ſurprenoit d'autant moins, que ces quartiers ſont voiſins de la Colchide, & dans les montagnes qui avoient donné lieu à la fable de Medée, que l'antiquité a voulu rendre la plus fameuſe Magicienne du monde, parce qu'elle regnoit dans ces pays, où les poiſons croiſſent plus frequement que les bonnes herbes.

Nous paſſaſmes deux ou trois de ces marais ſans y rien rencontrer que quelques canarts, ſur leſquels nous tiraſmes. Au quatriéme nous apperceuſmes je ne ſçay quoy de ſi effroyable à voir & d'une grandeur ſi extraordinaire, que je n'en veux pas faire la deſcription, pour ne pas renouveller ma premiere peur, ny la faire paſſer dans l'eſprit des autres. Nous y viſmes de grands poils heriſſez de tous coſtez, des écailles qui n'éclattoient que du venin dont elles eſtoient pleines, des creſtes enflammées, des bouts de grandes aiſles pareilles à celles des chauves-ſouris, & mille autres choſes fort remarquables à écrire. Nous fuſmes long-temps à doûter ſi nous tirerions ſur ce monſtre; car nous avions apprehenſion qu'à la premiere playe qu'on luy feroit, il ne jettaſt tant de venin, que l'air ne s'en corrompiſt, & que ſa corruption ne ſe communicaſt juſqu'à nous : neantmoins nous priſmes courage, & nous fiſmes plus de deux cent decharges ſur ce monſtre, qui ne ſervoient qu'à luy faire prendre toutes

ſortes.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

ſortes de differentes figures, en le retournant pluſieurs fois dans l'eau, & à le pouſſer du coſté du bord qui eſtoit oppoſé à celuy ſur lequel nous eſtions. Enfin nous eſtans apprivoiſes peu à peu, nous approchaſmes de ce rivage, & nous viſmes un gros tronc d'un arbre pourry, embarraſſé de filets de peſcheurs & de mouſſe, tout gluant d'une eſcume meſlée de terre graſſe, où une infinité de meſchants coquillages s'y eſtoit attachée, & rendoit quelque éclat aux rayons du ſoleil.

Apres cette belle expedition nous remontaſmes à cheval pour aller chercher quelqu'autre avanture, &c.

Sed jam tempus eſt ut examinemus ulterius, an ad illa quæ tam in Ammonis Templo quàm cæteris modo adductis fuere peracta, ulla præternaturali vi Dæmonis opus fuerit. Ac primò conſideremus illas circumvectiones, ſive mavis circumgeſtationes, per ſacerdotes factas. Qui unquam vidit Machinas illas, ſive navigia, ſive piſces, balænas, Delphines aliasve res repræſentantes circumductas, ſed quaſi ſe ſponte moventes, in pompis illis proceſſionum, ut vocant, Antverpiæ atque alibi; facillimè comprehendit, quam commodè, aliquis, unus, vel plures quoque ſimul, occultari potuerint ſub iſto navigio, aliiſve ferculis, quibus circumducebantur hi Dii fatidici: ac quam commodè iſti per nervos aut funiculos, imagines illas, ad id adaptatas ita movere potuerint, ut aut procederent, aut retrocederent, aut ſe converterent, aut nutu atque aliis geſticulationibus annuere vel renuere interrogationibus ſacerdotum viderentur. Comprehendunt id quoque omnes ii, qui ſciunt qualia neuroſpaſta ac bætulas inter ſe habuerint Veteres; ac quantis argutiis lepidiſque artificiis apud nos, in feſtis encæniis, quotidie moventur, imò & articulate loquuntur, (ſaltem loquelam emittere videntur) imagunculæ illæ quas vulgo *Marionettas* vocant; ac quam parvo negotio etiam majores,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

jores imagines ac ſtatuæ, hominis ſtaturam quandoque multum ſuperantes, ita moveantur, ut non ſolis pueris ſed & communi plebeculæ admirationi non tantùm, verum & terrori quandoque ſint: quique unquam in Theatris Deos è machina apparere viderint; Mercuriumque alioſve Deos ita artificioſe in cœlum è ſolo ſubvolantes, ut, licet plurimis lucernis ibi lucentibus, ab viſu acutioribus vix ac ne vix quidem diſcerni queat, an, aut quibus id fiat inſtrumentis: quique unquam viderint illos χειρονομῦντας ac præſtigiatores, qui ſumma manuum agilitate omnium etiam acutiſſimorum oculos ita fallunt ut faſcinare eos videantur.

Quod ſi talia peragantur in obſcuris adytis, aut locis ubi dubia lux facillime occultat ea, quæ ne fraus pateat, occultanda ſunt; quis miretur adhuc longe facilius, ut mirabilia, ac ſtupenda credulæ ex ſuperſtitione multitudini, ac pro Divinis, Deorumve ſupernaturalibus actionibus ac motibus, ea obtrudi poſſe? Verum exemplis hæc nonnullis illuſtranda ſunt.

Ut omittam igitur columbam ligneam volantem Architæ Tarentini, aliaque veterum Mechanicorum artificia, quæ non omnibus æque credibilia ſunt; prodeat magnus ille Ariſtoteles, qui libro de mundo cap. 6. ita loquitur: Ὥσπερ ἀμέλει δρῶσιν οἱ μηχανοποιοὶ, μιᾷ ὀργάνου χαμηλῆς πολλὰς καὶ ποικίλας ἐνεργείας ἀποτελοῦντες. ὁμοίως δὴ καὶ οἱ νευροσπάσται, μίαν μένοντα βιασάμενοι, ποιοῦσι καὶ αὐχένα κινεῖσθαι, καὶ χεῖρα καὶ ζῴου, καὶ ὦμον καὶ ὀφθαλμόν· ἔστι δ' ὅτε πάντα τὰ μέρη, μετά τινος εὐρυθμίας. *Non ſecus atque illi Machinatores ſolent, qui inſtrumento uno demittendo, multos & varios effectus edunt: & neuroſpaſtæ unum aliquem funiculum attrahentes, faciunt, ut animalis aut collum [ſive cervix] aut manus, aut humerus, aut oculus, quandoque & omnia ſimul membra, cum quadam motus concinnitate, moveantur.* Hunc Ariſtotelicus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

telicus ille Apulejus, dum de eadem re loquitur (de Divina mundi gubernatione videlicet) plane imitatus, ita infit: *An non ejusmodi compendio Machinatores fabricarum, astutiâ unius conversionis multa & varia pariter administrant; etiam illi, qui in ligneolis hominum figuris gestus movent? quando filum membri quod agitari solet, traxerint, torquebitur cervix, nutabit caput, oculi vibrabunt, manus ad omne ministerium præsto erunt; nec invenustè totus videbitur vivere.* Sic etiam Vitruvio vocantur *Engibata*, quæ motum incessumque mentiebantur imagines vel imagunculæ, & *Merulæ* eæ icunculæ quæ hydraulicâ ratione factæ, coacto spiritu, pressionibus aquarum, voces edebant. Talia quoque imitatus fuerat Alexander ille Pseudomantis; cujus vitam & præstigias describit Lucianus, (in historia illa quæ in omnium fere Doctorum manibus versatur, quæque aliàs dignissima est ut hic tota inseratur,) dum inter alia & hæc prodit: Ἐπεποίητο ὖν αὐτοῖς πάλαι, καὶ κατεσκάσθαι, κεφαλὴ δράκοντος ὀφιώνη, ἀνθρωπόμορφόν τι ἐπιφαίνουσα, καὶ γεγραφος, πάνυ εἰκασμένη, ὥστε θεῖξιν ἱππείαις ἀνοίγουσά τε, καὶ αὖθις ἐπικλείουσα τὸ στόμα· καὶ γλῶττα οἵα δρακόντων διπλῆ, μέλαινα προέκυπτεν, ὑπὸ τριχῶν καὶ αὕτη ἑλκομένη· καὶ ὁ Πελλαῖος δὲ δράκων, προὔπῆρχε, καὶ οἴκοι ἐτρέφετο, κατὰ καιρὸν ἐπιφανησόμενος αὐτοῖς, καὶ συντραγῳδήσων, μᾶλλον δὲ, πρωταγωνιστὴς ἐσόμενος.

At multo antea sibi finxerant paraverantque è linteis confectum draconis caput, speciem humanam præ se ferens, lineis notatum planeque expressum, quod pilis equinis os aperiret & clauderet. Tùm lingua, sicut & draconum bisulca atra prominebat, quæ & ipsa trahebatur à pilis. Porrò Pellæus ille draco jampridem erat in promptu, domique alebatur, ab illis, cum res postularet, ostendendus; unaque partem Tragœdiæ acturus, vel princeps potius hujus fabulæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

bulæ futurus. Et in ulteriori hujus ſcenæ deſcriprione: Εἶτά μοι ἐπενόησον οἰκίσκον ἀ πάνυ φαιδρὸν, ἀδὲ εἰς κόρον ἔ φωτὸς δεχόμενον, καὶ πλῆθος ἀνθρώπων συγκλύδων, τεθραμμένων καὶ πεφεκπεπληγμένων, καὶ ταῖς ἐλπίσιν ἐπαιωρημένων. οἷς εἰσελθοῦσι τερᾶτιον ὡς εἰκὸς τὸ πρᾶγμα ἐφαίνετο, ὀκ ἔ πάνυ μικρὸν ἑρπετὸν, ἐντὸς ὀλίγων ἡμερῶν πόσον δρακόντα πεφηνέναι ἀνθρωπόμορφον· καὶ πάντα ἐ πῆμον. ἐπείγοντο δὲ αὐτίκα πρὸς τὴν ἔξοδον. καὶ πρὶν ἀκριβῶς ἰδεῖν, ἐξελαύνοντο ὑπὸ τ ἀεὶ ἐπεισιόντων. ἐστρύπητο δὲ κατὰ τὸ ἀντίθυρον ἄλλη ἔξοδος, οἵαν ἡ τὰς Μακεδόνας ὀν Βαβυλῶνι ποιῆσαι ἐπ' Ἀλεξάνδρῳ νοσοῦντι λόγος, &c.

Jam mihi cogita non admodum illuſtres ædiculas, neque luminis ad ſatietatem uſque capaces; tum hominum convenarum turbam, qui tumultuentur, jam ante ſpebus referti & erecti: quibus ingreſſis viſa res eſt, ut par erat, portentoſa; videlicet ex modo puſillo ſerpente, intra paucos dies tam immanem exſtitiſſe draconem, humanâ ſpecie, atque inſuper manſuetum. Protinus autem ad egreſſum accelerabantur, & priuſquam accuratè eſſent contemplati, expellebantur ab iis qui novi ſemper ingrediebantur. Eratque è regione januæ patefactum aliud oſtium ad exeundum: Cujuſmodi ægrotante Alexandro Macedonas in Babylone feciſſe ferunt, &c. Nec talia fraudum, ſceleſtarum verè, exempla, etiam patrum noſtrorum memoria defuere. Ita enim Hondorius: qui narrat quod, *cum Iſenaci unà cum Martino Luthero eſſent viri aliquot eruditione præſtantes, oblatum ipſis fuerit ſimulachrum Mariæ puerum Jeſum ulnarum complexu geſtantis, eo artificio conſtructum, ut à Monacho poſt altare delitescente facili motu regeretur, ut munera offerenti, capite, unà cum puerulo, annuens, benevolentiæ ſignum, oſtenderet: rurſuſque ei qui vacuus accederet, capite averſo, offenſionis ſignum præberet.* Plura autem hujusmodi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

modi Machinamenta per Monachos (uti antea per ſacerdotes Ethnicos) exercita, uti plura ejus rei exempla ab aliis producuntur, nullum dubium eſt.

Sed, ut ad vocalem ſonum per imagines ſtatuaſve redditum deveniamus; notatu digniſſima, mihi ſunt ea, quæ magnus ille Athanaſius Kircherus in libris ſuis de Phonurgia inter alia, lib. 1. cap. 6. de tubis locutoriis, quæ in longinqua ſpatia articulatam atque intelligibilem admodum vocem reddunt, habet, in hunc modum: *Accidit porro ut Muſæum meum privatum in aptiorem patentioremque Collegii Romani locum, quem Galleriam vocant, transferre cogerer: intra quam & paulò antè dictus tubus tranſlatus, etiamnum ab omnibus exteris ſpectatur & auditur, ſub nomine* DELPHICI ORACULI *intitulatus: hâc tamen differentiâ, ut quod tubus qui primo elatiori voce prolata verba in remota ſpatia diffuſa palam propagabat, nunc ſubmiſſâ & occulta voce clam in ludicris Oraculis fictiſque conſultationibus peragat; eo artificio, ut nemo adſtantium de ſecreto reciproca colloquentium muſſitatione inſtituto, percipere quicquam valeat: quod & advenis in hunc diem exhibetur, non ſine Dæmonis alicujus latentis ſuſpicione, eorum qui Machinam non capiunt: nam & ſtatua os ad normam loquentis, aperit & claudit, oculos movet. Ideo autem hujuſmodi artificium condidi, ut impoſturas & fallacias, fraudeſque veterum Sacerdotum, in Oraculorum conſultatione, oſtenderem. Dum enim per tubos fictos (quos in Oedipo deſcriptos vide) reſponſa darent, populum unà ad oblationes profuſè faciendas, ſi exaudiri vellent, cogebant; utque proinde hac fraude magnum illis lucri incrementum cederet: quamvis Dæmones clam quoque ſeſe eorum operibus miſcuiſſe non negem.* Huc uſque Reverendus ille Vir: qui poſtrema illa verba mihi annectere prioribus videtur, ne alios heic nimium adhuc ſcru-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

pulosos offendat. Sive tamen hæc ipsum ex animo dixisse constet, sive aliter, mihi perinde est: quod, uti jam & alibi à me dictum fuit, aliorum auctoritati, ratione opinionis, minimè inniti constituerim.

Interim videmus ex hisce, quid per Oraculorum Antistites effici potuerit. Videamus nunc, quid & factum sit.

Ita autem Theodoretus lib. 5. cap. 22. de Theophilo Alexandrino Episcopo: Οὗτος τὴν Ἀλεξάνδρου πόλιν τῆς εἰδωλικῆς ἠλευθέρωσε πλάνης. οὐ γὰρ μόνον ἐκ βάθρων ἀνέσπασε τὰ τῶν εἰδώλων τεμένη, ἀλλὰ καὶ τὰ τῶν ἐξαπατώντων ἱερέων τοῖς ἐξηπατημένοις ὑπέδειξε μηχανήματα. τά τε γὰρ ἐκ χαλκοῦ καὶ τὰ ἐκ ξύλων κενὰ ἔνδοθεν καταισχύζοντες ξόανα, καὶ τοῖς τοίχοις τὰ τούτων ὄπισθεν ἁρμόζοντες νῶτα, πόρους τινὰς ἀφανεῖς, ἐν τοῖς τοίχοις ἠφίεσαν. εἶτα διὰ τῶν ἀδύτων ἀνιόντες, καὶ εἴσω τῶν ξοάνων γινόμενοι, ἄνωθεν ἐβόων διὰ τούτων ἐκέλευον. φενακιζόμενοι δὲ οἱ ἐπαίοντες, ἔδρων τὸ κελευόμενον. ταῦτα ὁ σοφώτατος καταλύων ἀρχιερεὺς τοῖς ἐξαπατηθεῖσιν ὑπέδειξε δήμοις.

Hic urbem Alexandrinorum fraude simulacrorum liberavit; non enim idolorum modo delubra, concussis eorum fundamentis diruit, verum etiam subdolas Sacerdotum veteratorum machinationes eorum oculis, quos in fraudem deduxerant, subjecit ad contemplandum. Etenim sacerdotes isti statuas, quarum pars æneæ, pars ligneæ fuerunt, cavas introrsus effecerant, tergaque earum parietibus affigentes, vias quasdam latentes & obscuras per ipsas parietes illas diduxerant. Deinde per adyta fanorum in eas ingressi vias, se in statuas ipsas abdiderant, indeque velut ex statuarum ore, quæcunque voluerant, imperabant. Quibus auditores circumventi, imperata faciebant. Quæ sapientissimus ille Pontifex demolitus deceptis populis ostendit.

Tali autem occasione atque obtentu multa per hosce Sacerdotes flagitia fuisse commissa, docet nos (præter illud exem-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

exemplum, quod Romæ in Isidis Templo commissum tradit Fl. Josephus, lib. 21.) Ruffinus Histor. Ecclesiast. lib. 2. cap. 25. hisce verbis: *Sacerdos erat apud eos* [*Alexandriæ*] *scilicet Saturni Tyrannus nomine. Hic quasi ex responso numinis, adorantibus in Templo nobilibus quibusque & primariis viris, quorum sibi matronæ ad libidinem placuissent, dicebat Saturnum præcepisse, ut uxor sua pernoctaret in Templo. Tum is qui audierat, gaudens quod uxor sua dignatione numinis vocaretur, exornatam comptius, insuper & donariis onustam, ne vacua scilicet repudiaretur, conjugem mittebat ad Templum. In conspectu omnium concluså intrinsecus matronâ, Tyrannus, clausis januis & traditis clavibus, discedebat. Deinde facto silentio, per occultos & subterraneos aditus, intra ipsum Saturni simulacrum patulis irrepebat cavernis. Erat autem simulacrum à tergo exesum & parieti diligenter annexum; ardentibusque intra ædem luminibus, intentæ supplicantique mulieri vocem subitò per simulacrum æris concavi proferebat: ita ut pavore & gaudio infelix mulier trepidaret, quod dignam se tanti numinis putaret alloquio. Posteaquam verò quæ lubitum fuerat, vel ad consternationem majorem, vel ad libidinis incitamentum, disseruisset numen impurum, arte quadam linteolis obductis, repente lumina extinguebantur universa. Tum descendens, obstupefactæ & consternatæ mulierculæ adulterii fucum profanis commentationibus inferebat. Hæc cum per omnes miserorum matronas multo jam tempore gererentur, accidit quandam pudicæ mentis fœminam horruisse facinus, & attentius designantem, cognovisse vocem Tyranni; ac domum regressam, viro de fraude sceleris indicasse. Ille de injuria conjugis, imò potiùs suâ ardentius inflammatus; inscriptum Tyrannum ad tormenta deducit. Quo convicto atque confesso, cæcisque fraudibus revelatis, pudor omnis & dedecus*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Paganorum pervaſerat domos, adulteris matribus, inceſtis patribus, liberis ſpuriis deprehenſis. Quibus divulgatis & proditis, raptim cum ſimulacris & ædibus excitabantur crimina.

Addamus, quæſo, huic exemplo & illa quæ Herodotus lib. 1. habet, de Turri in Templo Beli Babylonico, de Thebis Ægyptiacis, atque Oraculo in Pataris Lyciæ civitate, hiſce verbis: Ἐν μέσῳ ᾗ τ ἱρᾶ πύργ@ τερεὸς οἰκοδόμηται, σταδίε καὶ τὸ μῆκ@ ἐ τὸ εὖρ@. καὶ ἐπὶ τούτῳ τῷ πύργῳ ἄλλος πύργος ἐπιβέβηκε, κ ἕτερ@ μάλα ἐπὶ τούτῳ, μέχρις ὀκτὼ πύργων. ἀνάβασις ᾗ εἰς αὐτοὺς ἔξωθεν κύκλῳ περὶ πάντας τοὺς πύργους ἔχουσι πεποίηται. μεσάνλι ᾗ κά τ ἀναβάσιος, ἔστι καταγωγή τε κ θῶκοι ἀμπαυσήριοι, ἐν τοῖσι κατίζοντες ἀμπαύονται οἱ ἀναβαίνοντες. ἐν δὲ τῷ τελευταίῳ πύργῳ νηὸς ἔπεστι μέγας· ἐν δὲ τῷ νηῷ κλίνη μεγάλη κεῖται εὖ τρωμένη· ἐ ἡ τράπεζα χρυσείη. ἄγαλμα δὲ οὐκ ἔνι ἐνδεν αὐτόθι ἐνιδρυμένον, οὐδὲ νύκτα οὐδεὶς ἐναυλίζεται ἀνθρώπων, ὅτι μὴ γυνὴ μούνη τ ἐπιχωρίων, τὴν ἂν ὁ θεὸς ἕληται ἐκ πασέων, ὡς λέγουσι οἱ Χαλδαῖοι, ἐόντες ἱρέες τούτου τ θεοῦ. Φασὶ δὲ οἱ αὐτοὶ οὗτοι (ἐμοὶ μὲν οὐ πιστὰ λέγοντες) τ θεὸν αὐτὸν φοιτᾶν τε ἐς τ νηὸν, κ ἀμπαύεσθαι ἐπὶ τ κλίνης, καθάπερ ἐν Θήβῃσι τῇσι Αἰγυπτίῃσι, κ τ αὐτὸν τοῦτον, ὡς λέγουσι οἱ Αἰγύπτιοι. καὶ γὰρ δὴ ἐκεῖθι κοιμᾶται ἐν τῷ τ Διὸς τ Θηβαιέ@ γυνή· ἀμφότεραι δὲ αὗται λέγονται ἀνδρῶν ἀδαμῶν ἐς ὁμιλίην φοιτᾶν· κ κατὰ ταὐτὰ ἐν Πατάροισι τ Λυκίης, ἡ προφῆτις τ θεοῦ ἐπεὰν γένηται· ἐπεὰν δὲ δὴ αἰεὶ ἔστι χρηστήριον αὐτόθι· ἐπεὰν δὲ γένηται πότε ὧν, συγκαταμένετα τὰς νύκτας ἔσω ἐς τ νηόν.

In Templi medio turris ſolida, craſſitudine ſimul & altitudine ſtadii, cui alia rurſus ſuperimpoſita turris & huic ſubinde alia, ad octavam uſque. His forinſecus ſcalæ ſunt in circuitu adhibitæ, per quas ad ſingulas conſcenditur turres: In medius gradibus ſtatio, ſellæque in hâc factæ, in quibus adſcendentes liceat ſedere ac quieſcere. In poſtrema turri

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

turri ſacellum eſt aliud, in quo lectus eſt ſplendide ſtratus, & appoſita menſa aurea. Statua tamen in hoc ſacello nulla eſt: neque hic noctu cubat hominum aliquis, præter mulierem unam ex indigenis, quam ex omnibus Deus delegerit, uti narrant Chaldæi hujus Dei ſacerdotes. Narrant enim illi (tametſi mihi parum credibilia referre videntur) Deum ipſum ingredientem templum, in hoc cubili conquieſcere, perinde atque Thebis Ægyptiacis, ut ferunt Ægyptii. Ibi enim in Thebani Jovis fano mulier quoque cubat: quarum mulierum utraque cum viris putatur non habere conſuetudinem: ſicut etiam Dei antiſtita Pataris Lyciæ civitate, quando ita accidit [ut antiſtitæ ſeu vatis fungi munere debeat.] Neque enim Oraculum ibi celebratur perpetuò. Ubi autem id futurum eſt, Antiſtita noctu in templum concluditur.

Ut autem & aliarum fraudulentarum Machinationum exempla videamus, & inter illas ſubvolationis, ut ſic dicam, in aëra, prodeat iterum Ruffinus; qui lib. II. cap. 23. de Serapis apud Alexandriam Templo & Oraculo, hæc ſequentia ſcribit: *Serapis apud Alexandriam Templum auditum quidem omnibus puto, pleriſque verò etiam notum. Locus eſt non natura ſed manu, & conſtructione per centum aut eo amplius gradus in ſublime ſuſpenſus, quadratis & ingentibus ſpatiis omni ex parte diſtentus: cuncta verò quo ad ſummum pavimentorum pervadatur, opere forniceo conſtructa; quæ immenſis deſuper luminaribus, & OCCULTIS ADITIBUS invicem in ſemet diſtinctis, uſum diverſis miniſteriis & clandeſtinis officiis exhibebant. Jam verò in ſuperioribus extrema totius ambitus ſpatia occupant exhedræ & paſtophoria domuſque in excelſum porrectæ, in quibus vel æditui, vel hi quos ἀγνεύοντας, id eſt, qui ſe caſtificant, commanere ſoliti erant. Porticus quoque poſt hæc omnem ambitum*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

quadratis ordinibus distinctæ intrinsecus circumibant. In medio totius spatii ædes erat, pretiosis edita columnis, & marmoris saxo extrinsecus amplè magnificéque constructa. In hac simulacrum Serapis ita erat vastum, ut dextra unum parietem, alterum læva perstringeret : quod monstrum ex omnibus generibus metallorum lignorumque compositum ferebatur. Interioris delubri parietes laminis primo aureis vestiti, super has argenteis, ad postremum æreis habebantur, quæ munimento pretiosioribus metallis forent. Erant etiam quædam ad stuporem admirationemque videntium, dolis & arte compositæ. Fenestra perexigua ab ortu solis ita erat aptata, ut die QUA FUERAT INSTITUTUM *simulacrum Solis ad Serapin salutandum introferri, diligenter temporibus observatis, ingrediente simulachro radius solis per eandem fenestram directus, os & labra Serapis illustraret, ita ut inspectante populo, osculo salutatus Serapis videretur à Sole. Erat & aliud fraudis genus hujusmodi : natura lapidis Magnetis hujus virtutis esse perhibetur, ut ad se rapiat & attrahat ferrum. Signum solis ad hoc ipsum ex ferro subtilissimo manu artificis fuerat fabricatum, ut lapis, cujus naturam ferrum ad se trahere diximus, desuper in laquearibus fixus, cum temperatè sub ipso radio ad libram esset positum simulachrum, & vi naturali ad se raperet ferrum, assurrexisse populo simulachrum & in aëre pendere videretur. Et ne hoc lapsu præpropero prodretur; ministri fallaciæ, surrexit, ajebant, Sol, ut valedicens Serapi discedat ad propria. Sed & multa alia decipiendi causâ à veteribus in loco fuerant constructa, quæ nunc longum esset enumerare per singula.* Dolendum sanè hunc Ruffinum non etiam cæteris addidisse : multum lucis enim afferre, procul dubio potuissent huic nostræ de Sacerdotum circa talia impostoris tractationi.

Sed

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Sed revertamur denuò ad χρησήριον illud Ammonis, unde diverteramus; ac perpendamus ea quæ gesta sunt circa illam famosissimam Alexandri ad Ammonem consultationem: primusque nobis prodeat Diodorus Siculus, qui de Alexandro heic Deum consulente ita narrat, Bibliothecæ suæ libro 16. τὸν δ' Ἀλεξάνδρον διὰ τῶν ἱερέων εἰσαχθέντα εἰς τὸν νεὼν, καὶ τὸν θεὸν καταλαβόντα, ὁ μὲν προφητικώτερος τῶν ἡλικιῶν προσελθὼν αὐτῷ, χαῖρε, εἶπεν, ὦ παῖ, καὶ παύτην τὴν προσηγορίαν ἴσχε παρὰ τοῦ θεοῦ. ὁ δὲ ὑπολαβὼν, δέχομαι, φησὶν, ὦ πάτερ, καὶ τὸ λοιπὸν κεκλήσομαι σός, ἀλλ' εἴ μοι δίδωσι τὴν ἀπάσης γῆς ἀρχήν; ὁ δὲ ἱερέως προσελθόντος τῷ σηκῷ, καὶ τῶν ἀνδρῶν τῶν αἰρόντων τὸν θεὸν κινηθέντων πεταγμένοις πρὸς τὰς φωνῆς συμβόλοις, ὁ μὲν ἀνεῖπε, βεβαίως αὐτῷ δίδόναι τὸν θεὸν τὴν αἴτησιν. ὁ δ' Ἀλέξανδρος ὑπολαβὼν, τὸ λοιπὸν, εἶπεν, ὦ δαῖμον ἀπόφηναί μοι τῶν ζητουμένων, εἰ πάντας ἤδη μετελήλυθα τοὺς γονέας φονεῖς τοῦ πατρὸς, ἢ τινες παραλελήθασιν. ὁ δ' προφήτης ἀνεβόησεν, ὦ Φίλιππε· οὐδένα γὰρ ἀνθρώπων ὑπάρχειν τοιοῦτον ἐπιβουλεῦσαι τῷ γεννήσαντι αὐτόν. τοὺς δὲ τοῦ Φιλίππου φονεῖς ἅπαντας τετυχέναι τιμωρίας. τεκμήριον δ' ἔσεσθαι τῆς ἐκ τοῦ θεοῦ γνώσεως τὸ μέγεθος τῶν ἐν ταῖς πομπείοις κατορθωμάτων· καὶ γὰρ πρότερον ἀήττητον αὐτὸν γενόμενον, καὶ μὴ ταῦτ' ἔσεσθαι παντὸς ἀνίκητον. ὁ δ' Ἀλέξανδρος, ἡδεὶς τοῖς κεχρησμωδημένοις, &c.

Alexander vero per Sacerdotes in Templum ductus & Deum conspiciente, PROPHETA, *vir senex ætate, accedens, Salve, ô Fili, dixit, & hanc salutationem habe à Deo. Cui ipse respondens, dixit, Accipio, ô Pater, atque in reliquum tempus Tuus vocabor. Sed an dabis mihi totius orbis imperium? Ubi, Sacerdote ingrediente in adyta Templi, atque viris illis qui Deum portabant certis vocum modulationibus se moventibus, ille quidem [Sacerdos] edixit, firmiter Deum dare quæ poscebantur. Alexander respondens, cætera, ô Deus, dixit, eorum quæ peto, mihi ostendo-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

oſtendas ; num ſcilicet omnes deprehenderim qui Patrem meum occiderunt , an vero adhuc aliqui (eorum) lateant. At propheta exclamans , jubebat ipſum bono eſſe animo ; nullum enim hominem exiſtere qui poſſit inſidiari genitori ipſius : Philippi verò interfectores omnes dediſſe pœnas. Quidque indicia , eum è Deo eſſe natum , futura ſorent , magnitudo ſucceſſuum in rebus à ſe ſuſceptis : atque ipſum quidem jam antea fuiſſe inſuperabilem , ſed in poſterum eum fore , quocunque ſe verteret , invictum. Alexander vero lætatus , &c.

Hactenus Diodorus ; in cujus verbis notandum , Reſponſa hic quoque ex Adytis data (nutu ſcilicet , uti jam antea oſtenſum) ſed quæ ſacerdos , quaſi à Deo accipiens , iis , qui Jovem hunc conſultum veniebant , enuntiaret : σηκὸς enim ille quo ſacerdos introibat , quæ ſuperius appellavi , *adyta* erant : Sic enim Heſychius & Suidas : [Σηκὸς . . . ἐνδότερος τόπος τοῦ ἱεροῦ. Σηκὸς] ὁ ἐνδότερος οἶκος τοῦ ἱεροῦ ναοῦ. Interior locus , vel domus , Templi.

Quæ Curtius habet ab hiſce non abludunt ; niſi quod minus ſuperſtitioſus , in hujus rei enarratione , quam Diodorus , appareat. Verba ejus ſunt : *At tum quidem Regem propius adeuntem , maximus natu è Sacerdotibus filium appellat , hoc nomen illi parentem Jovem reddere affirmans. Ille verò & accipere ſe ait , & agnoſcere ; humanæ ſortis oblitus. Conſulit deinde , an totius Orbis imperium fatis ſibi deſtinaret Pater. Vates , æque in adulationem compoſitus , terrarum omnium Rectorem fore oſtendit , &c.* Quibus demum addit : *Verè & ſalubriter æſtimanti fidem Oraculi , vana profectò reſponſa videri potuiſſent : Sed fortuna , quos uni ſibi credere coëgit , magna ex parte avidos gloriæ magis , quam cauſus eſt , ſed etiam juſſit : rerumque geſtarum famam dum auge-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

augere vult; tali appellatione corrumpit. Et Macedones, assueti quidem Regio imperio, sed majore libertatis umbrâ quam cæteræ gentes, immortalitatem affectantem contumacius, quam aut ipsis expediebat, aut Regi, adversati sunt. Cujus aversationis exempla aliaque inde accidentia, sequentibus ejus libris in Clito, Philota, Calisthene, aliisque Macedonibus narrat.

De Responso autem Sacerdotis hæc, inter alia, Plutarchus: Ταῦτα μὲν τὰ χρησμῶν οἱ πλεῖστοι γράφουσιν· αὐτὸς δὲ Ἀλέξανδρος ἐν ἐπιστολῇ πρὸς τὴν μητέρα, φησὶν γεγονέναι πρὸς αὐτῷ μαντείας ἀπορρήτους, ἃς αὐτὸς, ἐπανελθὼν, φράσαι πρὸς μόνην ἐκείνην· ἔνιοι δέ φασιν, ἐπὶ μὲν πρώτῃ Ἕλληνιστὶ βουλόμενον προσειπεῖν μετά τινος φιλοφροσύνης, Ὦ παιδίον, ἐν τῷ πολλαχοῦ τὰ φθέγγεσθαι, ὑπὸ βαρβαρισμοῦ πρὸς τὸ σίγμα ἐξενεχθῆναι. Εἰπεῖν, Ὦ παιδίος, ἀνὶ τοῦ ν τὸ σ χρησάμενον. ἀσμένῳ δὴ τῷ Ἀλεξάνδρῳ τὸ σφάλμα τῆς φωνῆς γενέσθαι, καὶ διαδοθῆναι λόγον. ὡς παῖδα Διὸς αὐτὸν τοῦ θεοῦ προσειπόντος.

Hæc de Oraculis tradunt plerique. Ipse in epistola ad matrem Alexander, SORTES *sibi ait,* ARCANAS *redditas, quas reversus soli ei relaturus esset. Sunt qui dictitant, Vatem quum appellare comiter Alexandrum Græcè vellet,* Ὦ παιδίον, *postremam syllabam, ut Barbarum, per s pronuntiasse, ac dixisse* Ὦ παιδίος: *neque invito Alexandro claudicasse in voce; increbuisseque sermonem, Jovis eum à Deo appellatum filium.* De quo in sermone vitio, etiam ita ad Dionysium Eustathius: Ὅτι, φασὶ, καὶ ὁ τοῦ Ἄμμωνος ἱερεὺς ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν παιδίον, παιδίος καλέσας τὸν Ἀλέξανδρον, ἔδοξεν ὡς ἐν χρησμῷ λοξότητι, ὦ παῖ Διὸς, αὐτὸν προσειπεῖν, ὅτῳ τὰ ἐπιτριπτῶν κολάκων ἐκλαβομένων τὸ βάρβαρον τῆς φωνῆς. *Quo tempore dicunt etiam Ammonis sacerdotem eo, quod loco* παιδίον, παιδίος *diceret in appellando Alexandro, visum quasi ex Oraculi ambiguitate ipsum* ὦ παῖ Διὸς, *ô Jovis fili, al-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

locutum. Ita ſceleſtis iſtis paraſitis barbariſmum iſtum accommodantibus. Ab iis autem, quæ eum de Sortibus arcanis ſibi redditis ad matrem ſcripſiſſe teſtatur Plutarchus, non valde diſcrepant illa, quæ de Alexandro, heic conſulente Jovem, tradit Arrianus lib. 3. Ἐνταῦθα Ἀλέξανδρος τε τὸ χωρίον ἐθαύμασε, καὶ τῷ θεῷ ἐχρήσατο· καὶ ἀκούσας ὅσα αὐτῷ πρὸς θυμὸν ἦν, ὡς ἔλεγεν, ἀνέζευξεν ἐπ' Αἰγύπτου.

Alexander loci naturam admiratus, Oraculum conſuluit; acceptoque reſponſo ſibi (ut dicebat) grato, in Ægyptum redit.

Hæc de reſponſo Alexandro dato. Trogus Pompejus verò, ſcenam nobis clarius adhuc aperit hiſce verbis: *Igitur Alexander cupiens Originem divinitatis acquirere, ſimul & matrem infamiâ liberare,* PER PRÆMISSOS SUBORNAT ANTISTITES, QUID SIBI RESPONDERI VELIT. *Ingredientem Templum ſtatim Antiſtites ut Hammonis filium ſalutant, &c.*

Non mirum igitur, prætenſum illud Oraculum, per Vatem, comitibus ejus reſpondiſſe (uti idem Trogus ac Curtius teſtantur) ut Alexandrum pro Deo, non pro Rege colerent. Conſideret jam, quæſo, æquus Lector, an hîc aliqua arte Dæmonis præternaturali opus fuerit, tam ad iſtum apparatum à me deſcriptum & exempla in eam rem adducta, quam ad hæc reſponſa Alexandro comitibuſque ejus data. Si autem quiſpiam oſtendere poſſit, hæc aliter unquam fuiſſe peracta, præſtabit ſane quod hucuſque nemo præſtitit.

Aſt aliæ tamen difficultates adhuc reſtant adimendæ; circa Oracula videlicet per inſomnia, aliosque vaticinandi modos, reddita.

De Clarii Apollinis Oraculo hæc Tacitus, libro II. Annal. *Relegit Aſiam* [*Germanicus*] *appellitque Colophona, ut Clarii Apollinis Oraculo uteretur. Non femina illic, ut apud Del-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Delphos, ſed certis è familiis, & fermè Mileto accitus ſacerdos, numerum modo conſultantium & nomina audit: tum IN SPECUM DIGRESSUS, *hauſtâ fontis arcani aquâ, ignarus plerumque literarum & carminum, edit reſponſa, verſibus compoſitis, ſuper rebus quas quis mente concepit:* ET (NB.) FEREBATUR GERMANICO PER AMBAGES, UT MOS ORACULIS, *maturum exitum eciniſſe.*

Si alicubi certè hic partes ſuas habere debuit Diabolus. Sed videamus an tali auxilio indiguerint hujus ἀντιχριστοῦ Antiſtites.

Non fœmina hic (utpote minus apta tali artificio) ſed ſacerdos adhibebatur; atque ille quidem literarum & carminum plerumque rudis. Quaſi verò hæc non commodè ſatis ſimulari potuerint; dum interim hic ipſe ſacerdos, aut per ſe, aut, ſi Poëta non eſſet, per alios carmina componeret. At Oracula, in ſpecum digreſſus, reddidit ſuper rebus quas quis mente conceperat. Scriptis codicillis, uti in plurimis ἀντιχριστοῖς conſuetudo, vel potius lex erat: an vero ſolis cogitationibus mente conceptis, non exprimitur. Ponamus tamen hæc de ſolis mente conceptis votis aut petitionibus eſſe intelligenda Quam multa media erant iſtis detegendis! Id enim exemplis jam ſupra (ubi de Oraculo Delphico loquebar) allatis clare oſtenditur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

CAPUT XI.

De Oraculis per Insomnia datis; ac quam multis in locis, quibusque modis diversis, data fuerint: uti & quænam ac quales impostura circa ista locum habuerint. Qua occasione disseritur de Oraculo in Nyso; istâque rursus de Charoneis antris, Grotta di cani, *apud Neapolim; ac de Hirpinis per prunas ardentes ambulantibus. Post quæ notatur, pluribus ac diversis admodum modis quandoque in uno eodemque templo fatidico Responsa fuisse reddita: ne quid detrimenti caperet Oraculum, seu* χρησμῳδὸν; *si hoc illove modo reddendi Responsa jam nimium veterascente, aut aliter vilescente, non commode alius substitueretur.*

SEd pergamus nunc ad Oracula quæ per insomnia reddebantur. Quorum maximè notabile exemplum tamen jam antea dedimus in descriptione Antri Oraculique Trophonii. Hæc autem, ubi tali modo Oracula accipiebant Consultores, plurima numero fuere: nec sanè mirum; cum sic commodius Antistites ipsis imponere possent; dum interpretes ipsi existentes somniorum quæ Consultores somniaverant, ea accommodare possent interrogatis pro lubitu suo: uti exemplum hujus rei habemus in Antri Trophonii Sacerdotibus.

Non omnia hic adducam quæ per somnia respondebant, indicabantve Consultoribus, quid sequendum aut fugiendum ipsis erat; quibus modis aut medicaminibus liberari poterant à morbis, quibus obsidebantur, &c. Nec enim necesse est (nec cuncta illa χρησμῳδία aut descripta, aut notata, invenimus per Geographos; uti nec plurima alia quorum notitia non solum, sed & memoria interiit) sed unum alterumve exempli cau-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

causâ: cum in omnibus fere eodem modo hæc Oracula redderentur, in Antro Charoneo, in fano Pasitheæ, in Templo Æsculapii Pergameni, Calchantis in Daunià, Amphiarai in Attica, Thebis in Bœotia, cæterisque per Antiquos (tam Tertullianum lib. de Anima, quam alios) memoratis. De Amphiarai Oraculo apud Oropios, sequentia hæc tradit Pausanias, in Atticis: Καὶ πρῶτον μὲν καθήραντας νομίζουσιν ἱστις ἦλθεν Ἀμφιαράῳ χρησόμενος. Ἔστι δὲ καθάρσιον τῷ θεῷ θύειν. Θύουσι δὲ καὶ αὐτῷ καὶ πᾶσιν ὅσοις ἐστὶν ὄπιθεν ταυτὸ τὸ ὄνομα. Προεξειρημένων δὲ τούτων, κριὸν θύσαντες αὐτῷ, καὶ τὸ δέρμα ὑποστρωσάμενοι, καθεύδουσιν ἀναμένοντες ὄψεσιν ὀνείρων.

Consulendi quidem causâ qui accedunt primò lustrantur omnes. PRO PIACULO RES DIVINA EST: *quam cum Amphiarao ipsi faciunt, tum cæteris, quorum in eâdem arâ inscripta sunt nomina: deinde arietem ei immolant, cujus substrata pelle dormientes nocturna visa exspectant.*

Apud Amphiaraum in Attica (teste Philostrato lib. 2. vitæ Apoll. Thyandi) *eos qui ad accipienda responsa eo accesserant, Sacerdotes jubebant diem integrum à cibo, & triduum à vini potu abstinere.*

In Daunià Arietem *nigrum* consultores immolabant, ejusque pelli indormiebant (teste Strabone, libro 6.) atque alibi aliter. De Serapidis Templo Canobitico ita quoque Strabo lib. 17. Ἔχουσι [Κάνωβος] τὸ τοῦ Σεράπιδος ἱερὸν πολλῇ ἁγιείᾳ τιμώμενον, καὶ θεραπείας ἐκφέρον, ὥστε καὶ τοὺς ἐλλογιμωτάτους ἄνδρας πυθέσθαι, καὶ ἐγκοιμᾶσθαι αὐτοὺς ὑπὲρ ἑαυτῶν ἢ ἑτέρων. Συγγράφουσι δέ τινος καὶ τοὺς θεραπείας, ἄλλοι τε ἀρετὰς τοῦ ἐνταῦθα λογίων.

Habens & [Canopus] Serapidis Templum religiosè cultum, ac morborum sanationes efficiens: ut etiam nobilissimi viri ei credant, & pro se, vel pro aliis, somnia ibi capient.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Sunt qui curationes conſcribant; quidam virtutes editorum ibi miraculorum. Hujuſmodi inſomnia in omnibus, puto, (ſaltem, in plurimis, conſtat) Æſculapii Templis Fatidicis, quæ multa fuere, captabantur. Quod ridiculè imitatur Ariſtophanes in Pluto ſuo: ſicut id notius eſt quam ut huc afferatur. De conſcriptis verò curationibus ac Miraculis habemus exemplum in iſta Inſcriptione, quam in priori Diſſertatione adduxi. De Conſultationibus ejuſmodi nobiliſſimorum virorum, dat nobis quoque exemplum notabile admodum Arrianus, libro 7. (quò forſan, inter alia, quoque Strabo reſpexit) hoc modo: Λέγεται δὲ αἱ ἐφημερίδες αἱ βασίλειοι, ὅτι τῷ μὲν Σεραπίδος ἱερῷ Πύθωνά τε ἐγκοιμηθέντα καὶ Ἄτταλον καὶ Δημοφῶντα, καὶ Πευκέστην· περὶ δὲ Κλεομένους τε καὶ Μενίδαν καὶ Σέλευκον, ἐπερωτᾶν τὸν θεὸν εἰ λῷον καὶ ἄμεινον Ἀλεξάνδρῳ, εἰς τὸ ἱερὸν μὲν θεὸν κομισθέντα, καὶ ἱκετεύοντας θεραπεύειν περὶ τοῦ θεοῦ. καὶ γνώναι φήμην τινὰ ἐκ τοῦ θεοῦ, μὴ κομίζειν εἰς τὸ ἱερὸν, ἀλλ' αὐτοῦ μένοντα ἔσεσθαι ἄμεινον. ταῦτά τε ἀπαγγεῖλαι τοὺς ἑταίρους, καὶ Ἀλέξανδρον δὲ πολὺ ὕστερον ἀποθανεῖν. ὡς τοῦτο ἄρα ἤδη ὂν τὸ ἄμεινον.

Diariis Regiis continetur, in Serapidis æde pernoctaſſe Pythonem, Attalum, Demophontem, & Peuceſtam: præterea Cleomenem & Menidam, ac Seleucum. ET PERCONTANTIBUS DEUM, *an melius ſatiusque eſſet Alexandrum [jam decumbentem] in templum ſuum,* UT A SE CURARETUR DEFERRI, *Oraculum redditum,* NON OPPORTERE EÒ DEFERRI: SED MELIUS EI, SI IBI MANEAT, FORE. *Idque amicos Alexandro renuntiaſſe, neque multò poſt Alexandrum deceſſiſſe; quaſi* (NB.) *id magis in rem ipſius eſſet.*

Perpendamus jam, quibus impoſturis ac technis in hiſce per inſomnia datis Oraculis egerint Antiſtites. Priuſquam tamen id faciamus, conſideremus reſponſum illud Alexandri Magna-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
366 F 33

Magnatibus datum. Interrogarant hi Proceres, *an melius fatiusque esset Alexandrum deferri, curandi gratiâ, in Templum Serapidis.* Sapienter sanè illi & uti opportebat, respondebant, *Non opportere eum eò deferri, &c.* Quid enim periculosius erat & Oraculi & ipsorum auctoritati, quam ut suaderent ut eò deferretur Alexander? Si enim aut in via aut in ipso Templo obiisset ille, mendax omnibus necessario fuerat ille Deus. Si verò ubi jam decumbebat, moreretur, præsto erat illa interpretatio, quæ data traditur ab Arriano: Si vero contra ipse ibi permanens sanitatis restitutus denuò fuisset, magna gloria necessariò hinc Oraculo accedebat.

Hujusmodi verò Antistites, si petitiones Consultorum accipiebant viva voce, nulla in respondendo erat difficultas, neque ullo egebant adminiculo præter artem benè conjiciendi id, quod faciebat ad propositum; ac tales ambiguitates obscuritatesque inveniendi, quibus quocunque caderet res ejusque eventus, sua commoda haberent effugia. Si verò per scriptos & obsignatos codicillos; ut hosce præterea ita, ut id non animadverterent consultores, aperirent, rursumque recluderent. quibus tamen tertiò accedere debebat methodus artificiosa, accommodandi insomnia Consultorum ad ipsorum, sive viva voce, sive per scriptas tabellas facta, interrogata. Quod an, & quomodo, perficere potuerint, nunc perpendendum.

Ac primò quidem curandum erat Sacerdotibus, ut dormirent Consultores, dum *pellibus illis stratis incumberent;* Et quidem tali somno qui turbidis insomniis cerebrum agitaret ac turbaret. Quod per medicamenta, ὑπνωτικὰ & narcotica, ex opio, opiatis, aliisve, quæ Medicæ artis peritis, imò & multis aliis, sunt notissima; aptissimè poterat perfici. Hæc autem & simila poterant ipsis, si non in vino, aut aliis liquoribus; fumigationibus, odoribus aliisve mediis pluribus. exhiberi:

dum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

dum belli illi abſtemii nihil minus cogitarent : ita ut illa ipſis injuncta abſtinentia, eò meliorem daret Sacerdotibus iſtos decipiendi occaſionem. Huc accedere poterant, imò & proculdubio acceſſere, tales ab iſtis impoſtoribus adornatæ fabellæ, narrationes, aut ſubitæ atque ex improviſo auditæ voces, quæ in mentes jam & ſuperſtitione & ſpe & metu & medicamine attonitas, tam alte deſcenderent, ut earum rerum imagines in ſomniis ſeſe, aut primò aut præcipuè, proderent ipſorum mentibus, eaſque inprimis detinerent. Adde quod ſive per tubas, quales jam ſuperius notavi, vel per cornua ipſorum auribus applicata (ut eo minus & alii ſonitum audirent, & eo altius ſonus ac vehementius ad cerebrum penetraret, auditusque organa moveret) imaginationes heic per Antiſtites deſideratæ potuerint ingeri. Ac licet iſta inſomnia vix, ac ne vix quidem, aliquid ſimile continerent iis quæ petebantur ab Oraculo, iſti, & excipiendo inſomnia ab iis qui nondum mentis erant compotes (ut vidimus factum in Oraculis Trophonii) & mutando atque aliter illa concinnando; vel ſi hæc commodè ſatis procedere non poſſent, de novo inſomnia inducendo, (uti & Sortes & Haruſpicina & Auguria ſæpius iterabantur quandoque) in quibus aliquid ſaltem quod interrogationibus quadraret continebatur; mentes dementium horum Conſultorum dementare ulterius valebant, horroreque ac ſuperſtitione ultra modum adimplere. Sic ſatis magnam occaſionem quoque præbebant tenebræ procuratæ in templis, aut à natura factæ in ſpeluncis, quibus indormiebant; ut multa nigra ipſis obverſarent, nigrorumque imaginationes turbatas mentes occuparent. Quibus cætera jam dicta ſi accederent, non mirum ſanè, aliquem ſomniaſſe ſe interrogatum album vel nigrum. Præterea omnes de hujusmodi datis Oraculis narratiunculas per manus habemus Antiſtitum ac Sacerdotum, aut ab hominibus ſuperſtitioſis qui talibus argutiis fuerant decepti;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

cepti ; minimè vero puram putam rerum ibi geſtarum hiſtoriam : quod quam maximè hic puto notandum.

Tabellas autem ac codicillos iſtos obſignatos aut imponebant pulvinaribus Deorum , atque ita ſecum illos aſſumebant in adyta : aut quandoque etiam iis indormiebant ipſi Prophetæ & Antiſtites. Qui tum quaſi ex ſomniis tali modo captis, ſeu potius doloſe confictis , reſponſa dabant Conſultoribus. Sic ille jam ſæpius dictus & adductus Alexander : de quo ita Lucianus : *Tandem cum jam plurimi confluerent , premereturque civitas eorum multitudine qui ad Oraculum ventitabant , neque ſuppeditandis rebus ad victum neceſſariis ſufficeret , Oraculi genus comminiſcitur , quod nocturnum appellabatur. Siquidem acceptis libellis indormire ſe ajebat ; & tanquam divinitus in ſomnio edoctus reſpondebat : nihil certi tamen , ſed ambiguè plerumque ac confuſim , maximè ſi quem libellum accuratius obſignatum conſpexiſſet. Nam citra reſignandi periculum , quicquid temerè in mentem veniſſet , ſubſcribebat : ratus & hoc ipſum convenire Oraculis. Erant autem ad id nonnulli conſtituti interpretes , qui mercedem non exiguam colligebant ab iis , qui hujuſmodi capiebant Oracula , ut ea enarrarent explicarentque.* Græca ſunt: ἤδη γὰ πολλῶν ἐπιῤῥεόντων , καὶ τ πόλεως αὐτῶν θλιβομένης ὑπὸ τ πλήθους τ ἐπὶ τὸ χρηστήριον ἀφικνυμένων , καὶ τὰ ἐπιτήδεια ἀρκῆ μὴ ἐχόντων , ἐπινοεῖ τὰς νυκτερινὰς καλουμένας χρησμός. λαμβάνων γὰ τὰ βιβλία , ἐπεκοιμᾶτο , ὡς ἔφασκεν , αὐτοῖς , καὶ ὡς ὄναρ ταῦτά ἑ θεὸς ἀκούων ἀπεκρίνετο. ὁ μὴ τοι συφεῖς τὰς πολλὰς , ἀλλὰ καὶ ἀμφιβόλως ἓ πεφραγμένας. καὶ μάλιστα εἴ ποτε θεάσαιτο τὸ τετερασμένον τὸ βιβλίον καὶεσφραγισμένον. ὁ γὰ ταῦτα κινδυνεύων τὸ ὑπελθὸν ἄλλως ὑπέγραφε , χρησμοῖς πρέπον καὶ τὸ πιθανὸν οἰόμενος. ἓ ἦσάν τινες ἐξηγηταὶ ἐπὶ τούτῳ καθήμενοι , καὶ μισθὸς οὐκ ὀλίγος ἀπολέγοντες ταῦτα τ τὰς πίστεις χρησμὰς ὑπολαμβανόντων , ἐπὶ τῇ ἐξηγήσει ἓ ἀληθεύσῃ αὐτῶν.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

At ne ſolius Luciani teſtimonio hîc nobis innitendum ſit, vel videatur, conſideramus Oraculum iſtud Plutonis ac Junonis in Nyſa: quod hoc modo nobis a Strabone libro 14. deſcribitur: Ἐν δὲ τῇ ὁδῷ τῇ μεταξὺ τ Τραλλέων καὶ τ Νύσης, κώμη τ Νυσαίων ἐστὶν οὐκ ἀπωθεν τ πόλεως Ἀχάραμα. ἐν ᾗ τὸ Πλουτώνιον, ἔχον καὶ ἄλσος πολυτελὲς, καὶ νεὼν Πλούτωνός τε καὶ Ἥρας, καὶ τὸ Χαρώνιον ἄντρον ὑπερκειμένον ἔξω ἄλσους θαυμασὸν τῇ φύσει λέγεται γὰρ δὴ καὶ τὰς νοσώδεις καὶ περισκοπούσας τῶν θεῶν τούτων θεραπείας φοιτᾶν ἐκεῖσε, καὶ διατρίβειν ἐν τῇ κώμῃ πλησίον ἔξω ἄντρου, πρὸς δὲ τοῖς ἐμπείροις τῶν ἱερέων οἱ ἐγκοιμῶνταί τε ὑπὲρ αὐτῶν καὶ διατίθεσιν ἐκ τ ὀνείρων τὰς θεραπείας. εἶτοι δ' εἰσὶ οἱ καὶ ἐγκαλεῖ τις τὴν τ θεῶν ἰατρείαν. ἄγουσι δὲ πολλάκις εἰς τὸ ἄντρον. καὶ ἱδρύσει μένοντες καθ' ἡσυχίαν ἐκεῖ, καθάπερ ἐν φωλεῷ σιτίων χωρὶς ὀπὸ πλείονας ἡμέρας ἔστι δ' ὅτε καὶ τοῖς ἰδίοις ἐνυπνίοις οἱ νοσηλευόμενοι περισχόσι, μυσταγωγοῖς ὅμως, καὶ συμβόλοις ἐκείνοις χρῶνται ὡς ἂν ἱερεῦσι. τοῖς δ' ἄλλοις ἄβατός ἐστιν ὁ τόπος, καὶ ὁλέθριος. Πανήγυρις δ' ἐν τοῖς Ἀχαράκοις συντελεῖται καθ' ἕτος· ἐν τότε μάλιστα ὁρᾶν ἐστι, καὶ ἀκούειν περὶ τ πολιτῶν τὰς πανηγυρίζοντας· τότε δὴ καὶ περὶ μεσημβρίαν, ὑπολαβόντες ταῦρον οἱ ἐκ τ γυμνασίου νέοι, καὶ ἔφηβοι, γυμνοὶ ἀπαληλειμένοι, μετ' αὐλῆς ἀνακομίζουσιν εἰς τὸ ἄντρον· ἀφεθεὶς δὲ, μικρὸν προπελθὼν, πίπτει καὶ ἔκπνους γίνεται.

In via inter Tralles & Nyſam, pagus eſt Nyſæorum, haud procul urbe nomine Acharaca, in eo Plutonium eſt, lucum habens pretioſum, & templum Plutonis ac Junonis, & Charonium antrum ſuperne loco imminens, naturæ admirabilis. Ajunt enim morbis gravatos, & qui horum Deorum curationi aliquid tribuunt, eò commeare, & victitare in pago prope antrum, apud peritos ſacerdotes: qui pro ipſis antro indormiunt, & ex ſomniis curationes præſcribunt. Illi etiam ſunt, qui Deorum opem invocant, (conſulenteſque) ducunt ſæpe in antrum iſtud, ac ponunt illos ibi per plures

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

res dies abſque cibo. Interdum ægroti propriis ſomniis animum advertunt : attamen illis , utpote ſacerdotibus , Myſtagogis , ac conſiliariis , utentes. Aliis vero hominibus locus ille inacceſſus eſt , & exitioſus. Ac quidem quotannis ibi, in Acharacis , feſtivitas agitur. Atque tunc maxime videre & audire licet , de tantis rebus illos qui ibi feſtivitatem celebrant. Quin & tunc circa meridiem juvenes & ephebi e gymnaſio nudi & uncti taurum arreptum in antrum ſtudioſe inducunt : qui dimiſſus , ubi paulo ulterius introivit, exanimatus concidit.

Videmus hîc Oraculum *Plutonis* ac *Junonis* , id eſt, *Jovis Stygii* ac Proſerpinæ : quæ Proſerpina quoque Junonis Stygiæ nomine veniebat ; ut ex inſcriptione , tam apud Reineſium , quam apud Sponium reperiunda conſtat hoc modo :

IVNONI. STYGIAE
CRESCENTINA
MATRILIA. CVM
FIL. SV. V. S. L. M.

Sicut & de *Jove Stygio* , ſeu Plutone , hanc ſequentem reperimus :

SIGN. IOVI. STYGIO
C. ATINIVS. C. F.
CLV. MARIVS
VOTO. SVSCEPTO
PRO. SALVTE. VX. SVAE
D. S. P. P.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Ac de æde ambobus simul dedicata, etiam hanc :

PLVTONI. ET
PROSERPIN
AE. FLAVIA
VENERTA
BESSA. EX
VISV. AEDEM
D.S.P.V.I.S.L.M.

Hæc *Juno Stygia* quidem apud Græcos appellabatur Δήω νέα, apud Latinos *Nova Ceres*, ut & *Dea Libera* : verum illa huc minus faciunt.

Videmus hic 2°, *Plutonium* seu *Charonium*. Antrum, ac quidem naturæ admirabilis ; quin & ejusmodi naturæ, ut credentibus salutare fuerit ; incredulis vero (sicut & animalibus brutis) exitiosum. Quum aliàs cuncta *Plutonia* seu *Charonia* quibuscunque fere, hominibus ac brutis exitio fuerint. Unde & Plinius, lib. 2. cap. 93. ita habet : *Spiritus lethales alibi, aut scrobibus emissi, aut ipso loci situ mortiferi, alibi volucribus tantum, ut Soractæ vicino Urbi tractu, alibi præter hominem cæteris animantibus, nonnunquam & homini, ut in Sinuessano agro & Puteolano : quæ spiracula vocant, alii Charoneas scrobes, mortiferum spiritum exhalantes. Item in Hirpinis Amsancti, ad Mephitis ædem locum ; quem qui intravere moriuntur. Simili modo Hieropoli in Asia, Matris tantum Magnæ sacerdoti innoxium.*

Sic Strabo quoque, ubi de Samo loquitur, hæc de Thymbria addit : *Apud quam sacra spelunca est Charonium nomine, quæ pestilentibus exhalationibus etiam aves necat.*

Hujus-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Hujuſmodi antra ſive venenoſo halitu exitio eſſent avibus, brutis aliis, imo & ad ipſa nimis prope accedentibus, vel intrantibus, hominibus; ſæpius aliquod Oraculum ſibi adjunctum habebant: uti tam ex primùm hîc allato Strabonis loco, quam ex ſequenti nunc, liquet. Quamvis Avernus ille de quo hîc loquitur, non tam antrum quam lacus eſſet, qui ſubterraneum Oraculum ſibi in vicinia haberet. Ita autem de ipſo loquitur: Περικλείεται δὲ Ἄορνος ὀφρύσιν ὀρθίαις ὑπερκειμέναις πανταχόθεν πλὴν ἧ εἴσοδος, νῦν μὲν ἡμέρως σκευπεπημέναις, πρότερον δὲ συνηρεφέσιν ἀγρίᾳ ὕλῃ μεγαλοδένδρῳ καὶ σκότῳ, αἱ καὶ δεισιδαιμονίαν κατάσκιον ἐποίουν τὸν τόπον. προσεμύθευον δὲ οἱ ἐπιχώριοι καὶ τὰς ὄρνεις τὰς ὑπερπετεῖς γιγνομένας, καταπίπτειν εἰς τὸ ὕδωρ, φθειρομένας ἀπὸ τῶν ἀναφερομένων ἀέρων, καθάπερ ἐν τοῖς Πλουτωνίοις· καὶ τὸ χωρίον Πλουτώνιόν τι ΥΠΕΛΑΜΒΑΝΟΝ, καὶ τοὺς Κιμμερίους ἐνταῦθα λέγουσι· καὶ εἰσιτητέον γε οἱ προθυσάμενοι [καὶ] ἱλασόμενοι τοὺς καταχθονίους δαίμονας, ὄντων τῶν ὑφηγουμένων τὰ τοιάδε ἱερέων, ἐργολαβησάντων τὸν τόπον. Ἔστι δὲ πηγή τις αὐτόθι πολίμνη ὕδατος ἁλμυροῦ παρὰ τὴν θαλάττην. τοῦτο δ' ἀπέχουσι πάντες, τὸ τῆς Στυγὸς ὕδωρ νομίσαντες· καὶ τὸ μαντεῖον ἐνταῦθά που ἵδρυται· ὧν τε Πυριφλεγέθοντα ἐκ τῶν θερμῶν ὑδάτων ἐτεκμαίροντο τὸ πλησίον τῆς Ἀχερουσίας. Ἔφορος δὲ τοῖς Κιμμερίοις προσοικειῶν [τὸν τόπον] φησὶν αὐτοὺς ἐν καταγείοις οἰκίαις οἰκεῖν, ἃς καλοῦσιν ἀργίλλας, καὶ διὰ τινῶν ὀρυγμάτων παρ' ἀλλήλας τὰ φοιτᾶν, καὶ τοὺς ξένους εἰς τὸ μαντεῖον δέχεσθαι, πολὺ ὑπὸ τὴν γῆς ἱδρυμένον· ζῆν δὲ ἀπὸ μεταλλείας καὶ τῶν μαντευομένων, ὑπὸ βασιλέως, ἀποδείξαντος αὐτοῖς σύνταξιν. εἶναι δὲ τοῖς μὲν τὸ ἀγχιτέλεστον ἔθος πάτριον, μηδένα τὸν ἥλιον ὁρᾶν, &c.

Includitur Avernus ſuperciliis rectà ſurſum enatis, & undique præterquam in aditu eminentibus; ac nunc quidem cultura elaboratis. Olim enim ſylva inacceſſa magnarum arborum obſita, ob ſuperſtitionem, *ipſum locum obumbrabant. Additum eſt ab accolis fabulæ hoc, aves quæ ſupervolarent*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

in aquam decidere, exanimatas aëris exhalatione; quemadmodum in Plutoniis locis fit. Nam & Avernum pro loco Plutoni dicato deputabant; & Cimmerios ibi fuisse indicatum habitare; ac qui intro navigarent prius sacrificiis placabant Genios Manes, cum essent Pontifices, qui [NB.] conducto isto loco, *hujusmodi sacra præmonstrarent. Ibidem fons est aquæ potabilis ad ipsum mare, sed eâ omnes abstinebant,* Stygis aquam esse putantes. *Ibidem alibi Oraculum est conditum, & Pyriphlegethontem ex aquis calidis Acherusiæ vicinis existimabant, ibi esse. Ephorus vero, Cimmeriis locum illum dicans, hos habitare ait in subterraneis ædificiis, quas Argillas vocent, ac per fossas quasdam inter se commeare, hospitesque eadem viâ ad Oraculum deducere altè inter terram conditum: victum eos metallis effodiendis quærere, & ab iis accipere qui Oraculum consulunt; ac regem iis constituisse eo nomine stipendium.*

At scrobs illa de qua Plinius jam allato loco loquitur, à Francisco Schotto & Hieronymo Capugnano, in Itinerarii Italici parte tertia, hoc modo describitur: *Ostenditur quidem ad pedem montis, quo lacus Anianus cingitur, haud procul ab aquis ipsis, antrum simile fundo plano in montem ambiens per passus decem vel octo, cujus fauces amplæ satis duos, vel plures in ingressu simul intromittere possunt, sed sensim declivi in arctum testudine desinit, ubi è profundo per saxi poros invisibiles ferventes exhalat spiritus, verum adeo tenues siccos, atque subtiles, ut eorum nullus videatur fumus, aut vapor; quamvis aërem ventis infusum, cavernæque frigorem calore vehementi mox spissent, & mutent in aquam, sicuti stillæ in ima testudine dependentes, & ex obscuro adversus ostii lucem stellularum in modum scintillantes indicant. Hydrargyrii vel argenti vivi guttæ apparent à longè, quemadmodum etiam plurimorum fert opi-*

nio,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

nio, vulgoque persuasum est. Quin etiam ab omnibus creditum est, si quid vivi intra limitem ingressu FOSSULA *designatum transierit, vel projiciatur in cavernam interiorem, id ipsum mox concidere, & exanimari, imò prorsus enecari, nisi protinus extractum in aquis stagni vicinis immergatur; quarum frigore recreari quam primum, ac sensim revivisce-re constat. Cujus rei periculum faciunt in dies peregrini, & advenæ cognoscendarum rerum studiosi, pullos gallinaceos, aut canes funibus nexos, aliudve quid vivi in antrum projicientes. Leander Albertus memoriæ prodidit Caroli Octavi, Galliæ Regis jussu (cum is ante annos* 114 *plus minus, pulsis Hispanis, aliquandiu regno potiretur Neapolitano, asinum intrusum confestim vertigine captum cecidisse, & expirasse. Alius qui de balneis istis scripsit, ante ducentos ferè annos, temerarium militem armatum suo tempore in eodem antro miserè periisse tradidit. Cæterum præsente Carolo Cliviæ principe, sicut Corona Pighius asserit se vidisse, ductores Hispani duos validos canes villaticos projecerunt in antrum, quamvis admodum reluctantes, sic ut idem periculum, & antea subiisse viderentur; extracti exanimes, per aquarum baptisma revocati sunt ad vitam, sed alter eorum principis jussu retractus in antrum denuo, cum periclitari coactus esset, nec anabaptismate revivisceret, tanquam cadaver in ripa relictus est. Non magna tamen interposita mora, veluti exitus profundo somno resurgens, nonnihilque cespitans ac vacillans, quam ociissimè potuit fugam arripuit: cunctis qui videbant ridentibus, & Carolo canem laudante, quod Orco victima cadere noluisset. Post hæc facem ardentem ultra limites in cavernam porrexere, quæ demissa solum versus extingui protinus, evecta nonnihil in altum rursum inflammari visa est. Illudque profectò docuit experimentum, spiritus ex fundo prodeuntes fervore siccitateque vali-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

validiores in imo, mox levia flammarum nutrimenta dissipare, laxiores autem atque imbecilliores in alto, rursum calidos, ac pingues facis fumos flammare, quemadmodum videmus accensæ candelæ flammam per alterius extinctæ fumum in admotam transilire, solisque radios vehementiores speculo injectos stupam admotam comburere. Certe cum ante annos triginta studiorum causa peragraret Italiam Pighius, diligentius perscrutandi singula, ex quibus doceri posset, cupidine flagrans, & Puteolis jam dicta miracula videns, attonitus, causas eorum non potuit non investigare propiùs. Non persuadebatur enim Hydrargyrii, vel argenti vivi guttas esse, quas à longe resplendentes in extremo cavernæ videbat. Igitur juvenili quadam audacia FOSSULAM *transgreditur, & corpore paululum inclinato propius accedens, aquæ limpidissimæ guttas esse didicit, digitisque detergens eas è scalebra montis testudine comitibus ostendit, jussitque ut crederent, vel intrarent & experirentur. Quod & factum fuit. Nam accesserunt ambo, scilicet* ANTONIUS AMSTELUS & ARNOLDUS NIVELDIUS *Batavi Ultrajectini, ex equestri stirpe juvenes, qui erant ejus itineris comites. Et quamvis aliquantisper moram in antro traxerit, vel ad horæ semunciam ampliusve, atque calores à pedibus per crura genuaque senserit exsurgentes, non tamen vertigo vel capitis dolor ullus accessit; sudores tantùm in fronte ac temporibus, ob loci caliditatem erumpebant. Experientia itaque didicit, fervores sive spiritus illos noxios prope solum, ubi primum erumpunt, vehementiores esse, atque opprimere ibidem animalia pusilla, vel quadrupedia versus terram semper capite prona; atque æstu nimio quamprimum suffocare vitales eorum spiritus, dum siccas illas ac ferventes exhalationes anhelitu coguntur attrahere, quas aquarum repentina frigora rursum expellunt, si confestim stagno mergatur animal,*

calo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

caloribus nimium oppreſſum. Interim ductor Italus, ſtabularius, mirari vehementer temeritatem illam, obſtupeſcere ſucceſſum & exitum, & rogitare non ſemel, an magiæ peritus eſſet, nec aliud ſibi perſuadere, quam ſecretis quibusdam incantamentis præſentiſſimam illam peſtim averruncaſſe. At vero ille plebejam hanc ſimplicitatem riſit affatim, quæ Magicis artibus aſcribere plerumque ſolet opera quæcumque magna, & effectus raros, quorum cauſas non intelligit.

Nunc, quæſo, conſideremus quæ ratione miraculorum, aliorumque, quæ de locis iſtis narrantur, perpendenda veniunt. In primo itaque Strabonis loco videmus, ex modo ſcribendi, ipſum (uti neque alibi nimis credulus eſt) fidem ejuſmodi narratiunculis non admodum adhibere; Imo contrarium potius liquere, ex talibus loquendi modis, *ut ajunt, & qui horum Deorum curationibus aliquid tribuunt*, &c.

Porro notanda, 1. quæ de *peritis ſacerdotibus affert:* 2. quæ de *propriis ſacerdotum ſomniis pro ægrotis* loquitur; atque hinc 3. *de curationes præſcribentibus: ac* 4. *de Deorum opem invocantibus* &c. 5. *Ægrotos, ſive illi in antrum ipſi deſcenderent, ſive extra illud permanerent*, ſemper quamdiu ibi conſulendi gratia moras traherent, ſub poteſtate ac conductu ſacerdotum permanſiſſe: ac ſi 6. *propriis* ſomniis animum adverterent, *ſacerdotibus Myſtagogis* ac conſiliariis uti debuiſſe. Ex quibus omnibus ſatis clare perſpicimus; cuncta ibi fere eodem modo comparata, ſeu conſtituta fuiſſe, quo in antro Trophonii: ipſoſque conſultores hîc æque potuiſſe decipi, & antequam, & dum ſacerdotes pro ipſis indormirent; & antequam ipſi ſua ſomnia obſervarent, & dum ſic (procul dubio etiam pellibus ſubſtratis) ſomnos ac ſomnia caperent. Nam medicamenta narcotica, mentemve aliter turban-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

tia, hîc æque locum habere poterant; aliaque his fraudibus adornandis apta: dum interim quoque horum ſomniorum interpretatio à Myſtagogis illis ac conſiliariis ſacerdotibus dependeret. Quibus ibi contradicere, quam periculoſum iſtis Oraculum conſulentibus fuerit, præſertim myſteriis ibi aliquibus initiatis, facillime quivis comprehendere poteſt. Verum operæ pretium erit lectori hæc cum illis quæ ad dictum Antrum Trophonii perpetrabantur, contuliſſe.

Porro conſiderandi veniunt *juvenes* illi & *ephebi*; quos, cum prætenderetur hominibus aliis, ibi non conſulentibus ſcilicet, verum eaſdem ob cauſas, ob quas ſatelles ille Demetrii (de quo Pauſanias loquitur) locum iſtum noxium atque exitioſum eſſe, tamen ibi abſque ullo periculo verſatos fuiſſe (quin & ipſos eo à ſacerdotibus introductos conſultores) perhibetur.

Nudi quippe & *uncti* eo, dum taurum in antrum iſtud intruderent, ſimul introibant: quæ unctio adhibita fuit vel medicaminis loco, contra halitus venenoſos inde procedentes; vel, ſi re vera halitus inde tam noxii ac venenati non procederent (uti mihi certe ſumme probabile eſt) prætextui illa inſerviret; quaſi in talibus feſtis iſta unctione præmunirentur, cum tamen taurus ille vaporibus iſtis exanimatus concideret. Certe hic, præter ſuffimenta, etiam alia adhiberi poterant: imprimis ibi, quo ulterius ille taurus protruſus fuerat: præterquam quod & ibi clam aliquid ori hujus tauri ingeri potuerit, aut naribus illiniri, quo ſubito vel quaſi, vel revera, exanimatus concideret.

At Sacerdotes ibi intrà non ſolum verſabantur, verum etiam illos qui Oraculum conſulere volebant, eo introducebant, [ut *Pontifices* illi qui ad Avernum *conducto iſto loco*, ibi inter ſe per foſſas aliquas ſubterraneas occultè commeabant, hoſpitesque ad Oracula deducebant; quibus Pontificibus ſic fraudi-

bus

bus parandis maxima occaſio erat] quandoque & per aliquot dies iſtos abſque cibo detinebant: quod illi procul omni dubio miraculo deputabant: uti & æque quod ſic Sacerdotes ibi ſemper ſine periculo verſarentur. Idem interim Miraculum fingebatur; ut *Hieropoli in Aſia*, ubi ſimile Antrum, Plinio (lib. II. c. 93.) teſte erat, *Matris tantum magnæ ſacerdoti innoxium.* Quod ſuperſtitione nimia tactis facile perſuaderi potuit: cum illis horrorem injicerent Antiſtites, quo minus audacter veritatem rei experiri auderent. Quod circa aquam Stygiam, (quam pro venenata atque exitioſa venditabant ac de qua alibi loquor) ſic quoque locum habebat; donec diſcuſſa ſuperſtitionis caligine, aliiſque pluribus, cum tempore intervenientibus veritas detecta fuit. Ita namque & Hirpinorum familiæ iſtæ emortuæ ſunt; de quibus Plinius lib. 7, cap. 2. *Haud procul urbe Roma, in Faliſcorum agro, ſunt paucæ familiæ quæ Hirpiæ vocantur, quæ ſacrificio annuo, quod fit ad montem Soracten Apollini, ſuper ambuſtam ligni ſtruem ambulantes non adurantur; & ob id perpetuo Senatus-conſulto: militiæ omniumque aliorum munerum vacationem habent.*

Non mirum igitur Virgilium [ac poſt ipſum Silium Italicum] id religioni ac miraculo adſcribere, lib. Ænead. II. ubi Aruns:

Summe Deum, ſancti cuſtos Soractis Apollo,
Quem primi colimus, cui pineus ardor acervo
Paſcitur, & medium freti pietate per ignem
Cultores multa premimus veſtigia planta.

Strabo autem lib. 5. de hoc prætenſo miraculo ita loquitur; dum id non Apollini, verum Feroniæ Deæ factum vult: Ὑπὸ δὲ τῷ Σωράκτῳ ὄρει Φερωνία πόλις ἐστὶν ὁμώνυμος ἱδρυχωρία τινὶ δαίμονι πεμπτὴν σφόδρα ἐπὸ τῶν ἐποίκων, ἧς πέμπτος ἐστὶν ἐν

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

τοῦ τόπου θαυμασὴν ἱεροποιΐαν ἔχον : γυμνοῖς γὰρ ποσὶ διεξίασιν ἀνθρακιὰν καὶ ἀποδιὰν μεγάλην οἱ καλεχόμενοι ὑπὸ τοῦ δαίμονος τούτης ἁπτῆς, ἐπ συνέρχεται πλῆθος ἀνθρώπων ἅμα τε πανηγύρεως χάριν, ἢ συντελεῖται κατ' ἔτος, καὶ τοῦ λεχθέντος θέας.

Sub monte Soracte urbs Feronia est, cognominis indigenæ cuidam deæ, quam vicini studiose venerantur : atque est ibi lucus Feroniæ, in quo sacrificium perpetratur mirabile. Correpti enim ejus numinis afflatu homines nudis pedibus prunarum ardentium struem illæsi perambulant, & quotannis eo turba hominum, cùm solennis conventus, tum spectaculi ejus causa confluit.

Hæc Strabo, qui alias sese longe aliter, circa talia, prodit, secundum vulgi opinionem loquitur : non tamen M. Varro. de quo ita ad Virgilii versus modo allatus Servius :

Neque id ita mirum esse debet, aut multis adeo novum est : cum videamus sæpe per encænias, aliaque solennia festa, circulatores, seu circumforaneos scurras, ac præstigiatores non minora perficere miracula, dum flammas ore evomunt, candens ferrum in ore circumrotant, manusque stanno liquefacto lavant, pluraque alia quæ vulgo non stupenda solum, verum & diabolica videntur, perpetrant.

Non tamen præfracte negare velim, aliquod circa talia antra ac scrobes naturæ miraculum potuisse intercurrere. Sed quale de Averno olim narratum fuit.

Quod attinet autem ad scrobem illam Plutoniam, quam Itali *la grotta delli cani* appellant, (cujus quoque nullam meliorem descriptionem, hac data, reperiri credo,) istam tam miraculosam, ex mera credulitate hominum fuisse, quam optime ostendit Pighius, suo experimento audacter sane ac cordate sumpto : tum, quoque guttulas illas pro argento habitas, meram fuisse aquam, cujus stillæ ibi antri lateribus adhærebant.

Quin

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Quin & animalia bruta obſtipo capite eo intruſa, facilius longè quam homines ibi ſuffocationis periculum incurriſſe, ac militem armatum citius ac facilius ſuffocatum fuiſſe, non uſque adeo mirum; quod halitus illi forte ſub galea detenti (quibus accedebat defectus liberæ reſpirationis) illum vehementius obnubularint.

Interim docet quoque experimentum iſtud à Carolo Cliviæ principe factum, non ita pernitioſum iſtum halitum fuiſſe. Niſi quis velit canem illum, qui poſt baptiſmum iſtum, ex aqua extractus ſic ſenſim reſpirare cæperat, ac poſt ſubito ſeſe in fugam dabat, non nimis alte in iſtud antrum fuiſſe intruſum.

Cui tamen reſponderi poteſt, eum jam ſecunda vice intruſum fuiſſe, adeoque & illud periculum plus ſemel, intra breve temporis ſpatium ſubiiſſe.

Aſt illud ipſius Pighii experimentum evincit, alia nunquam recte ac debite capta fuiſſe: vel ſaltem illa ad noſtram non perveniſſe notitiam; diſſimulata, ſcilicet, ab iis, quibus inde lucrum ac commoda redundabant: ſicut & adhuc ibi fit.

Namque ille (cum aliàs dicant breviſſimo temporis ſpatio animalia ibi fuiſſe enecta) *per aliquod temporis ſpatium ſubſiſtens* in antro iſto, nihil ſentiebat præter *vertiginem* aliquam, *& capitis dolorem*; ac ſolummodo in fronte, & circa tempora, ſudore aliquo ſuffundebatur, ex calidiori loci conſtitutione. Interim paſtor ille Italus ibi præſens, hæc tam maxime mirabatur, ut non niſi arte magica, aut per incantationes illa Pighium crederet perpetraſſe.

Quod, ut dixi, clare oſtendit, experimenta ibi non ſatis audacter, adeoque nec ſatis accurate fuiſſe facta, ac ſuperſtitionem ab una, fraudeſque ab altera parte, ſemper prævaluiſſe; veritatemque rei (ſicut & halitus iſtos animalia) ſemper ſuffocaſſe.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Videmus igitur ex talibus, etiam alia alibi Charonea ac Plutonia nobis non abs re esse suspecta: quamvis, ut supra dixi, non negare velim antra aliqua venenatis suis exhalationibus noxia, imo & pernicioſa animalibus in illa nimis alte penetrantibus aut olim fuisse, aut adhucdum alicubi esse. Cujusmodi halitus ac vapores maligni quandoque in auri, argenti, aliorumque metallorum fodinis quandoque subito exoriuntur, hominesque in illis versantes subito suffocare, atque etiam enecare valent. Verum hæc & similia naturalibus causis, quanquam non semper bene cognitis, effectus suos debent, non miraculis, causisve præternaturalibus: præsertim ubi sacerdotes sibi lucrum ac commoda reperiunt. Quæ certe impedimento sunt quominus in rei veritatem rite penetrare queamus: ac quidem imprimis, si præoccupatis opinionibus, ac quidem ex superstitione ortis, laboremns.

Hoc interim ut notem omittere non possum, Eruditissimum virum J. Cæs. Bulengerum, in suo de Oraculis libro, citare Plinii lib. 10. cap. 95. ex eoque afferre hæc verba, *Chaonias scrobes*, & *fatidicos specus* [quasi hæc se absque ullo intervallo sequerentur] ac tum porro addere: *Ex quo appareret Dodone, quemadmodum & Delphis, fuisse spiraculum, unde aura fatidica in sacerdotis corpus transiret.* Cui errori, sane immani, refellendo, sola Plinii verba, à me supra adducta abunde sufficiunt: ac quidem imprimis, si ea hoc modo, cum magno illo Casaubono, legamus: *Spiracula vocant, alii Charonea, scrobes malignum spiritum exhalantes. Item in Hirpinis Amsancti, ad Mephitis ædem locum, quem qui intravere, moriuntur. Simili modo Hierapoli in Asia, Matris tantùm magnæ sacerdoti innoxium.* Post quæ verba tunc, nullis aliis interjectis, hæc sequuntur. *Alibi fatidici specus, quorum exhalatione temulenti futura præcinunt, ut Delphis, nobilissimo Oraculo.* Præterquam quod

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

quod nullus veterum de hujuſmodi ſpiraculo in Dodone ſomniet. At videtur vir doctiſſimus hîc memoriæ ſuæ nimium fidiſſe : neque ipſum Plinii textum conſuluiſſe, dum hæc ſcriberet. Verum enim vero nunc ad propoſitum revertamur.

Quod verò in Oraculis per ſomnia conſulendis non ſolum per ſomniorum interpretationem à Prophetis Sacerdotibuſve factam, ſed & per carmina, quaſi à Dîs illis fatidicis, quandoque reſpondetur, oſtendit nobis (inter alios) Pauſanias in Meſſenicis, in hunc modum : *Ajunt itaque Thebani, cum prope eſſet ut cum hoſte ad Leuctra congrederentur, miſſos qui & alia Oracula, & eum qui in Lebadea colitur, deum conſulerent : & ſanè ab Iſmenio, Ptoo, Abis, Delphis, miſſa reſponſa commemorantur. Quæ verò ſenarius Heroicis vaticinatus fuerit Trophonius, hæc perhibentur :*

Ne petite ante hoſtem ſacrum quam cura trophæum
Sit vobis poſuiſſe. hîc, ſcutum ornate, quod acer
Fixit Ariſtomenes Meſſenius : ipſe inimicas
Senatorum acies, inſeſtaque tela refringam.

At potius audiamus ipſum Pauſaniam Græcâ lingua loquentem : Φασὶ δὴ οἱ Θηβαῖοι μελλόσης τῆς μάχης ἔσεσθαι σφίσιν ἐν Λεύκτροις, ἐς ἄλλα τε ἀποστεῖλαι χρησήμια, καὶ ἐρησομένους τὸ ἐν Λεβαδείᾳ θεόν. λέγεται μὲν δὴ καὶ τὰ τῷ Ἀπόλλωνι τῷ Ἰσμηνίῳ καὶ τῷ Πτῴῳ, ὡς δὴ καὶ τὰ ἐν Ἄβαις τε χρησθέντα καὶ τὰ ἐν Δελφοῖς. Τροφώνιον δὲ φασιν εἰπεῖν ἑξάμετρα

Πελὸν δορὶ συμβαλέειν ἐχθροῖς, σήσασθε τρόπαιον,
Λαπίδα κοσμήσαντες ἐμεῖο, τὸν εἴσατο νηὸς
Θῆρος Ἀριστομένης Μεσσήνιος. αὐτὰρ ἐγώ τοι
Ἀνδρῶν δυσμενέων φθίσω στρατὸν ἀσπιστάων.

Aſt

Aſt pluribus quandoque modis in uno eodemque Templo Fatidico reddebantur Oracula : per verſus ſcilicet aliquando, quaſi à Deo ipſo pronuntiatos, aut per Antiſtites Prophetas, Dei iſtius inſtinctu quaſi prolatos : aliquando verò per Sortes, quibus aut verſus, aut verba, aut characteres inſculpta vel inſcripta erant ; aut aliis modis ab hiſce diverſis [quæ omnia adhuc longè clariùs perſpiceremus, puto, ſi nobis copia eſſet quinque iſtorum Voluminum Hermippi ; qui, teſte Tertulliano, hæc Oracula cuncta, *cum ſuis & Originibus & ritibus & relatoribus, cum omni deinceps hiſtoriâ Somniorum, pleniſſimè præſcripſit.*] Sic in Serapidis Templo Canobitico & per inſomnia (uti ſuperius exemplo oſtenſum eſt) & alium modum prorſus ridiculum ; quem modo citatus Pauſanias declarat, dum de Pharis Achaicis Oraculoque Mercurii, ibi & ſuâ ætate conſuli ſolito, libro ſeptimo, hæc loquitur : Παρὰ δ' αὐτῷ καὶ ἑρμοῦ καθέδρα. κεῖται δὲ πρὸ ἀγάλματος ἑστία, λίθος καὶ αὐτὴ. μολίβδῳ δὲ πρὸς τῷ ἑστίᾳ προσέχοντες λύχνοι χαλκοῖ. ἀφικόμενος δὲν πρῶτα ἐπέρχεται ὁ τῷ θεῷ θεραπεύων λιβανωτόν τε ἐπὶ τῆς ἑστίας θυμιᾷ, καὶ ἐμπλήσας τοὺς λύχνους ἐλαίου καὶ ἐξάψας, πίπτει ἐπὶ τὸν βωμὸν δὲ ἀγάλματος ἐν δεξιᾷ νόμισμα ἐπιχώριον (καλεῖται δὲ χαλκοῦς τὸ νόμισμα) καὶ ἐρωτᾷ πρὸς τὸ ὦς τὸν θεόν, ὁπόσον τι καὶ σκάφῃ τὸ ἐρώτημά ἐστι. τὸ δὲ ἀπὸ τούτου δὲ ἄπεισιν ἐκ τοῦ ἀγροῦ ἐπιφραξάμενος τὰ ὦτα. πρόσθεν δὲ ἐς τὸ ἔκτοσθεν ; ἢν χεῖρας ἀπέχειν ἀπὸ τῶν ὤτων, καὶ ἧς τινος ἂν ἀκούσῃ φωνῆς, μάντευμα ἡγεῖται. Τοιαύτη καὶ Αἰγυπτίοις ἑτέρα πρὸς δὲ Ἄπιδος τὸ ἱερὸν μαντεία καθέδρα.

Proximo ipſi loco Oraculum eſt : antè (Mercurii) ſignum Veſta, & ipſa Marmorea : appoſitæ ei ſunt plumbo ferruminatæ æneæ lucernulæ. Qui Deum conſulunt Veſtam primùm thure incenſo placant ; deinde oleo infuſo lucernas accendunt. Tum verò in aræ dextera parte nummum pa-

patriâ notâ ſignatum (appellant æream) dedicant. Ubi quod ex uſu fuerit interrogavit , aurem ſimulachro admovet ; inde E FORO *abiens manibus aures premit. Ubi è foro exceſſit , amotâ manu , quam primùm excepit vocem , eam ſibi Oraculi loco ducit. Talis etiam* (NB.) *apud Ægyptios* IN SERAPIDIS FANO *celebratur Oraculi religio.*

Compara , quæſo Lector, cum hiſce illa quæ inferius adduco , ubi per occaſionem ago de Sortibus Chriſtianorum per auditum acceptis : dum ſcilicet iſti ſuperſtitioſi nimis homines Eccleſiam ingreſſi , primam quam audiebant Diaconi vocem vel Periodum , pro ſorte ſive Oraculo divinitus dato acciperent. Videbis enim hæc ab illis originem traxiſſe : uti plurima alia , tam mala quam bona, ex Ethniciſmo in Chriſtianiſmum tranſlata , antiquitatis Ethnicæ ac Chriſtianæ indagatoribus non præjudicatis conſtat ; [quodque alia occaſione forſan , Deo vitam mihi protrahente , demonſtrabo in opere apud me partim confecto , partim affecto , de perſonis , muneribus , ritibus , cæremoniis ac conſuetudinibus primitivæ Chriſtianorum Eccleſiæ , eorumque partim (ac præcipuè quidem,) ex Judaiſmo , partim ex Ethniciſmo origine.] Atqui in hiſce ſimilibuſque nullis impoſturis præſtigiiſve Diabolicis opus fuiſſe, per ſe, uti exiſtimo, ſatis clarè patet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

CAPUT XII.

De Oraculo Apidis ; cujus notæ à diversis diverse admodum describuntur : tum de Mnevi bove, &c. Modi diversi quoque per Apidem Oracula reddendi, perpenduntur : atque hinc quali quantove in pretio istud Oraculum habuerint, cum Ochus, tum Cambyses, tum Cæsar quoque Augustus : ac qualia ac quam horrenda Antistites de hujusmodi Magnatibus commenti fuerint.

VErum enimvero consideremus nunc, *Apidis* Ægyptiaci, ejusdemque Oraculi, Historiam (ut qua occasione & alia Oracula illustrabuntur) ac videamus 1°. quid Plinius (cap. 46. libri VIII.) de hac divina bestia, vel, si mavis, bestiali Deo, testetur. Sunt autem illa hæc sequentia : *Insigne ei, in dextro latere, candicans macula cornibus Lunæ crescere incipientis : nodus sub lingua, quem cantharum appellant. Non est fas eum certos vitæ excedere annos, mersumque in sacerdotum fonte enecant, quæsituri luctu alium : & donec invenerint mœrent, derasis etiam capitibus :* NEC TAMEN UNQUAM DIU QUÆRITUR. *Inventus deducitur Memphim à Sacerdotibus. Sunt delubra ei gemina, quæ vocant thalamos, Auguria populorum. Alterum intrasse lætum est, in altera dira portendit. Responsa* PRIVATIS *dat, è manu consulentium cibum capiendo. Germanici Cæsaris manum aversatus est, haud multo post extincti. Cætero secretus cum se proripuit in cœtus, incedit summotu lictorum, grexque puerorum comitatur carmen honori ejus canentium. Intelligere videtur & adorari velle. Hi greges repente lymphati futura præcinunt.*

Quæ in modo citatis Plinii verbis primò notanda veniunt, sunt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

sunt notæ quibus ille Apis à cæteris bobus dignoscitur : duas tantum Plinius memorat notas , candicantem lunam &c. & cantharum sub lingua ; quem Solinus tamen omittit. Ab hisce utroque longe antiquior Herodotus valde discrepat : ut qui hoc modo de Api loquitur : Ἔχει δὲ ὁ μόσχος ὅτος ὁ Ἄπις καλεύμενος σημήια τοιάδε· ἐὼν μέλας, ἐπὶ μὲν τῷ μελώπῳ λευκὸν τετράγωνον φορέει ; ἐπὶ δὲ τῷ νώτου, αἰετὸν εἰκασμένον· ἐν δὲ τῇ ἐρῇ, τὰς τρίχας διπλᾶς· ἐπὶ δὲ τῇ γλώσσῃ, κάνθαρον.

Habet autem hic vitulus qui appellatur Apis hæc signa, (toto corpore) niger est, in fronte habens candorem figuræ quadratæ, in tergo effigiem AQUILÆ, *in lingua scarabæum, duplices in cauda pilos.*

Ab hoc item discrepat P. Mela ; qui libro I. cap. 9. eum describens ait : *Bos niger certis maculis insignis, & caudâ linguaque dissimilis aliorum.*

Strabo vero [nec puto me multum peccare, si hîc scriptores non justo ordine ratione Chronologiæ , aut ipsorum vivendi ætatis adducam] Strabo lib 17. de illo hoc modo loquitur: Ὅπου ὁ βοῦς, ὁ Ἄπις ἐν οἰκῷ τινι τρέφεται, θεὸς ὡς ἔφην νομιζόμενος, λευκὸς τὸ μέτωπον καὶ ἄλλα τινὰ μέρη τοῦ σώματος· τὰ δ' ἄλλα μέλας· οἷς σημείοις ἀεὶ κρίνουσι τὸ ἐπιτήδειον εἰς τὴν διαδοχὴν, ἀποθνομένου τὴν τιμὴν ἔχοντος. Ἔστι δὲ αὐλὴ προκειμένη τοῦ οἰκοῦ, ἐν ᾧ καὶ ἄλλος οἰκεῖος τοῦ μητρὸς τοῦ βοός· εἰς ταύτην δὲ τὴν αὐλὴν ἐξαφιᾶσι τὸν Ἄπιν καθ' ὥραν τινά, καὶ μάλιστα πρὸς ἐπίδειξιν τοῖς ξένοις. ὁρῶσι μὲν δὴ καὶ διὰ θυρίδος ἐν τῷ οἰκῷ· βάλλονται δὲ καὶ ἔξω· ἀποσκιρτήσαντα δ' ἐν αὐτῇ μικρὰ, ἀναλαμβάνουσι πάλιν εἰς τὴν οἰκείαν σφάγιν.

Ibi bos Apis in septo quodam alitur, & ut diximus, apud eos pro Deo habetur , albus frontem & quasdam corporis partes, cætera vero niger. Quibus signis judicant, qui sit ad successionem idoneus , alio defuncto. Ante id septum au-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

la quædam eſt, & in ea aliud ſeptum Matris iſtius bovis. In hanc aulam nonnunquam Apis emittitur, præſertim ut PEREGRINIS *oſtendatur. Alias enim per feneſtram quandam videtur. Sed volunt ut etiam extra ſpectetur; itaque, ubi paululum foris exultim luſit, rurſus in proprium locum recipitur.*

Ammianus Marcellinus lib. XXII. cap. 15. hoc modo hiſtoriam narrat: *Eſt enim Apis bos diverſis genitalium notarum figuris expreſſus, maximéque omnium corniculantis lunæ ſpecie latere dextro inſignis: qui cum poſt vivendi ſpatium præſtitutum, ſacro fonte immerſus è vitâ abierit (nec enim ultra trahere eum ætatem* QUAM SECRETA PRÆSCRIBIT *auctoritas Myſticorum: nec niſi ſemel in anno bos femina inventa cum notis certis offertur) alter cum publico quæritur luctu: & ſi omnibus ſignis conſummatus reperiri potuerit; ducitur Memphim urbem frequentem, præſentiaque numinis Æſculapii claram. Cumque initiante Antiſtitum numero centum, inductus in thalamum eſſe cœperit, conjecturis apertis ſigna rerum futurarum dicitur demonſtrare: & adeuntes quoſdam indiciis averti videtur obliquis: ut offerentem cibum aliquando Germanicum, ſicut lectum eſt, averſatus, portenderat paulò poſt eventura.*

Accedat hiſce Ælianus; qui in hiſtoriæ Animalium lib XI. cap. 9. inter alia, hæc ſequentia de Api tradit: Σημεία δὲ αὐτοῦ καὶ γνωρίσματα λέγει μὲν καὶ Ἡροδότος καὶ Ἀρισταγόρας· ὁμολογοῦσι δὲ αὐτοῖς Αἰγύπτιοι. ἐννέα δ' εἴκοσι γὰρ αὐτὰ εἶναί φασι· καὶ ἐμπρέπειν τοῦδε τοῦ ἱεροῦ βοῦς τινα δὲ ταῦτ' ἔστι, καὶ ὅπως διέσπαρται τὰ σώματι τῷ ζώῳ, καὶ ὅν τινα τρόπον οἱονεὶ διήνθισαι αὐτοῖς ἀλλαχόθεν εἰσωθέν· ὅτε δὲ τῶν ἀστέρων ἕκαστον σημεῖον ἀφ' συμβόλων ἀννήπεται τὴν φύσιν, Αἰγύπτιοι τετμηκόσιοι ἱκανοί.

Inſignes ejus notas Herodotus atque Ariſtagoras explicant. Qui-

Quibus Ægyptii non assentiuntur : novem enim & viginti eas huic sacro bovi aptas & consentaneas esse dicunt. Quænam sint, tum quemadmodum per corpus sparsæ, tum ut ipsis quasi floribus insignitus sit, aliunde intelligendum. Cujusnam autem ex staeribus naturam unumquodque insigne per notas designet, Ægyptii satis superque declarant.

Ac paulò post ita pergit : Ὅταν δὲ Δαρδάνη ἡ φήμη τὸν θεὸν Αἰγυπτίοις πεπύχθαι λέγουσι, τῶν γραμματέων τῶν ἱερῶν τινες, ἀπορρᾶν μάθημα παιδὶ ἐκ πατρὸς παραδοθὲν ἀκριβῶντες τὸν ὑπὲρ τῶν σημείων ἔλεγχον, ἥκουσιν ἐνταῦθα, ὅθ' τὸν θεὸν φασὶν Αἰγύπτιοι βοῦς ὁ βρέφος ἐτέχθη. καὶ κῆν γε τὴν ὑφήγησιν τὸ Ἑρμοῦ τὴν πρεσβυτάτην, οἰκίαντε ἐγείρουσιν, ἔνθα δίπτυ ὁ Δαιτήσιπτυ τὴν γε πρώτην, εἰς ἡλίου μὲν ἀναβλὰς ὁρῶσαν, τροφὰς δὲ τὰς τοῦ βρέφους ὑποδέξασθαι, καὶ μάλα γε ἱκανήν. τεττάρων γὰρ δεῖ μηνῶν ἐν γάλακτι τόνδε εἶναι τὸν μόχον. ἐπὰν δὲ γένηται τροφεὺς, ἐνταῦθά τοι ὑπανιόχου σελήνης νεὰς ἀναπλῶσι γραμματεῖς ἱεροὶ καὶ προφῆται· ὁ μέν τοι καὶ ναῦν ἀνὰ ἔτος ἐς τοῦτο καὶ τῷδε τῷ δαίμονι ἱερὴν κοσμοῦσι καὶ ταύτῃ παρθμεύσιν αὐτὸν εἰς Μέμφιν. ἔνθα φίλα τε ἤδη αὐτῷ, καὶ τρίβαι κεχαραγμέναι, ὁ ὑποδητήρια, καὶ δεσμοί, καὶ κονίστραι, καὶ γυμνάσια, καὶ θηλειῶν βοῶν ὠραίων οἶκοι, οἱονεὶ θάλαμοι ὅτε ἐθέλοι, καὶ ἢν ἐρᾷ θυμὸς ἀναβαίνειν αὐτὸν, καὶ φρέαρ, καὶ κρήνη πολίμου νάματος. τοῦτο γάρ φασιν οἱ θεραπευταὶ καὶ ἱερεῖς λυσιτελεῖν ἀεί.

Quum autem fama emanavit Ægyptiorum Deum exortum esse, EX SACRIS SCRIBIS QUIDAM, QUI DOCUMENTUM A MAJORIBUS TRADITUM, INSIGNIUM NOTARUM INDICIUM ACCURATE CALLENT, *eò ubi diva vacca partum ex sese ediderit, accedunt ; atque ibidem domum ad orientem solem, ex vetustissimo Mercurii præscripto, ubi commodè alatur, quatuor menses (quibus ipsum lacte nutriri oportet) excitant. Postea autem quam ibi nutritus est, exoriente nova luna, scribæ sacri & Prophetæ eodem proficiscuntur:*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

ciſcuntur: & ſimul navem huic ſacram quotannis inſtruunt, eaque ipſum Memphim tranſportant, ubi ſedes huic ſunt & commorationes ſuaves, & loca voluptatem comparantia, curricula, pulverationes, & exercitationes, & vaccarum formæ præſtantiâ, inſignium ædes, tanquam thalami in quos ingreditur, cum quam amat ſupervenire appetit. Item & puteus, & fons aquæ potabilis: Nam hujuſmodi huic ſemper conducere miniſtri & ſacerdotes aſſerunt.

Ac denique paulò poſt: Μάντις τε ἦν ἀρα ἀγαθὸς ὁ Ἆπις, ὃ καθίζων, μὰ Δία, κόρας ἢ πρεσβυτέρας γυναῖκας ἐπὶ πυθῶν τρι-πόδων, ὧδὲ μὴ πάμπαν ἱερᾶ ἐμπιπλάς· ἀλλ' ὁ μέν τις δ'χεται τῷ θεῷ, ὁ δὲ αὐτὸ ⸌ μαθεῖν ἐθέλῃ. παῖδες δὲ ἀθύροντες ἔξω, καὶ πρὸς ἀλλήλας σκιρτῶντες, ἐμπίπνοοι γιγόμενοι σὺν τῷ ῥυθμῷ αὐ-τὰ ἕκαστα προλέγουσιν ὡς εἶναι . . . . Σάγραν τὰ λεχ-θέντα.

Is bos Apis præſenſione valet: nec ſane vel puellas, vel aniculas ad tripodem ſeſſitantes habet, neque ſacra potione eas implet: ſed pueri divino afflatu concitati, extrà ludentes, atque inter ſe ad numerum ſaltantes, conſulentibus futura prædicunt, quæ vel iis quæ apud Sagram habebantur veriora habeantur.

Nunc autem audiamus poſtremùm illa quæ Diodorus Siculus de hoc Api narrat lib. I. Bibliothecæ ſuæ: quæ ita habent: Τὰ δὲ γινόμενα περὶ τὸν Ἆπιν τὸν ἐν Μέμφει, καὶ τὸν Μνεύιν τὸν ἐν ἡλίου πόλει, ⸌ τὰ περὶ τὸν Τράγον ἐν Μένδητι, περὶ δὲ τού-του τὸν Κροκόδειλον τὸν ἐν τῇ Μυρίῳ λίμνῃ, καὶ τὸν λέοντα τὸν τρεφόμενον ἐν τῇ λέοντων πόλει, καὶ πολλὰ τοιοῦτ' ἕτερα διηγήσασθαι μὲν ἄχαρὲς, ἀπαγγείλαντα δὲ, πιθανὸν φανῆναι τοῖς μὴ τεθεα-μένοις, δύσκολον. ταῦτα γὰρ ἐν ἱεροῖς περιβόλοις τρέφεται, θεραπεύο-σι δ' αὐτὰ πολλοὶ τῶν ἀξιολόγων ἀνδρῶν, τροφὰς διδόντες τὰς πο-λυτελεστάτας. σεμίδαλιν γὰρ ἢ χόνδρον ἑψῶντες ἐν γάλακτι, καὶ πέμ-μασι παντοδαπὰ μέλιτι φύροντες, καὶ κρέα χήνεια τὰ μὲν ἑψῶν-

τες,

τες, τὰ δ' ὀπῶντες, ἀνεκλείπτως χορηγῶσι. τοῖς δ' ὠμοφάγοις πολλὰ τ ὀρνέων θηρεύοντες παραβάλλουσι· καὶ τὸ καθόλου μεγάλην εἰσφέροντα συνδρομὴν εἰς τὴν πολυτέλειαν τ τροφῆς, λιτροῖς τε χλιαροῖς χεώμενοι, καὶ μύροις τοῖς κοριάννοις ἀλείφοντες, καὶ παντοδαπὰς ὠδὰς θυμοῦντες ἀ Διονύσου· γραμμάς τε τὰς πολυτελεστάτας, καὶ κότμον ἄπεπτη χορηγῶσι, καὶ τ συνουσιῶν ὅπως τυγχάνῃ κ' φύσιν φρονίδα ποιῆνται τὴν μεγίστην. τοὺς δὲ τούτοις ὁμοφύλους θηλείας ἑκάστῳ τ ζώων ταὶς ὑστεροτάτας συντρέφουσιν, ἃς παλλακίδας προσαγορεύουσι, ⁊ θεραπαίναις ταῖς μεγίσταις δαπάναις καὶ λειτουργίαις. ἐὰν δὲ τελευτήσῃ τὶς, ποιοῦσι μὲν ἴσα τοῖς ἀγαπητῶν τέκνων σημείοις, θάπτουσι δὲ ἀ κ' τὴν ἑαυτῶν δύναμιν, ἀλλὰ πολὺ τὴν ἀξίαν τ ἑαυτῶν οὐσίας ὑπερβάλλοντες. ἐπ' γὰρ τὴν Ἀλεξάνδρου τελευτὴν Πτολεμαῖος ὁ Λάγου παρειληφότος ἄρτι τὴν Αἴγυπτον, ἔτυχεν ἐν Μέμφει τελευτήσας ὁ Ἆπις μόνος· ὁ δὲ τὴν ἐπιμέλειαν ἔχων αὐτοῦ, τήν τε ἐσιμασμένην χορηγίαν, ὅσαν πάνυ πολλὴν, εἰς ταφὴν ἅπασαν ἐδαπάνησε, καὶ ὑπὲρ ὁ Πτολεμαῖος πεντήκοντα ἀργυρίου τάλαντα προσεδανείσατο. καὶ καθ' ἡμᾶς δέ πινες τ τὰ ζῶα ταῦτα τρεφόντων, εἰς τὰς τροφὰς αὐτῶν οὐκ ἔλαττον τ ἑκατὸν ταλάντων δεδαπανήκασι. . . . Προσθετέον δὲ τοῖς εἰρημένοις, τὰ λειπόμενα τ γνωρίμων ὑπὸ τ ἱερέων τῶρον τ ὀνομαζόμενον Ἆπιν. ὅταν γὰρ τελευτήσας ταφῇ μεγαλοπρεπῶς, ζητοῦσιν οἱ ὑπὲρ ταῦτ' ὄντες ἱερεῖς μόσχον ἔχοντα κ' τὸ σῶμα παράσημα τὰ παραλλήσια τῷ προϋπάρξαντι. ὅταν δ' εὑρεθῇ τὰ μὲν πλήθη ⁊ πένθους ἀπολύεται, τ δὲ ἱερέων οἷς ἐστιν ἐπιμελὲς, ἄγουσι τ μόσχον τὸ μὲν πρῶτον εἰς νεῖλα πάλιν, ἐν ᾗ τρέφουσιν αὐτὸν ἐφ' ἡμέρας τεσσαράκοντα· ἔπειτα εἰς Ἑλληνικὸν ναῦν οἴκημα κεχρυσωμένον ἔχουσιν ἐμβιβάσαντες, ὡς δεῦρο ἀνάγουσιν εἰς Μέμφιν, εἰς ⁊ Ἡφαίστου τέμενος. ἐν δὲ ταῖς προειρημέναις τεσσαρακόντ' ἡμέραις μόνον ὁρῶσιν αὐτὸν αἱ γυναῖκες, κατὰ πρόσωπον ἱστάμεναι, καὶ δεικνύουσιν ἀναστρεφόμεναι τὰ ἑαυτῶν γεννητικὰ μόρια, τ δὲ ἄλλον χρόνον ἅπαντα κεκωλυμένον ἐστὶν εἰς ὄψιν αὐταῖς ἔρχεσθαι τούτῳ τῷ θεῷ.

De

De illis autem quæ circa Apin qui in Memphi est, & Mnevin in Heliopoli, & Hircum in Mendete, & (præter hos) Crocodilum in Myridis lacu & Leonem, qui nutritur in Leontopoli, & multa adhuc alia perhibentur, narratu quidem admodum facilia; sed narrantes talia, ut fidem impetrent ab iis qui ista nunquam ipsi viderunt; difficile. Ista enim animalia [NB.] *in sacris nutriuntur septis, & ministrant illis multi ex spectatissimis viris, nutrimenta eis præbentes exquisitissima* [prelo.] *Similaginem enim vel alicam lacti incoquentes & coquinaria seu placentæ cujuscunque generis melle miscentes, anserinasque carnes nunc coctas nunc assatas subministrantes. Illis autem quæ crudis carnibus vescuntur, ferarum venatu captarum copiam projiciunt. Et omninò multum studii impendunt, ut magni sumptûs atque impensæ sit illorum nutrimentum. Balneis tepidis quoque circa ista (animalia) utentes & electissimis unguentis ea perpetuo perungentes; & omni fragrantium odorum genere, ac thymiamatis ipsis incensa præbentes; dum & lectos & stragula maximi pretii, ornatumque ipsis decentem subministrant. Præterea nutriunt unicuique (horum animalium) fœminas ejusdem generis; quas pellices appellant, & ministrant iis maximis sumptibus ac ministeriis. Si quod autem (ipsorum) moriatur, similia faciunt iis qui dilectissimis liberorum orbati sunt; sepeliuntque ea non secundum suas facultates, verum multo majoribus impensis, quam ipsorum bona aut reditus ferant &c.* Ac paulò post: *Cæteris jam dictis addenda sunt, quæ adhuc præter jam dicta circa hunc Apin geruntur. Postquam enim jam mortuus ac sepultus est, quærunt Sacerdotes* [*vel Antistites*] *illi* QUI [NB.] AD ID CONSTITUTI SUNT, *vitulum (alium) cui signa præcedenti impressa similia, aut* IIS VICINA, ADSUNT. *Ac quando jam (talis) inventus est, multitudo luctum solvit:*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

vit : Antiſtites QUORUM CURÆ ID MANDATUM EST, *ducunt vitulum primum ad Nilopolim, ubi nutriunt ipſum per dies quadraginta. Poſtea illum imponunt navi, quæ auream ſibi impoſitam habet domum, (vel cellam) ut vehat eum ad Thalamos; atque ut Deum ſic deducunt illum Memphim, in lucum Vulcani. Intra vero iſtas quadraginta jam memoratas dies, ſolæ ipſum vident mulieres facies eum aſpectantes, ac veſtibus ſublevatis ipſi membra genitalia ſua oſtentantes; poſt quod tempus interdictum ipſis eſt venire in conſpectum hujus Dei.*

Ut quæ de notis, per quas bos ille divinus cognoſcitur, ex Plinio, Solino atque Herodoto, notare cœperam paulo latius perſequar, atque inde oſtendam, quam maxime ſcriptores antiqui inter ſe (ſicut & circa alia) diſcrepent: Plinius, Solinus atque Amm. Marcellinus, *de corniculante luna* inter ſe conveniunt: dum Solinus tamen nihil præter illam, Plinius verò cantharum in lingua, addit. Mela bovem nigrum *certis* maculis inſignem, caudâ linguaque diſſimilem fuiſſe vult: Herodotus eum deſcribit nigrum corpore, candentem quadrata figura maculam in fronte ejus, in tergo figuram non lunæ creſcentis, ſed *Aquilæ*; ac (præter ſcarabæum in lingua) duplices in cauda pilos. At Strabo nulla alia ſigna agnoſcit præter *albam* frontem, & quaſdam corporis partes; cum ille cæteras partes niger ſit. Sic Ammianus, præter lunæ corniculantis figuram, ipſi diverſas genitalium notarum figuras adſcribit; quas ipſe tamen minime deſcribit: uti nec Diodorus, qui tamen omnium accuratiſſimè de ipſo hoc bove ſcribit, ulla certa ſigna notat.

Nec denique Ælianus; qui uſque ad vinginti novem numero iſta ſigna excurriſſe vult, quæ tamen aliunde i. e. (ſi bene opinor) ab Antiſtitibus, peti vult, ſi quis illa noſcere deſiderat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Verum enim vero certi Antiſtites ſignis iſtis dignoſcendis delegati erant ; ſicut tam ex Æliano , quam ex Diodoro Siculo clareſcere videtur. neque ex fece vulgi iſti erant ; verum ut apud Lacedæmonios , qui Rhetris præerant , & apud Romanos qui Libris Sibyllinis XV. viri electi erant ; atque uti circa alia ſimilia , apud alias gentes (ex. gr. apud Ammonios) talium cura iis , qui ſummam reipublicæ curam quoque gerebant , demandata erat ; ſic hîc quoque circa Apidem, tales ea obſervabant. Et *ſecreta* ipſis auctoritas , ut Ammianus nos docet : illique indicia , quibus innoteſceret hic Apis denuo inveniendus , accurate callebant : namque illi judicabant de illis ; an, ſcilicet, ſimilia, aut vicina ſaltem iſtis : an vero diſſimilia, nec vicina, adeoque nec probanda , eſſent. Quod ſimiliter circa vaccas huic Apidi quærendas inveniendaſque obſervabant.

Videmus hic certe , quam belle iſti hîc populum ludere potuerint : cum Bos ille interim non niſi per feneſtram conſpiceretur ; necque ita diu ſuperviveret ; nec ſi foras produceretur , id tamdiu duraret , ut peregrini (in quorum gratiam id fiebat,) notas illas accurate obſervare poſſent, aut bene numerare atque examinare : ac dignoſcere ſic an naturâ ingenita, vel arte hæc ſigna confiĉta , eſſent.

Et ſane omnes iſtæ ſic ab invicem diſſentientes narrationes, nobis certo indicio eſſe debent , hæc ſigna ab Antiſtitibus, prout ipſis proficuum aut commodum videbatur , mutata imminuta vel adaucta figura aut numero fuiſſe ; cum ab ipſorum auctoritate hæc dependerent ; illique interim , jam bove invento, optimas haberent occaſiones , quæ ipſorum judicio in tali bove deficerent accurate accommodandi. Unde nec mirum eſt raro vel nunquam (ut Plinius tradit) talem Apidis ſucceſſorem diu fuiſſe quæſitum.

Et ſane in fœmina bove id longe facilius erat ; de qua Plinius ita : *Fœmina bos ſemel ei anno oſtenditur , ſuis & ipſa in-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

insignibus, quamquam aliis : semperque eodem die & inveniri eam, & extingui tradunt.

Quod attinet vero ad modos Oraculi edendi, duplicem videtur proponere Plinius; primumque, quod prout hunc illumve Thalamum intrasset id faustum infaustumve consultoribus esset. 2o. Quod cibum ipsi consulentis manu traditum vel appeteret vel aversaretur.

Ad quæ postrema Plinii verba : Responsa *privatis* dat, è manu &c. Notandum duco, mihi huc immane mendum sive exscriptorum, sive ipsius Plinii (quod tamen minus rear) irrepsisse; quod ex Strabonis verbis non incommode emendetur. Et certe Germanicus Cæsar minime ex privatorum numero erat (quibus semper minus libertatis conceditur, magnatibus vero longe plus, ut ex hoc eodem Germanico, ex Tito Vespasiano, aliisque ostendi posset) & revera Peregrinus erat; quippe Romanus, minime Ægyptius.

An vero Ammiani verba hæc, *Conjecturis apertis signa rerum futurarum dicitur demonstrare*, vel ad primum modum vel ad secundum, vel ad utrosque simul, vel denique ad tertium plureſve alios, pertineant lectori judicandum relinquo. Nam quantum ad pueros istos lymphaticos, de quibus tum Plinius, tum Ælianus, ejus verba hic eatenus repetenda censeo : *Nec sane vel puellas vel aniculas ad tripodem sessitantes habet; nec sacra potione eas implet : sed pueri divino afflatu concitati, atque inter se ad numerum saltantes, consulentibus futura prædicunt.*

De quo tamen Respondi genere loquar, postquam de Thalamis intratis, ciboque manu consulentis præbito, aliquid ante dixero.

Ex superioribus repetenda sunt, quæ dixeram de artibus horum impostorum (Antistitum, scilicet, ac Sacerdotum) circa elicienda secreta Consultorum, circa libellos obsignatos,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

millenaque alia per quæ elicere valebant, quid animi iſtis Conſultoribus eſſet, quæve interrogaturi acceſſerant. Quas fraudes ac media, cum ubique, diverſis tamen modis atque artificiis, prout Oracula hæc aut illa diverſimode Reſponſa ſua reddebant, locum haberent; eas minime & hîc defuiſſe facile credet, uti puto, aliquantulum naſutus lector: atque ad Conſultationes, prout melius conveniret, diverſimode factas fuiſſe.

Per feneſtram ipſum Conſulentes conſpiciebant, ſive is hunc ſive alterum intraſſet Thalamum; quorum unum intraſſe lætum, alterum vero, triſte omen præbebat. Quæſo nunc, ſi hic quoque dubium lumen aſpectum præpediit, ut apud Glyconem Alexandri Pſeudomantis, & apud alia Oraculorum loca, ubi adyta ſemper obſcura aut adumbrata erant; quæſo, an hic conſultores juſte examinare rem potuerint; præſertim ſi non diu (quod id in rem Sacerdotum minime eſſet) ipſius conſpectui inhærerent, verum ab aliis ſuperſtitioſis, ac videndi quoque cupidis hi protruderentur. Quod eo magis veriſimile, quod cum in aperto quandoque luderet, id per parvum temporis ſpatium faceret: nec diu ipſi, procul dubio adſtarent, qui (ex ſingulari gratia) propius admiſſi propriis manibus cibum, ominis cauſâ, præbebant.

Interim & cibo huic Apidi porrigendo commode aliquid ab Antiſtitibus immiſceri potuit (namque illi proculdubio eum Conſultoribus præbebant) cujus odorem aut ſaporem bos ille averſaretur: ſicut & Thalamus hic aut ille (prout ipſis id conſultum videbatur) hoc illove medicamento, immixto, illito, vel allito, aliterve appoſito, quo aut eò alliceretur, aut contra ab intrando deterreretur, infici poterat. Neque ignota ſunt talia adhuc veneficis; ut quorum exempla nobis adfert, hoc modo, Wierus lib. de Lamiis cap. 39. *Animantia ad hæc, pharmacis pabulo injectis, aut alicubi ſparſis ut deguſtentur, vel halitu attrahantur, lædunt perimuntque venefici.*

Idem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Idem vel affrictu vel applicatione præstari posse, ut minime nego; ita meminisse opportet [NB.] *quosdam studio lupi stercus clam in præsepibus condere, quod olfactu animadvertentia pecora, voracemque hostem verita, ob quandam antipathiam, miro exagitantur furore: ut maleficio ea torqueri firmissime credant ignari, apud veneficii hujus artifices consilium inquirentes. Eadem ratione dicunt, caudam lupi in boum vel equorum præsepi suspensam, eos ab esu exterrere. Metu enim ob odorem perculsi, obliviscuntur cibi esurientes: quemadmodum hominibus quoque in magnis timoribus usuvenire experimur.* Denique brevi antè cibum præbere illi potuerant, ac quidem insciis Consultoribus; ut ita bene pastus alia nutrimenta respueret: præsertim si medicamine aliquo infecta essent.

Quod pueros vero illos ludentes &c. attinet, facillimum erat ipsos ita instruere ad reddenda per voces, per gestus, modosve saltandi, per alios denique motus aut modulationes ac numeros, ut iis vel suaderent aut dissuaderent, vel læta aut tristia prænuntiare viderentur, vel alia quæcunque demum Responsa petentibus darent. Quorum tamen interpretatio semper ab istis Antistitibus vel *Prophetis* dependebat: sicut illa exempla, & ad Ammonem, & ad alia Oracula, à me data fuerunt.

Prophetas enim habebat quoque suos, hic sive bos sive Deus; qui ipsius responsa, quocunque demum modo data, Consultoribus interpretarentur, adeoque & hujus προφήτης essent: quique (uti apud Ammonem, ubi Deus per nutus, &c. respondebat, Prophetæ dicebant, *hoc, aut illud ait, vel respondet, Jupiter*) ita Dei hujus Oracula enuntiarent. Sic enim Lucianus in Deorum Concilio: *Quid & sibi vult Memphitis ille Taurus versicolor, qui adoratur, edit Oracula, & Prophetas habet?*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

De Hiſtoriolæ illius veritate, quæ de Germanico narratur, merito quis dubitare queat, tum quod teſtibus plane nullis tam multa (ac quidem præcipue circa Magnates ac Principes) confingantur, aut in majus exaggerentur, ut certa fides iis, minime habere poſſit. Præterquam quod & talia, cum jam fama percrebuiſſet quam vehementer Piſo Germanici capiti immineret, ex facili admodum conjectura ſic confingi ac prædici poſſent.

Neque hic omittenda verba hæc Taciti (lib. I. hiſtor.) de Veſpaſiano: *Occulta lege fati, & oſtentis ac reſponſis deſtinatum Veſpaſiano liberiſque ejus imperium, poſt fortunam credidimus.* Ad quæ optime hæc notat Trojanus Boccalinus in Bibanzia Politica: *Alcuni pigliano queſte parole in queſto ſenſo, che per occulta lege del Fato per prognoſtichi e reſpoſte de gli Oracoli oltra la buona fortuna foſſe a Veſpaſiano e ſuoi figliuoli deſtinato l'Imperio. Io credirei, che poteſſero riciver altra, e forſe piu vera interpretatione; cioè che doppo fu veduto l'Imperio nella perſona e figliuoli di Veſpaſiano fu auco detto, che per occulta lege del fato, per prognoſtichi e reſpoſte de gli Oracoli gli era ſtato deſtinato: vedendo ſi tutto il giorno in Roma, che non mai ſi crea Papa alcuno, che non ſi publichino doppo l'elettione molte Profetie ritrovate ſcritte, molte fatte da diverſi, delle quale prima non v'era conſideratione ne ragionamento. Chiaro documento, che di niuna fede ſono degni quelli che vivendo in una baſſa & infeliciſſima fortuna, fanno il meſtiere di predire felicità e grandezze a gli huomini, & a queſti tali, è bene dare alcuna coſa per limoſina, e ridere della loro leggieroza.*

Auguſtus interim, qui alias circa Omina ſatis ſuperſtitioſus erat (ſaltem, ut Alexander Macedo, talis haberi quandoque volebat) cum in Ægyptum veniſſet, ad Apidem (teſtibus Suetonio ac Dione) accedere, illumque videre, noluit: Ἐγὼ θεὸς

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

θεὸς ἀλλ' οὐχὶ βοῦς προσκυνεῖν ἐθέλειν, *Deos se, non boves, adorare consuevisse.*

At sævus ille ac præferox Cambyses hunc Apin ad sese adductum ipse ita vulneravit, ut ex vulnere extabescens mortem obierit; simulque irridens sacerdotibus ejus dixit: *O capita nequam, hujusmodi Dii existunt sanguine ac carne præditi, & ferrum sentientes? Dignus nimirum Ægyptiis hic Deus!* Dicebant quidem hinc (teste eodem Herodoto, qui hæc verba ipsius recitat) ipsum in insaniam ac furorem lapsum fuisse: At jam ante ipsum non bene mentis compotem vel fuisse, vel habitum, idem auctor tradit.

Perfacile Antistites talia (uti nunc Monachi sub Christianismo) confingebant contra homines minus superstitiosos: atque imprimis si illi ipsorum fraudes subodorari viderentur; ac quammaxime si illas aliis quoque hominibus detegere conarentur.

Interim videmus istos Reges principesque, qui extra metum horum Antistitum se constitutos putabant (quamvis aliter ducendæ vel regendæ multitudini hæc sæpius conducere existimarent) risisse horum impostoras, iisque quandoque audacter controiisse. Quod præcipue in Ocho Persarum rege videmus; qui (testante id Plutarcho in tractatu de Iside & Osiride) *Gladius vocatus fuit ab Ægyptiis, quod is multis interfectis, Apin quoque ad extremum mactasset, & cum Amicis epulando absumpsisset.* Et is tamen per 35. annos regnavit (testante ita Ctesia) nec violenta morte peremptus fuit.

Ut autem minus miremur talia ac similia plurima istis, Gentiles Sacerdotes iisque deditos confinxisse, contra istos, qui ipsorum impostoris ac fraudibus; aut superstitionibus (quas hi in plebe aliisque adaugere conabantur) contra ire ausi sunt: unicum, ex pene innumeris, adducam exemplum, ex Christianismo

ſtianiſmo petitum; non quidem de Juliano Apoſtata ſimilibuſve, verum de Conſtantino Caballino Leonis Iſaurici filio: qui quod infans, cum jam baptizaretur (quod credo pluribus infantibus, atque ex nulla animi malignitate, contigiſſe) ventris ſui excrementa in baptiſterium exoneraſſet κοπρώνυμον appellarunt Monachi hoſtes ipſius infenſiſſimi. De hoc igitur Cedrenus ait, *eum ex ſæviſſimo Leone* [Patre Leone Iſaurico] *verſutiſſimam pardalim, & ex ſemine Serpentis aſpidem & anguem volantem, ut primum in patrium regnum & impietatem ſucceſſit, extitiſſe: ac longius etiam à Deo & Deipara ſe abalienaſſe: ac deinceps artibus magicis, libidinibus & dæmonum invocationibus, viſcerum exſectionibus, aliiſque malis ſtudiis, tum venationibus & ludis Circenſibus deditum, idoneum ſe Antichriſto inſtrumentum præbuiſſe. Atque adeo univerſali edicto vetuiſſe, ne quis in univerſum Domini ſervorum* [præcipue hîc Monachos, præter alios Eccleſiaſticos intelligit: ac quidem tales qui pro Imaginibus pugnarant] SANCTI *titulo cohoneſtaretur: quinetiam conſpui eorum inventos reliquis juſſiſſe, ac prohibuiſſe, ne ipſorum interceſſio poſtularetur. Imò etiam ſceleſtum eum, ipſius Mariæ Virginis interceſſionem non eſſe implorandam, addidiſſe: nihil enim eam præſtare poſſe. Quin & noluiſſe ut Deipara illa appellaretur. Sumptis enim in manus auro plenis loculis, ac præſentibus demonſtratis, ſciſcitatum eſſe, Quanti eos putarent eſſe pretii? ac cum reſpondiſſent Magni: evacuato auro rurſum interrogaſſe, Quanti loculos æſtimarent? quum reſponſum eſſet Nihili; Ita, dixiſſe, Maria quoque dum Chriſtum geſtavit utero, in honore fuit: poſtquam eum peperit, nihilo reliquis mulieribus præſtantior eſt.*

Quibus & Suidas, ſimilis farinæ Monachus, addit, *Ipſum venerem coluiſſe, & victimas humanas ex adverſo urbi ſacri-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

ſacrificantem obtuliſſe; in Maura noctu ſacra feciſſe, & pueros mactare ſolitum.

Addi his poſſunt illa quæ, (in Diſſertatiuncula mea de *Columnis Phœnicicis* ad Tingin erectis) de Juſtiniano à Monachis maligne æque ac inſulsè conficta attuli. Conſtantinus autem ille poſtquam per 35. annos regnaverat, doloroſo morbo periit, cum jam ipſa Deipara ei apparuiſſet. Ac ſic Ochus quoque, cum non ſolùm Apin interfeciſſet, Aſinumque (ludibrii cauſa) conſecraſſet, ac coli eum juſſiſſet, tanti ſceleris in ſacrum bovem commiſſi pœnas, nec contemnendas (ſi Ælianum audis) nec minus graves perſolvit, quam Cambyſes, qui primus tale Sacrilegium commiſerat.

CAPUT XIII.

De Mnevi, ac Netone (ſi non is idem cum Mnevi;) De Hirco in Mendete, de Leone in Leontopoli, ac de Crocodilo in Myridis lacu obiter notata. De Draconum in Epiro Oraculo: uti & de piſcium Oraculo in Lycia &c. deque eorumdem diverſis Reſponſa reddendi modis. De Oraculo per Crocodilum in Arſinoë, paulo latius: poſt quod ſequitur poſteriorum horum Oraculorum conſideratio: hincque ſequuntur conſiderationes ſuper Oraculo fontis Caſtalii, per lauri folia literis in ſcripta; ſicut & Veneris Aphacicidis, & fontis apud Oropios, atque Inus aquæ fatidicæ: uti & Ætnæi montis per ignem: denique & ſuper Oraculo (itidem per ignem) apud Apolloniam.

BOvem vero illum (ut rurſus me ad illos ex pecoribus Deos convertam) qui Heliopoli ſub nomine *Mnevis* cole-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

colebatur, Macrobius lib. I. cap. 21. videtur, Neton appellare, ubi ait : *Taurum vero ad Solem referri multiplici ratione Ægyptius cultus oſtendit : vel quia apud Heliopolim taurum Soli conſecratum, quem Neton cognominant, maxime colunt ; vel quia bos Apis in civitate Memphi Solis inſtar excipitur ; vel quia in oppido Hermuthi magnifico Apollinis templo conſecratum Soli colunt taurum,* PACIN *cognominantes, inſignem* MIRACULIS, *convenientibus naturæ Solis. Nam & per ſingulas horas mutare colores* AFFIRMATUR, *& hirſutus ſetis* DICITUR *in adverſum naſcentibus contra naturam omnium animalium. Unde habetur veluti imago Solis in diverſam mundi partem nitentis.*

Quæ verba lubentius huc attuli, ut hîc conſpiceremus tertium ex Armentis Deum *Fatidicum :* quod de ipſo non dubitandum, qui tot Miraculis clarus atque Apollini ſeu Soli ſacratus eſſet : cum & *Hircus in Mendete*, & *Leo in Leontopoli*, & *Crocodilus in Myridis* lacu ejuſmodi Dii fuerint, nempe Fatidici.

Quid quod & *Dracones in Epiro* (ne ſolus Jupiter illic Oracula daret) futura prænuntiaverint. Ita enim nobis narrat Ælianus, Hiſtoriæ Animalium libro XI. cap. 2. Ἔστι δὲ ἄνεῳ τῷ θεῷ ἄλσος, καὶ ἔχει κύκλῳ τεῖχος· καὶ ἔνδον εἰσὶ κύκλῳ δράκοντες, οἳ θεοῦ ἄθυρμα ὄντες γε. ἡ τοίνυν ἱέρεια γυμνὴ παρθένος πάρεισι μόνη, καὶ τροφὴν τοῖς δράκουσι κομίζει. λέγονται δὲ ἄρα ὑπὸ τῶν Ἠπειρωτῶν ἔκγονοι εἶναι ἐν Δελφοῖς Πυθῶνος εἶναι. ἐὰν μὲν οὖν ὦσι παρελθοῦσαν τὴν ἱέρειαν προσηνῶς θεάσωνται, καὶ τὰς τροφὰς εὐθύμως λάβωσιν, εὐθηνίαντε ὑποδηλεῖν ὁμολογοῦνται, ἔτος ἄνοσον. ἐὰν δὲ σκωληξωσι μὲν αὐτήν, μὴ λάβωσι δὲ ὅσα ὀρέγει μειλίγματα, τ' ἀναυλία τε εὐθειρημένων, οἱ μὲν μανλοῦνται, οἱ δὲ ἐλπίζουσι.

Lucus apud eos Deo ſacer eſt, & muro ſeptus. Intra illum Dracones ſunt Deo grati, ad hos virgo Sacerdos nuda acce-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

accedit, & victum Draconibus porrigit. Eos Epirotæ à Pythone Delphico prognatos ajunt. Quod si virginem accedentem illi placide aspexerint, & alimenta promptè susceperint, annum fertilem ac salubrem significare creduntur. Sin & terribiles erga illam fuerint, & porrecta cibaria non acceperint, contrarium anni futuri statum alii divinant, alii sperant.

At quis credidisset etiam mutos pisces prædixisse hominibus futura, si non Plinius, Ælianus & Athenæus nobis talia tradidissent? Primus enim eorum Plinius ita lib. 31. cap. 1. *Fons Limyræ transire solet in loca vicina portendens aliquid: mirumque quod cum piscibus transit. Responsa ab his petunt Incolæ cibo: quem rapiunt annuentes; si vero ventum negent, caudis abigunt.* Et lib. 32. cap. 2. *Nam in Lyciæ Myris in fonte* APOLLINIS, *quem Curium appellant ter fistulâ evocati veniunt ad Augurium. Diripere eos carnes objectas, lætum est consultantibus: caudis abigere dirum.*

Ælianus vero lib. 8. cap. 5. Πέπυσμαι δὲ κώμην τινὰ Λυκιακὴν μεταξὺ Μύρων καὶ Φελλῶ, Συρρὰ ὄνομα, ἐν ᾗ μαντεύονταί τινες ἐπ' ἰχθύσι καθήμενοι· καὶ ἴσασιν ὅ, τι καὶ νοεῖ ἢ τι ἄφιξις αὐτῶν ἐλθόντων, ἢ ἀναχώρησις· καὶ ὅταν μὴ ὑπακούσωσι τί δηλοῦσι, καὶ ὅταν ἔλθωσι πολλοὶ τί σημαίνουσιν· ἀκούσῃ δὲ τὰ μαντικὰ τῶν σοφῶν τούτων, ἢν πηδήσωσιν ἰχθύος, καὶ ἀναπαυσαμένης νεκρᾶς, καὶ τροφὴν προσιεμένης, καὶ αὖ πάλιν μὴ λαβόντος.

Audio etiam Lyciæ vicum nomine Syrrham esse, inter Myra & Phellum, ubi sunt qui ad pisces sessitando, sciant quid sibi velit appellatorum piscium ACCESSUS *ac* RECESSUS: *quid item ostendant si* NON PARENT: *quid cum* FREQUENTES VENIUNT *portendant, facile intelligunt. Atque ejus divinationis periti sciunt, quid* CUM SALIT *piscis demonstrat; quid cum* MORTUUS FLUITAT; *quid*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

CIBUM SUMENS, *quid etiam* RECUSANS *præsignificet.*

Idem libro 12. cap. 1. hæc sequentia habet: Μυρῶν τ' ἐν Λυκίᾳ κόλπῳ ἐστὶ, ἐ ἔχει πηγὴν, ἐ ἐνταῦθα νεὼς Ἀπόλλωνός ἐστι, ἐ ὁ τῶδε τ' θεῶ ἱερεὺς κρέα μόχεια ἀφαπείρει, τ τῷ θεῷ τιθυμμένων. ὄρφοι δὲ οἱ ἰχθύες ἀθρόοι προσνέουσι, ἐ τ κρεῶν ἐσθίουσιν, οἷα δὴπου καλυμμένοι δαιτυμόνες. καὶ χαίρουσιν οἱ θύοντες, καὶ τὼ τούτων δαῖτα πεφάσθαι εἶναί σφισιν ἐπαγαθήν. καὶ λέγουσιν ἵλεων εἶναι τ θεὸν, δι' ἣν οἱ ἰχθύνες ἐνεπλήσθησαν τ κρεῶν. εἰ δέ τις ἀρᾶς αὐτὰ εἰς τὴν γῆν ἐκβάλλοιεν, ὥσπερ ἀπημαίνοντες, τοῦτο δὴ τ θεὸν μῆνιν εἶναι πεπίσθαι. Γνωρίζουσι δὲ καὶ τὴν τ ἱερέως φωνὴν οἱ ἰχθύες, ἐ ἐπακούοντες μᾶλλον εὐφραίνουσι τούτους δι' ὃν κέκληνται. τἀναντίον δὲ δράσαντες, λυποῦσι.

In Myrensi Lyciæ sinu Apollinis Templum est, ad cujus Sacerdotem vitulinas carunculas dispergentem Orphi gregatim adnatant, & tanquam sane convivæ ad epulas invitati, carnes comedunt: & verò immolantes ex eo magna voluptate afficiuntur, quod pisces sua sacrificatione pascantur. Quod quidem ipsum res suas bene casuras esse significare sibi persuadent; idcircoque propitium sibi esse Deum dicunt, quod suis cibis pisces expleantur. Quod si caudis carnes in terram ejiciant, tanquam sordidas à se detestantes, inde sibi iram Dei portendi arbitrantur. Itemque hujusmodi piscium genus Sacerdotis vocem & agnoscit, & si ad eos à quibus appellatur accesserit, sic incredibilem ipsis lætitiam affert: ut si contra fecerit, magnum dolorem iisdem inurit.

Denique Athenæus Deipnosop. lib. 8. οὐ καθισωπήσομαι δὲ ὀλίγα τῶν ἐν Λυκίᾳ ἰχθυομάντεις ἄνδρας, ὡς ἐν ὧν ἱστορεῖ Πολύχαρμος ἐν δευτέρῳ Λυκιακῶν, γεγράφων ὅτως. ὅταν γὰρ διέλθωσι πρὸς τὴν θάλασσαν, ἔστι καὶ ἄλσος ἐστὶ πρὸς τῷ αἰγιαλῷ τ Ἀπόλλωνος, ἐν ᾧ ἐστιν ἡ δίνα ἀπὸ τ ἀμάθου, ὡς γίνονται ἔχοντες

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
366 F 33

οἱ μαντεύόμενοι ὀβελίσκους δύο ξυλίνους, ἔχοντας ἐφ' ἑκατέρῳ σάρκας ὀπτὰς ἀριθμῷ δέκα, καὶ ὁ μὲν ἱερεὺς κάθηται πρὸς τῷ ἄλσει σιωπῇ. ὁ δὲ μαντεύόμενος ἐμβάλλει τοὺς ὀβελίσκους εἰς τὴν δίνην, καὶ ἀποθεωρεῖ τὸ γινόμενον. μέλλει δὲ τὴν ἐμβολὴν τῶν ὀβελίσκων πληρεῖσθαι θαλάσσης ἡ δίνη, καὶ πολλὰ γίνεται ἰχθύων πλῆθος τοσοῦτον καὶ τοιοῦτον, ὡς τ' ἐκπλήττεσθαι τὸ ὁρώμενον ὑπὸ τοῦ πράγματος. τῷ δὲ μεγέθει, ὡς τε καὶ εὐλαβηθῆναι. ὅταν δὲ ἀπαγγείλῃ τὰ εἴδη τῶν ἰχθύων ὁ προφήτης, ἅττως τὸ χρησμὸν λαμβάνει παρὰ τοῦ ἱερέως ὁ μαντεύόμενος περὶ ὧν ἠρώτα. φαίνονται δὲ Ὀρφοὶ, καὶ Γλαυκοὶ, ἐνίοτε δὲ Φάλαιναι ἢ Πέλτεις, πολλοὶ δὲ καὶ ἀνίενται ἰχθῦς καὶ ξένοι τῇ ὄψει. Ἀρτεμίδωρος δ' ἐν τῷ δεκάτῳ τῆς Γεωγραφουμένων λέγεσθαί φησιν ὑπὸ τῶν ὑπηχούντων πηγὴν ἀναδίδοσθαι γλυκέος ὕδατος, ὅθεν συμβαίνει δίνας γίνεσθαι. γίνεσθαι δὲ καὶ ἰχθύας ἐν τῷ δινάζοντι τόπῳ μεγάλους τούτοις οἱ θυσιάζοντες ἐμβάλλουσιν ἀπαρχὰς τῶν θυσιαζομένων ὀπτὰ ξυλίνων ὀβελίσκων, ἀναπείροντες κρέα ἐφ' ἑκάτερα ὄπλα, καὶ μάζας, καὶ ἄρτους. ὀνομάζεται δὲ ὁ λιμὴν, καὶ ὁ τόπος ὅδε Δίνος.

Ego equidem de iis mihi tacendum non duco, qui in Lycia ex piscium observatione vaticinantur: de quibus hæc Polycharmus lib. 2. Lyciacorum scripsit: Cum ad mare transierint, ubi juxta littus Apollini sacrum nemus est, & in arena vorticosus aquarum gurges, eos qui Oraculum consulunt cum duobus ligneis verubus, & in utroque decem assæ carnis frustis accedere, SACERDOTE TACITO PROPE NEMUS ASSIDENTE. *Eo vero qui Augurium exspectat in vorticem jactis verubus, quod eventurum est contemplante: projectis verubus mari gurgitem mox impleri, advenireque tantam piscium multitudinem, & eâ magnitudine, ut interdum oporteat ne quid lædant prospicere.* PISCIUM AUTEM SPECIES *Vati cum renuntiaret* IS QUI ORACULUM *petit, Responsum tum dari à Sacerdote, de iis quæ rogaverat: viderique affluente Mari, Orphos, Glaucos, ac nonnun-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

quam Balænas ac Priſtes, multoſque alios incognitos (NB.) *& inuſitata peregrinaque forma. Artemidorus libro Geographiæ* ſcribit, *ab Incolis narrari aquæ dulcis fontem ſcaturientem in gurgites manare : horum in vorticoſis receſſibus piſces ingentes eſſe, quibus qui ſacris operantur in verubus ligneis eorum quæ immolantur primitias offerunt, nimirum aſſas & jurulentas carnes transfixas, mazas, panes : eumque locum ac portum Dinon appellari.*

Quæ ad hæc modò allata notari queant ſunt, 1°. Plinium (qui tam libro 31. quam 32. mihi fere de uno eodemque videtur fonte loqui) aſſerere *ter fiſtula evocatos* (per Antiſtites ut videtur) *piſces comparuiſſe ad Augurium.* In qua re nihil miri: quod iſta noſtris his temporibus fere quotidie in carpionibus aliiſque piſcibus, qui vivariis impoſiti fuere, experiamur. 2°. Apud Ælianum Antiſtites, illi nempe quibus hæc cura demandata (vel Sacerdos, ut ſecundo loco aſſerit) *ſeſſitant obſervantes, quos peritos horum Auguriorum* vocat; illique interpretantur obſervata. At libro 12. (ſeu ſecundo loco à me adducto) *Sacerdos* vel *Antiſtes*, carnes piſcibus objicit, Conſulentes vero obſervant Auguria. 3°. Denique apud Athenæum Conſulentes obſervant, atque illa quæ obſervaverunt Sacerdoti annuntiant; ex quibus tunc ille Sacerdos (quaſi ipſe rerum inſcius) Reſponſa reddit.

Porro Plinius de hoc Oraculo, ut de *Fonte fatidico* loquitur: Ælianus vero de ſinu maris aliquo ad quem Orphi piſces adnatent; ac minime de fonte. Polycharmus autem (apud Athenæum) ſic quoque juxta littus vorticoſum aquarum gurgitem deſcribit, in quem adnatent Augurii edendi cauſa piſces quos maximos mole corporis mare habet: ac tales quidem quos credo ibi aut nunquam, aut perrarò viſos fuiſſe.

Denique de ſola per cibos objectos Divinatione loquitur Pli-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
366 F 33

Plinius : de acceſſu ac receſſu quoque , aliiſque motibus horum piſcium , Ælianus : ita ut non uno , ſed diverſis modis, Auguria ex illis caperentur. Athenæus vero ex piſcium illorum , qui maris gurgite influente eo adducti fuerant , magnitudine aut ſpecie Auguria capi à Conſulentibus , atque explicari ab Antiſtite , affirmat.

Si jam poſt Apidem conſideremus Dracones in Epiro vaticinia edentes , facile comprehendemus , fere idem quod apud Apidem , hîc apud Dracones locum habuiſſe , Artificium. Cicures quoque ac manſuetos redditos Dracones non ita vehementer mirabuntur , qui legerint apud Lucianum (in Alexandro ipſius Pſeudomante) de Pellæis Draconibus , *eos ita eſſe cicures ac manſuetos , ut à mulieribus alantur , & cum pueris cubent , & ſe conculcari ſuſtineant nec ſe premi indigne ferant ; denique infantum more lac è papilla ſugent.*

Uti nec illi qui apud Strabonem (lib. 17.) viderint , de *Crocodilo* in Arſinoë nutrito , Sacerdotibus manſueto ; *quod nutriatur ille pane , carne & vino , quæ à peregrinis afferuntur ad ejuſmodi ſpectaculum venientibus.* Imprimis illa hæc cæteris ſuperaddita : *Hoſpes itaque noſter , unus ex honoratis viris , QUI NOBIS SACRA commonſtrabat , ad locum unà accedens placentulam & carnem aſſam , & quoddam mulſi vaſculum è cœna attulit. Beſtiam in ripa lacus invenimus , ex ſacerdotibus alii , ejus os aperuerunt , alius placentam ingeſſit , poſtea carnem , deinde mulſum , infudit. Ille in lacum deſiliens in ulteriorem partem trajecit : cumque alius hoſpes adveniſſet , & ſimiliter primitias attuliſſet , curſu lacum circumeuntes , itidem invento Crocodilo obtulerunt.*

De Tentyritis , deque Ophiogenis , quæ Plinius , Strabo, Dio , aliique ; de Pſyllis quoque , de Marſis , de Hirpinis , ut hoc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

hoc in tranſitu tangam) dixere, ex ſcriptoribus hiſce peti poſſunt: ac ſimul conſiderari quam pari paſſu hæc ambulent, iiſdemque aut plane vicinis artificiis ac fraudibus conſtent.

Suppoſitis jam igitur Hiſtoriarum hujuſmodi circumſtantiis, videamus quid hîc potuerint Antiſtites. Primò docet nos experientia quotidiana, voce humana evocatos piſces accedere ex vivariorum fundo ultimiſque ex angulis: præſertim ſi vox edita, ſonuſve fiſtulæ ipſis conſueta adeoque nota jam antea magis minuſve fuerint: unde aut citius, procul dubio, aut tardius, aut quoque omnino non acceſſerint, hi piſces Fatidici. Ad qualia commodius perficienda etiam aut tempus diei, aut tempeſtas, aut aquæ conſtitutio (medicamine aliquo grato ingratove infectæ;) aut fames aut ſatietas, aut magis minuſve longa conſuetudo vel exercitatio aliaque plura (quæ afferri queant) permultum poterant.

Quod etenim majori aut minori ſubito frequentia apparuerint piſces, exinde fieri potuit, quod ex aliis vivariis clam emiſſi, vel majore vel minori numero, fuerint. Sic quoque accidere commode potuit, nunc quidem tales, nunc vero tales (ratione ſpeciei aut magnitudinis) nunc plures, nunc denique pauciores prodiiſſe; quod ex diverſis vivariis, nunc tales vel tales; nunc hoc, nunc iſto modo, prout Antiſtitibus iſtis id conſultum videbatur, emiſſi fuerint.

Circa quod negotium quoque notandum venit, hæc omnia (tam ratione alimentorum his piſcibus exhibitorum, quam ratione aliorum partim adductorum modo, partim adhuc adducendorum, ſi id ullo modo neceſſe foret) fuiſſe peracta per manus Antiſtitum ac Sacerdotum; ac (quæ cura talibus ſemper fuit) ipſos Conſultores non propriis oculis (vel ſaltem non prope ac cominus) illa obſervaſſe; atque ita, ut perfacile hic decipi poſſent, ſi ſatis ſuperſtitioſi, aut metus ipſis incuti,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

cuti, silendique necessitas imponi, si forte aliquid, quod hi fileri vellent, circa hæc miracula, detegissent; quamvis omnia hîc dolis fabricandis constructa essent.

Quis, quæso, non videt, mi Lector, quod hi pisces vel non accederent, vel subito nimis recederent; vel ut *mortui fluitarent*, vel denique alios gestus (seu lætos, seu tristes) ederent ex quibus Antistites futura se prædicere prætendebant; quis, dico, non videt, id effici potuisse medicamine quodam, quo aqua ita inficeretur, ut pisces istiusmodi motus, motuumve defectus, quales hi Antistites volebant, ederent.

Cæterum quæ de Orphis, Pistricibus ac Balænis, immani magnitudine piscibus, adducuntur, ea fabulis annumeranda esse quivis perfacile intelligat. Quod & de pluribus aliis circa hæc per pisces Oracula (æque ut de cunctis aliis constat) existimandum est.

Nec animalia muta tantum, (præter homines) Oracula reddebant, verum & res inanimatæ; uti, exempli gratia, in Fonte Castalio ad Templum Apollinis Daphnæi; de quo ita loquitur Sozomenus lib. 5. cap. 19. Ἐπιδύετο δὲ καὶ τοῖς πάλαι προσελθοῦσι ῥεῖν αὐτόθι ἐξ ὕδωρ μαντικὸν ἀπὸ Κασταλίας τῆς πηγῆς ὁμοίως τῇ ἐν Δελφοῖς ἐνεργείας τε καὶ θεσπιῳδίας λαχόσης. Ἀμέλει τοι καὶ Ἀδριανῷ ἔτι ἰδιωτεύοντι τὰ περὶ τῆς βασιλείας αὐχῆσιν ἐνθάδε προμηνυθῆναι. Φασὶ γὰρ αὐτὸν φύλλον δάφνης ἐμβάψαντα τῇ πηγῇ, ἀρύσασθαι τὴν τῶν ἐπομβρίων γνῶσιν ἐσχάφως ἀπὸ τοῦ φύλλου δηλωθεῖσαν.

Credebatur etiam AB HIS *qui res istas colere solent, aquam in eum locum ex fonte Castalio influere, quæ facultatem divinandi hominibus, tribuebat, paremque vim & idem nomen, cum ea, quæ est in Delphis obtinebat. Quin etiam jactitant Adriano privatam etiamnum vitam degenti, imperium ei obventurum, in eo loco prænuntiatum fuisse. Nam*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

DICUNT *eum, cum folium fonte Daphnes tinxisset, hausisse inde rerum futurarum cognitionem in folio plane descriptam.*

Si hîc jam de historiæ [quæ admodum dubitanter narratur, ac scimus quam plurima numero quotidie ejus modi Miracula confingantur,] veritate constaret : perfacile ostendi posset, neque hæc ullo Dæmonum præternaturali auxilio indiguisse.

Quis enim nescit, si quis lacte vaccino aliove chartas inscriptas focorum fumis adhibeat, literas quæ exsiccatæ disparuerant, sese, nigrore fumi jam manifestatas prodere oculis nostris ; & inscriptæ si fuerint aqua aluminata, literas apparere, quam primum aqua fuerint madefactæ : qualia etiam ludi possunt per Sal Armoniacum, perque succum limonum ; aliasque ejusmodi argutias (imo longe magis curiosas) patrari ab iis, qui & artis Chymicæ, & Magiæ (ut vocant) Naturalis, aliqualem habuerint peritiam.

De Veneris autem Aphacitidis Oraculo afferenda mihi videntur hæc sequentia ex Zosimi lib. 1. Τούτῳ πλησίον λίμνη τίς ἐστιν ἐοικυῖα χειροποιήτῳ δεξαμενῇ. καὶ μὴν δὴν τὸ ἱερὸν καὶ τοὺς πλησιάσαντας τύπος πῦρ ὑπὸ δὲ αὔρᾳ λαμπάδος ἢ σφαίρας φαίνεσθαι δόκην, συνόδων ἐν τῷ τόπῳ θεόνοις πανηγύρεσι γινομένων. ὅπερ καὶ ἐπ' ἡμῶν ἐφάνη θεόντων. ἐν δὲ τῇ λίμνῃ εἰς πηλὸν τὸ ὕδωρ ἀφανὲς ποιοῦσιν οἱ συνιόντες ὅκ τε ξυστοῦ καὶ ἀργύρου πεποιημένα. καὶ ὑφάσματα μέντοι λινᾶ τε καὶ βύσσου, καὶ ἄλλης ὕλης πολυτελείας. καὶ εἰ μὴν δεκτὰ ἐφάνη, πολλαπλησίοις τοῖς βάρεσι καὶ τὰ ὑφάσματα κατεδύετο· εἰ δὲ ἄδεκτα καὶ ἀποβλητα, αὐτά τε ἦν ἰδεῖν ὑπερπλέοντα τῷ ὕδατι τὰ ὑφάσματα, καὶ εἴπερ ἦν ἐν ξυστῷ καὶ ἀργύρῳ, ἢ ἄλλαις ὕλαις, αἷς φύσις οὐκ αἰωρεῖσθαι ὑπὸ δὲ ὕδατος, ἀλλὰ καταδύεσθαι.

Propter fanum istud lacus quidam est cisternæ manu factæ similis. Juxta fanum & vicina loca ignis instar lampadis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

padis aut globi conſpicitur, QUOTIES [NB.] STATUTIS TEMPORIBUS IBI CONVENTUS HABENTUR: *qui quidem ad noſtram ætatem uſque conſpectus fuit: Ad lacum dona, quotquot ibi conveniebant, in honorem Deæ ferebant, ex auro & argento facta, itemque telas lineas ac byſſinas, alteriuſque materiæ pretioſioris. Ac ſiquidem illa viderentur accepta, pari cum alus pondere panni quoque ſubſidebant: ſin eſſent ingrata & rejicula, tum ipſas telas aquæ videre erat innatantes, tum ſi quid erat ex auro & argento, & aliis materiis, quarum eſt ea natura ut ſupra aquam ſe non attollant.*

1. Inter illa quæ hic obſervanda ſunt, eſt Ignis ille, *Qui ſtatutis temporibus, ac quidem quando ibi conventus habebantur*, apparebat. At illos qui huc conſulendi gratia advenerant, tam prope acceſſiſſe ut diſtincte ſatis examinare poſſent, artene an miraculo hic ignis, ac quidem ita ſtatutis temporibus, & confluente eo magno hominum numero (cui multitudini pene ſemper & ubique melius imponitur, præſertim ſi ſuperſtitione affecta ſit) quod, dico, unquam illis tam prope accedendi venia aut poteſtas conceſſa fuerit, minime credendum eſt. Hieroſolymis certe, ubi in Templo ſancti ſepulchri ignis ſacer quoque quotannis ſtatuto tempore, atque innumera præſente multitudine apparet, *Ignis* ille *Sacer*, quaſi ex cœlo delabitur.

De quo Thevenotius, poſt narratas aliquot ridiculas circumſtantias miraculum hoc præcedentes, aut iſtud concomitantes, hoc modo loquitur. *Penetrare autem qualibus quibuſve modis hic ignis producatur impoſſibile eſt. Nam quammaxime cavent, ne quis ad ſanctum ſepulcrum ſpeculandi gratia, ut inde aliquid detegatur, accedat. Quod maxime credo, eſt; aliquem hominem ibi callidè occultatum, fomite ignem ſuſcitare, atque inde conſequenter lampadas ac-*

cendere. Ac Turcæ quidem has impoſturas ſatis bene detexerunt, pœnaſque infligere impoſtoribus voluerunt: Verum enim vero docebat ipſos Patriarcha, ſe minime fore ſolvendo ſolenni Turcis tributo, ſi hac lucrandi occaſione privaretur. Quare & iſti ut hoc ſic continuetur permittunt.

Secundum vero miraculum, quod & vice Oraculi erat, atque unde bonos maloſve eventus Conſultores exſpectare debebant, erat, quod levia quandoque ſubmergerentur, gravia vero ſupernatarent; prout hîc, ſcilicet, Dea bonum malumve Omen per talia præſtare voluit. At millena media erant, quæ inſerta clam, vel affixa, vel aliter applicata, levibus pondus addere, (quod commodius clam, ſeu ſecretò, fieri poterat) gravia vero ſuſtentare ac ſublevare valerent: ſive per veſicas, ſive per illitiones materiarum quæ difficulter mergerentur; ſive denique per alia artificia; ſi vel maxime Conſultores hic ſpectatum admitterentur: ac longe facilius vel potius nullo negotio, ſi id hi Conſultores ex relatione Antiſtitum haurire deberent.

Interim hæc per manus Anſtititum peragi debebant: qui inde occaſionem quammaximam nanciſcebantur: vel ſi quando ipſis Conſultoribus id permitteretur ipſorum benedictiones aliique ſacrandi ritus intercedere debebant: ac per ipſos commode his Conſultoribus perſuaderi poterat, talia aut talia Donaria huic Deæ, hoc illove tempore, magis minuſve eſſe grata; præſertim ſi ſolidæ aliàs maſſæ ſive ex auro ſive argento, quibus minus facile ac clam, aut inſeri, aut applicari poſſent, quæ Donaria in ſuperficie ſuſtinerent, oblatæ fuiſſent. Cum circa levia aut concava longe minus periculi eſſet, ut fraus detegeretur.

An ad hujuſmodi Oracula quoque ſpectet id de quo Pauſanias in Atticis loquitur neſcio, quamvis ita conjiciam. Hoc ſaltem videmus, Amphiaraum quoque Medicum egiſſe, morboſque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
366 F 33

bosque ægrotorum sic curasse. Verba ejus sunt : Ἔστι δὲ Ὠρωπίοις πηγὴ τοῦ ἱεροῦ πλησίον καὶ ναός, ὃν Ἀμφιαράου καλοῦσιν, ἔνθα θύοντες οὐδὲν εἰς αὐτὴν οὐδ' ἐς τὰ καθάρσια ἢ χέρνιβι χρῶνται νομίζοντες. Νόσου δὲ ἀπειθείας ἀνδρὶ μαντεύματος γενομένου, καθίεσαν ἄργυρον ἀφεῖναι ἢ χρυσὸν ἐπίσημον εἰς τὴν πηγήν. τοῦτο γὰρ ἀνελθεῖν τὸν Ἀμφιάραον λέγουσι ἤδη θεόν.

Est apud Oropios fons Templo proximus, quem Amphiarai nuncupant : ad quem nec divinam rem faciunt, neque ad lustrandum, neque ad manus lavandas, aqua ea uti fas putant : solum qui morbo Oraculi monitu levati fuerint, signatum aurum argentumve more majorum in fontem abjiciunt. Hinc enim jam Deum Amphiaraum ascendisse tradunt.

Certius affirmare possumus de Oraculo quod Bœæ in Agro Laconico (in urbe Epidauro) fuit: quod à Pausania hoc modo describitur : Προελθόντι δὲ ἐν δεξιᾷ δύο που σταδίους ἔστιν Ἰνοῦς καλούμενον ὕδωρ· μέγεθος μὲν κατὰ λίμνην μικράν, τὸ βάθος δὲ ἐν βάθος μᾶλλον. ἐς τοῦτο τὸ ὕδωρ ἐν τῇ ἑορτῇ τοῦ Ἰνοῦς ἐμβάλλουσιν ἀλφίτων μάζας. τούτους μὲν αἰσίῳ τῷ ἐμβαλόντι καταδεχόμενον ἔχει τὸ ὕδωρ. εἰ δὲ ἀναπέμψαιτο σφᾶς, πονηρὸν κέκριται σημεῖον. τὸ δὲ αὐτὸ καὶ ἐν Αἰγίνῃ δηλοῦσιν οἱ κρατῆρες. καὶ γὰρ θυσοῦσιν ἐς αὐτοὺς καὶ ἐγχύτα ποιήματα, ἔτι δὲ καὶ ἱερεῖα πρὸ πάντα ἀφιᾶσι· ταῦτα δὲ ἢν μὲν ὑπολαβὸν ὑπενέγκῃ τὸ πῦρ, οἱ δὲ χαίρουσιν ὡς ἐπὶ πεφηνότι ἀγαθῷ· ἀπωσαμένου δὲ τὰ ἐμβληθέντα, συμφορὰν ἔσεσθαι τούτῳ τῷ ἀνδρὶ νομίζουσι.

Progressi ad dexteram stadia circiter duo, aquam videant quæ Inûs dicitur. Magnitudine quidem parvam paludem refert : sed in terræ fundum descendit altius (i. e. spatio est exigua, at profunditate immensa.) In eam festo Inûs die solenne est panificia porricere. Ea si demersa retinuerint aquæ, secunda ei qui porrecerit promitti autumant : contra vero adversa, quoties illa aqua rejecerit. Eandem ha-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

bere portendendi vim dicuntur [NB.] *Æthnæ montis crateræ. Abjiciunt enim in eas homines cum ſigilla ſeu vaſa, argentea & aurea, tum vero cujusvis generis victimas. Ea ſi abſorbſerit Ignis, læta ſibi nuntiari: contra ſi regeſſerit male eventurum ei, à quo illa miſſa fuerint, augurantur.*

Huic in Æthnæ monte Oraculo perſimile erat iſtud ad Appolloniam, de quo jam in prima mea Diſſertatione locutus ſum; ac de quo Dio lib. XLI. (ut hîc verſionem repetam) hæc, ut de Oraculo quod adhuc ſuo tempore conſulebatur, refert: *Ibi & tali modo Oraculorum reſponſa eduntur. Thure accepto precibusque ejus rei ergo, quam volunt, factis, ipſum thus, ut ſecum eas preces deferat* [*ad ignem*] *projiciunt. Tum ſi ratum ſit futurum votum, ab igne thus è veſtigio corripitur: Ac ſi thus extra ignem forte deciderit, accurrens ignis id abripit, & conſumit: ſin irritum erit votum, neque ignis ad thus accedit, & ſi ad ipſam flammam conjicitur, recedit ad ea atque effugit. Ita inutramque partem ignis futura prædicit, morte nuptiſque exceptis.*

Qualis autem ibi ignis fuerit per quem iſte conſulendi modus inſtitueretur ipſe Dio nobis clare deſcribit his verbis: Ἡ δὲ Ἀπολλωνία αὕτη Κορινθία, ἐν καλῷ μὲν τῆς γῆς, ἐν καλῷ δὲ καὶ τῆς θαλάττης, ποταμοῦ τε ἄμεινον κεῖται. ὅ, τε μάλιστα ἄξιον πάντων ἐθαύμασα, πῦρ πολὺ πρὸς τῷ Ἄνδρᾳ ποταμῷ ἀναδίδοται. καὶ ἔστι δὴ τὸ τελεῖον τῆς πέλας γῆς ἐπεξέρχεται. ὅτ' αὐτὴν ἐκείνην ἐν ᾗ Δημήτηρ ἐκπυροῖ, ἢ καὶ κεραυρότερόν πη ποιεῖ· ἀλλὰ καὶ πάνυ καὶ δενδρα καὶ πάνυ θαλησίον θαλλούσα ἔχει· ἀ πρὸς τε τὰς ὀπιχύσεις τῶν ὑμένων ἐπαύξει, καὶ ἐς ὕψος ἐξαίρεται.

Apollonia Corinthiorum colonia loco peropportuno ſita eſt: ſive terram, ſive mare, ſi flumina reſpicias. Idque præ reliquis maximam mihi admirationem movit, quod ad fluvium

fluvium Anam ignis multus prorumpit, qui tamen neque longum ad intervallum in finitima regione se diffundit, nec eam in qua existit inflammat aut arefacit: Sed ea herbas arboresque etiam pone ignem germinantes edit, quæ imbribus superfusis adolescunt, & in altitudinem excrescunt.

A tali certe igne minus mirum thus, imprimis medicamine aliquo infectum, non incendi: ac contra alio infectum (vel naphta, vel simili oleo) tam cito inflammari; imo & flammam ad sese allicere.

De Æthnæ montis igne tam benigna forte illud thus sibi promittere non posset. Quapropter longe alia in istum projiciebantur; circa quæ & suas impostúras belli isti Antistites exercebant, quibus inde & victus & amictus & auctoritas & honos ab imperita atque inde credulâ plebe redundabant. Nam quamvis minus cognitæ nobis sint artes illæ multiplices, quibus & hodierni præstigiatores circumforanei vulgus credulum ludunt, illudque admiratione ac stupore attonitum reddunt, dum se prunas ardentes manducare ac deglutire, ferrumque candens intra dentes admittere ac circumrotare, flammasve ex faucibus eructare, pluraque alia mirabilia aut vere nobis ostendunt, aut ostendere (dum agilitate manuum &c. ludunt) videntur; non eo protinus credunt cordatiores spectatores, super aut præternaturali operatione, Dæmonumve patratu ea perfici.

Atque uti ab acutioribus ipsorum artes sæpe deteguntur, imo & addiscuntur; sic nullum dubium est, quin & ab Epicureis & Academicis, & cæteris harum fallaciarum minus credulis; præterea & ab ipsis Christianis; imprimis cum, jam ruente in interitum Gentilismo, illi magis magisque audaces hisce Antistitibus ipsorumque machinationibus, aut callide subreperent, aut aperte quoque ac vi, contra Idololatriam grassarentur, atque ita ipsorum quandoque ridicula, quandoque horren-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

horrenda Mysteria, Oracula, ac cætera Sacra detegerent, atque irrisui & ludibrio aliorum exponerent, & illa detecta fuerint. Quod exemplis firmare hîc minus necesse cum illa sese in hoc opere sponte oggerant.

CAPUT XIV.

De Oraculis per Sortes, tam intra quam extra templa fatidica, redditis; ac quidem diversis admodum modis: atque adeo de Sortibus Prænestinis, Antiatinis; Fortunæ, vel Fortunarum, Tiburtinis; Buraicis, &c. De Sortibus quoque Arabum, Scytharum, Alanorum, Germanorum, &c. De Sortibus denique Homericis, Musaicis, Euripideis, Virgilianis, &c. De Sortibus Christianorum, &c. Postremo, de Sortilegis Vicanis, similibusque: de quibus tamen latius ago, in Dissert. de Divinationibus Idololatricis cap. IV.

HActenus de Oraculis iis, quæ per Consultores à Prophetis, Prophetissis sive Pythiis, aliisve Antistitibus sub Deorum nomine dabantur. *Sortes* restant, de quibus igitur nobis quoque paulò accuratius tractandum est. *Prænestinarum, Antiatarum, Herculearum, Dodonæarum aliarumque Sortium* à nobis mentio facta est: sed nondum, quibus ea Sacra constarent ritibus aut circumstantiis, explicavimus: neque id à quoquam factum exactè satis fuisse, mihi (saltem quod lucem publicam viderit) occurit. De *Sortibus* inter alia scripsit magnus ille, atque omnibus Doctis venerandus Onuphrius Panuvinus: at nunquam illa edidit; neque adeo qualia ista sint fuerintve, videre mihi contigit. Per occasionem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

nem Casaubonus, Peucerus, (ac per lusum & jocum Doctissimus ille Gallus Rabelæsius, cujus nugæ quandoque multorum Doctorum seria vincunt; in vitâ & gestis Gargantuæ & Pantagruelis, tam doctè meo judicio, quam lepide ac salsè,) aliique plures aliquid de iis dederunt; sed parcâ manu, nec nisi aut in transitu, aut perfunctoriè, & minimè pro dignitate istius materiæ; quæ meretur sane, (atque maximè hac data occasione) ut latius explicatiusque tractetur. Nam in multis admodum χρησμοῖς responsa per *Sortes*, diversis valdè modis accommodatas, reddebantur; quæ licet à Cicerone aliisque Ethnicorum Sapientioribus irrisæ semper atque explosæ fuerint; & publicè tamen & privatim diu admodum perstitere & Romæ, & circa Romam in Italia, & alibi: & à Christianis magis superstitiosis fuere consultæ aut ad illarum imitationem & exemplum per sacras paginas, aut alia ad id adhibita, exercitæ.

Expediet igitur hæc paulò accuratius quam hactenus, quod sciam, à quoquam factum fuit, illam tractare materiam; ut sic pateant quoque fraudes Sacerdotum circa hoc genus Oraculorum, seu Divinationis; & ut eluceſcat simul ista occasione, quam diu Ethnicismus, indirecte licet, inter Christianos fuerit dominatus, post templorum, tam fatidicorum quam aliorum, eversiones; ac quam magnæ superstitiones, ab Ethnicis translatæ (licet aliquomodo transformatæ) inter primos Christianos, eosque minime ex fæce vulgi, sed præcipuis etiam Antistitibus, imò Ecclesiæ tunc temporis columnis, locum habuerint, altéque admodum fuerint infixæ. Apud Ethnicos ergo *Sortes* erant varii generis, Militares, Politicæ, Divinatoriæ: de quarum postremis solum, (cæteris omissis, ut huc nihil facientes, quæque accuratè satis pertractatæ sunt ab Adriano Junio, in suis Animadversionum libris) tractabo.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Inter has autem Divinatorias præcipuum locum habebant κληρομαντεία & τιχομαντεία. Κληρομαντείας (in quâ per tesseras, talosve jactos, Oracula seu Divina responsa petebantur) exempla habemus in *Sortibus Prænestinis*, *Antiatinis*, *non procul ab Urbe*, *ac Gerionis Oracolo apud Patavium*, ad Aponi fontem; & in aliis pluribus, etiam extra Italiam, locis.

Sic Pausanias in Achaicis, de Oraculo Herculis Buraico: *Quâ ad mare ex Burâ descenditur amnis est Buraicus nomine, & in* [proxima] *spelunca non ita magnum Herculis signum: Buraico & ipsi cognomen.* ORACULI SORTES CAPIUNTUR EX TABULA PER TALOS. *Qui consultum venere, precatione ad signum peractâ, votisque nuncupatis, talos, (quorum in promptu est copia ad Herculis signum) quatuor sumentes, eos jaciunt super mensam. Inscripti sunt certis notis tali singuli: earum illi notarum interpretationem in tabula,* (similitudinem secuti,) *requirunt.* Græca verba sunt: Καταβάντων ἢ ἐκ βέρεος ὡς ἐπὶ θάλασσαν, ποταμός τε βερβικὸς ὀνομαζόμενος, καὶ Ἡρακλῆς ὁ μέγας ἐστὶν ἐν σπηλαίῳ· ἐπίκλησις μὲν καὶ τούτῳ βερβικός. Μαντείας δὲ ἐστὶ πίναξί τε ἐς ἀστραγάλοις ὕστερον λαβεῖν. εὔχεται μὲν γὰρ πρὸς τῷ ἀγάλματος ὁ τῷ θεῷ χρώμενος, ἐπὶ δὲ τῇ θύρᾳ λαβὼν ἀστραγάλους (οἱ δὲ ἄφθονοι πρὸ τοῦ τῷ Ἡρακλεῖ κεῖνται) πίναξιν ἐπὶ τὴν τραπέζης. ἐπὶ δὲ πίναξι ἀστραγάλῳ σχήματα γεγραμμένα ἐν πίναξι ἐπίτηδες ἐξήγησιν ἔχει τῶν σχημάτων.

Notabilia admodum sunt quæ Cicero habet, lib. 2. de Divinatione, de *Sortibus Prænestinis*, hisce verbis: *Quid enim sors est? idem propemodum quod* MICARE, *quod* TALOS JACERE, *quod* TESSERAS, *in quibus temeritas & casus, non ratio, nec consilium valet. Tota res est inventa fallaciis, aut ad quæstum, aut ad superstitionem, aut ad errorem. Atque ut in Haruspicina fecimus, sic videamus clarissimarum Sortium*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

tium quæ tradatur inventio. Numerium Sufficium Prænestinorum monumenta declarant, honestum hominem & nobilem, somniis crebris, ad extremum etiam minantibus, cum juberetur certo loco silicem cædere, perterritum visis, irridentibus suis civibus id agere cæpisse: itaque perforato saxo Sortes erupisse, in robore insculptis priscarum literarum notis. Is est hodie locus septus religiosè propter JOVIS PUERI, *qui lactens cum Junone in gremio Fortunæ, mammam appetens, castissimè colitur à matribus. Eodem tempore illo loco, ubi nunc Fortunæ sita ædes est, mel ex oleâ fluxisse dicunt, haruspicesque dixisse, summâ nobilitate illas Sortes futuras, eorumque jussu ex illa olea arcam esse factam, in eâque conditas Sortes, quæ hodie Fortunæ monitu tolluntur. Quid igitur in his potest esse certi, quæ Fortunæ monitu* PUERI MANU *miscentur atque ducuntur? &c.*

Fortunæ monitu ait Cicero: quod hic sane notandum. Quippe simulachrum Fortunæ Prænestinæ, proculdubio eodem (aut fere) modo quo apud Antium Fortunarum simulachra promovebantur, post preces, &c. consulentium, movebatur, uti ex Macrobio discimus. Quo quasi miraculo monebat Dea, Sortes esse movendas: Post quæ tum puer, ad id officium constitutus, illas permiscebat, & sic post commistionem extrahebat. Verba Macrobii (quæ inferiùs latiùs explicabuntur) hæc sunt, inter alia, ubi libro I. Saturnalium de Deo Heliopolitano sic loquitur: *Vehitur enim simulachrum* DEI HELIOPOLITANI *ferculo, uti vehuntur in Pompa ludorum Circensium deorum simulachra: & subeunt plerumque Provinciæ proceres raso capite longi temporis castimonia puri; feruntur que divino spiritu, non suo arbitrio, sed quo Deus propellit, vehentes: ut videmus apud Antium promoveri simulachra* FORTUNARUM *ad danda responsa.* Nisi forsan hæc Dea Prænestina aut nutu capitis, ut Jovis Am-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

monis ſimulachrum (teſte Strabone) aut alio viſibili ſigno, indicaret quando Sortes eſſent movendæ. In Prænestino hoc templo etiam *Sortes* deſumptæ prius ex arcâ in quâ ſervabantur, atque in urnam aut ſitulam injectæ, manu pueri miſcebantur, ac poſtea extrahebantur, vel, ut Cicero loquitur, ducebantur: ut ſcilicet eo minor fraudis eſſet ſuſpicio, eave eo minus conſulentibus ſuboleſceret. Cum in Bura ex majori acervo tantum quatuor numero deſumptæ projicerentur in tabulam ſive literis, ſive aliis notis, ſolis Sacerdotibus quæ cognitæ eſſent, depictam (ſive verbis quibusdam, ſive notis Hieroglyphicis, ſive aliis quibuſdam etiam vulgò notis,) ut quæ à talis contactæ eſſent, ſimul colligerentur, iique Sacerdotes inde, ex ſignis inter ſe compoſitis, *Sortes* ſive Oracula redderent conſulentibus. Fortuna Prænestina vocabatur (uti notum eſt ex Inſcriptionibus pluribus Prænestæ inventis) aut ſimpliciter *Primigenia*, aut additis etiam Epithetis quandoque *Jovis Pueri*, aut *Jovi puero*. Sic pag. 76. apud Gruterum, num. 6.

FORTVNAE
PRIMIGENIAE
IOVI. PVERO
EX. TESTAMENTO
TREBONIAE
SYMPHERVSAE
P. ANNIVS. HERMA
HERES
L. D. D. D.

Item

Item, Num. 7.

FORTVNAE
IOVIS PVERI
PRIMIGENIAE
D. D
EX. SORTE. COMPOS
FACTVS
NOTHVS. RVFICANAE
L. F. PLOTILLAE.

Notiſſima quoque eſt fabula, Jovem, Neptunum ac Plutonem adhuc Juvenes ac pœnè pueros, poſt expulſum è ſolio Patrem; diviſiſſe univerſi imperium, atque eorum unumquemque nactum partem quæ ex *Sorte* ipſi obveniret, Jovemque inde accepiſſe Cœli ac terræ imperium. Unde Jovis proculdubio ac Junonis ſimulacra in Gremio Fortunæ, iſque honor Fortunæ datus ut ſit *Jovis*, ſeu *Jovi*, *Primigenia*, per eamque *Sortes* atque Oracula regi crederentur: ut cujus beneficio Jupiter ſummum ſit adeptus imperium. Verùm hæc in tranſitu; neque ut certiſſima aliis iſta obtrudere velim. Sed denuò ad rem. In Gerionis Oraculo videntur *Sortes* fuiſſe non ex urnâ effuſæ, ſed etiam, ut Prænestæ, manu extractæ, ex verbis hiſce Suetonii: *Tiberius juxta Patavium adiit Gerionis Oraculum* SORTE TRACTA, &c. Sed veriſimile admodum eſt haſce artes longè diverſas fuiſſe pro diverſitate locorum atque ingeniorum iſtorum hominum, qui aut primi earum Sortium inventores fuerant, aut iis earumque conſultationibus præerant: ita ut hîc aut illic traherentur ex urnâ; alibi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

vero ejicerentur. Unde & formula illa loquendi *Sors excidit* (κλῆρος ἐξέπεσε apud Græcos) ortum habet. Sic Livius lib. XXII. inter alia, quæ de prodigiis eo tempore factis narrat, ait (an de Antiatinis loquatur paulò obscurius est, quamquam admodum verisimile sit, ex verborum circumstantiis) *in Antiate metentibus cruentas in corbem spicas cecidisse: & Faleriis cœlum findi visum, velut magno hiatu; quaque patuerit, ingens lumen effulsisse:* SORTES *sua sponte* ATTENUATAS, *unamque* EXCIDISSE *ita scriptam:* MAVORS TELUM SUUM CONCUTIT. Extæniatas optimè Lipsius emendat: cujus rationes vide (mihi saltem, optimas) libro II. Elect. cap. XII.

Nec mirum hoc in Antiate locum habuisse: cum & in Templo Prænestino quandoque tales *Sortes* exciderent, de quibus paulo inferius adhuc dicendi locus erit. Hinc quoque loquendi formula *tollere Sortes*, quæ tamen etiam de talis aut schedulis, aut aliis instrumentis paratis in hanc rem, atque in tabulam conjectis, dum inde aut à consulente Deum, aut à Sacerdote tollerentur, usurpabatur. Quod vero & quandoque sive è gremio aut pulvinari Deorum, sive ex urna aut situla, aut alîus generis vase (quæ tamen & ipsa, aut gremio, aut pulvinari imponi per Antistites potuerant) in solum *exciderent*, aut in mensam subjacentem simulachro istius Dei cujus excidebant *Sortes*, ac per ipsos Oraculi consultores tollerentur, mihi admodum verisimile est: cum interim, arte ac machinationibus, dictorum Antistitum, post varios ritus ac circumstantias, verè impostoras, quibus attentior horum actuum consideratio in consulentibus impediretur, inde eliderentur. Quod præcipuè puto locum habuisse in verbis ac versibus, qui aut foliis, aut membranis, aut chartulis, aut aliæ materiæ inscriptæ sic prodibant. [De membranis inscriptis notabilis locus extat apud Augustinum, libro 83. quæst. 45. *Cum autem*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

autem multa vera eos prædixiſſe dicatur ; ideo fit , quia non tenent homines memoriâ falſitates erroreſque : ſed non intenti niſi in ea , quæ illorum reſponſis provenerunt , obliviſcuntur ; & ea commemorant , quæ non arte illâ , quæ nulla eſt , ſed quâdam obſcurâ rerum SORTE *contingunt: quod ſi peritiæ illorum volunt tribuere , dicant artificioſe divinare etiam mortuas* MEMBRANAS *ſcriptas quaslibet de quibus plerumque pro voluntate* SORS *exit.*] Huc puto reſpicit inſcriptio, quam exhibet Gruterus, Theſauri ſui pag. CXXXII. Num. 6.

SACRO
SVSCEPTO
SORTIBVS. SVBLATIS
C. GALLIO
ATTICVS
MEDIOLANIENS

Ad verba ac verſus, ſive Virgilianos ſive alios , tranſibo, poſtquam notavero, & apud Oraculum Jovis Dodonæi , hujuſmodi *Sortes* , (ſive per talos certis quibuſdam notis , aut ſignis , aut integris etiam verbis , inſcriptos) locum habuiſſe : cum tamen nil præter columbas , aut quercus vaticinantes , aut Dodonæum æs , in omnium ore verſetur. Ita enim Cicero lib. I. de Divinatione , ſub perſona Quinti fratris : *Maximum verò illud portentum iiſdem Spartanis fuit , quod cum Oraculum ab Jove Dodonæo petiviſſent , de Victoriâ ſciſcitantes , Legatique* (NB.) *illud in quo inerant* SORTES , *collocaviſſent : ſimia quam Rex Moloſſorum in deliciis habebat, &* SORTEIS IPSAS *& cætera , quæ erant ad Sortem parata , diſturbavit , & aliud aliò diſſipavit. Tum ea , quæ præpoſita*

posita erat Oraculo, Sacerdos dixisse dicitur, de salute Lacedæmoniis esse, non de victoria, cogitandum. Idem Cicero lib. 2. de Divinat. de iisdem in Dodone Sortibus: *Simiæ verò Dodoneæ improbitatem historiis Græcis mandatam esse demiror. Quid minus mirum, quam ullam monstrosissimam bestiam urnam evertisse,* Sortes *dissipavisse? Et negant Historici, Lacedæmonius ullum ostentum hoc tristius accidisse.* Ubi salsè horum Historicorum credulitatem, imò stultitiam, ridet.

Addamus & hæc sequentia, quasi eidem inclusa parenthesi, quod scilicet simile quid huic Divinationis generi, partim & sequenti, occurrat in Divinationibus Arabum: uti in *Specimine suo Historiæ Arabum* narrat Clariss. Eduardus Pocockius: cujus verba hic non vereor adducere, præteritis iis quæ circa divisionem Cameli pulli; de sagittis notatis atque in sacculum conjectis, sive undecim sive pluribus, atque inde denuò extractis habet; quoniam hoc exemplum, quod adducere volui, & magis huic rei nobis propositæ convenit, & simul illustrandæ S. Scripturæ facit. Verba ejus igitur sunt hæc: *Generi isti Sortium Almaïser (ut vidimus) appellato, affine est etiam alterum (cujus antea incidit mentio)* الازلام *Alazlam dictum, hac differentiâ, quod prius illud partitioni hoc Divinationi potius inserviebat. Cujus hic fuisse perhibetur modus. Cum esset alicui, vel suscipiendum iter, vel ducenda uxor, vel aliud magni momenti negotium peragendum, sagittas, quas tres vasculo inclusas habebant, consulere solebant. Earum primæ inscriptum erat* Jussit me Dominus meus: *secundæ* Prohibuit me Dominus meus: *tertia autem nullâ notâ insignis erat. Harum unam manu extrahenti, si occurreret illa quæ juberet, alacri animo tanquam jubente Deo pergere, sin illa quæ vetaret, desistere; quod si ἀγράμματος illa, reponere, donec*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

donec prodiret, quæ vel jussu præiret, vel interdicto occurreret. Quibus post plura verba interposita idem Pocockius subjungit: *Certè quæ de hoc βελομαντείας genere vidimus, multum conferre videntur ad illustrandum locum istum* EZEK. XXI. 21. STETIT ENIM REX BABYLONIS IN BIVIO, IN CAPITE DUARUM VIARUM לקסם קסם קלקל בחצים שאל בתרפים: AD DIVINANDUM DIVINATIONEM, TERSIT SAGITTAS, ROGAVIT IMAGINES (vel ut vulgata DIVINATIONEM QUÆRENS, COMMISCENS SAGITTAS, INTERROGAVIT IDOLA, &c.) *Ad quem quæ affert Hieronymus mire concinunt cum iis, quæ de isto Arabum antiquorum more traduntur*: STABIT, *inquit*, IN IPSO COMPITO, ET RITU GENTIS SUÆ ORACULUM CONSULET, UT MITTAT SAGITTAS IN PHARETRAM ET COMMISCEAT EAS INSCRIPTAS, SIVE SIGNATAS NOMINIBUS SINGULORUM, UT VIDEAT CUJUS SAGITTA EXEAT, ET QUAM PRIUS CIVITATEM DEBEAT EXPUGNARE. *Ubi observare licet vocem* קלקל, *quæ alias* TERSIT, POLIVIT *reddi solet, ab Hieronymo notione* COMMISCENDI *explicari. Certè apud Arabes* قلقل *idem valet ac* حرك COMMOVIT *atque idem hîc denotare videtur quod* جعلها *apud ipsos in descriptione Sortilegii sui, scilicet* COMMOVERE, *vel* AGITARE, *ut confusè commisci possint Sortes.*

Hactenus Pocockius: ex quo plura, quam alias feciſſem, citavi, ut ratio quoque constaret, cur Hieronymus, ac versio vulgata hîc magis explicando Ezechieli faciant, quam aliæ aliorum versiones. Sed & quæ ex eodem Hieronymo non affert Pocockius, hic minime omittenda duco: quæ nempe ille notavit ad Hoseæ cap. 4. quæque inde adducta heic sequuntur: *Unde & Propheta quasi stupens & mirabundus*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

eloquitur : Populus meus , qui quondam meo vocabatur nomine , LIGNUM (NB.) INTERROGAVIT ET VIRGAM. *Quod genus divinationis Græci* ῥαβδομαντείαν *vocant. Unde in Ezechiele legimus, quod* VIRGAS *ſuas* MISCUERIT *Nabuchodonoſar contra Ammon & Jeruſalem, &* EXIERIT VIRGA *contra Jeruſalem.* Refer & huc, Lector, dum adhuc in eadem Parentheſi te verſari putas, ea quæ Tacitus de Germanis, in libro ſuo, de moribus hujus gentis, tradit. *Sortium conſuetudo ſimplex ; Virgam frugiferæ arbori deciſam in ſurculos amputant ; eoſque, notis quibuſdam diſcretos, ſuper candidam veſtem temerè ac fortuitò ſpargunt. Mox ſi publicè conſulatur, Sacerdos civitatis ; ſi privatim, ipſe paterfamiliæ , precatus Deos cœlumque ſuſpiciens, ter ſingulos tollit : ſublatos ſecundum impreſſam ante notam interpretatur. Si prohibuerunt, nulla de eâdem re in eundem diem conſultatio ; ſin permiſſum , auſpiciorum adhuc fides exigitur. Et illud quidem etiam & hîc notum, aviumvoces volatuſque interrogare.* In qua re admodum probabile eſt, ſurculos iſtos inter ſe , poſtquam ſublati fuerant, ſecundum eum ordinem, quo ſublati fuerant, ſibi invicem fuiſſe conjunctos , atque id quod inde componeretur, pro *Sorte* ſive *Oraculo* fuiſſe habitum.

Apud Scythas (quibus proculdubio Germani ortum debent) qualis divinationis forma locum habuerit (non multum videlicet à præcedenti abludens) ita narrat nobis lib. IV. Herodotus : Μάντιες δὲ Σκυθέων εἰσὶ πολλοὶ , οἱ μαντεύονται ῥάβδοισι ἰτιήσι πολλῇσι ὧδε· ἐπεὰν φακέλους ῥάβδων μεγάλους ἐνείκωνται , θέντες χαμαὶ , διεξελίσσουσι αὐτὰς· καὶ ἅμα μίαν ἑκάστην ῥάβδον πρὸς θέντες , θεωρίζουσι. ἅμα τε λέγοντες ταῦτα , συνειλέουσι τὰς ῥάβδους ὀπίσω , καὶ αὖτις ξῦ μίαν συνιθεῖσι. αὕτη μὲν τοῖσι ἡ μαντικὴ πατρωίη σφὶ ἐστί· οἱ δὲ Ἐναρέες καὶ οἱ Ἀνδρόγυνοι τὴν Ἀφροδίτην σφὶ λέγουσι μαντικὴν δόναι· φιλύρης ὦν φλοιῷ μαντεύονται , ἐπεὰν τὴν

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

τῷ φιλύρῳ τείχα σχίσῃ Δφωλέκων ἐν τοῖσι δακτύλοισι τοῖσι ἑωυτῶ, ϗ Δφλύων, λέξᾳ.

Apud eoſdem permulti ſunt vaticinatores, qui pluribus virgis ſalignis divinant, ad hunc modum; grandes virgarum faſces quum attulerunt, humi poſitos diſſolvunt ac ſeparatim ponentes illarum ſingulas, vaticinantur. Simulque dum hæc dicunt, virgas rurſum convolvunt (quas videlicet evolverant) & in unum componunt. Hæc eſt illis tradita à majoribus divinatio. Sed Enaries, qui & Androgyni, ajunt ſibi à Venere traditam divinationem, qui tiliæ fronde vaticinantur. Tiliam ubi quis trifariam ſciderit, digitis ſuis eam implicando ac reſolvendo tractat, atque in hunc modum vaticinatur.

Refer huc denique quæ de Alanis habet Ammianus Marcellinus lib. XXXI. hiſce verbis comprehenſa: *Futura miro præſagiunt modo: nam rectiores virgas fœminæ colligentes, eaſque cum incantamentis quibuſdam ſecretis præſtituto tempore diſcernentes, apertè quid portendetur norunt.* Quæ omnia ſatis benè conveniunt cum ῥαβδομαντείᾳ veterum Græcorum & Latinorum, ſed longè diverſis modis (licet veriſimile ſit, ab eadem origine,) exercitâ.

Homericarum Sortium è Templis Fatidicis datarum exempla admodum notabilia afferuntur ex Dione Chryſoſthomo in ſequenti mea Diſſertatione ſecunda.

Quin & Euripidearum Sortium è Templo, jam dicti Jovis Beli, datarum exemplum inveniet quoque ibi ablata: ne, ſcilicet, ſoli Epici Poëtæ tali gauderent auctoritate. Sibyllarum Sortes datæ ferè ubique occurrunt. At non ita frequenter Muſæi: ejus namque *Sortes* atque *Oracula* quoque adducuntur. Ita enim Pauſanias in Phocicis, quæ paulò altiùs repe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

tam : τὴν ἢ πληγὴν Ἀθηναῖοι τὴν ἐν Αἰγὸς ποταμοῖς ἀ μὴ ἓξ δικαίᾳ συμβῆναι σφίσιν ὁμολογῶσι. προδοθῆναι γὰρ ὑπὸ λῃήμασιν ὑπὸ τῶν στρατηγησάντων. Τυδέα ἢ εἶναι καὶ Ἀδείμαντον. καὶ ἐς ἀπόδειξιν ἓξ λόγου, Σιβύλλης παρέχονται τὰ λῃσμῶν.

Καὶ τότ' Ἀθηναίοισι βαρύσηνα κήδεα θήσῃ,
Ζεὺς ὑψιβρεμέτης, ὅσσῳ κράτει ἐστὶ μέγιστος.
Νηυσὶ φέρῃ πολέμοιο μάχην καὶ δηϊότητα
Ὀλλυμβρίοις δολερῆσι τεχνῃσι κακότητι νομήων.

Τὰ δὲ ἕτερα ἐκ Μουσαίου λῃσμῶν μνημονεύουσι,

Καὶ γὰρ Ἀθηναίοισι ἐπέρχεται ἄγελος, ὄμβρος,
Ἡγεμόνων κακότητι. φυλαφασίη δέ τις ἔσται,
Ἥτι γ' ἄλις ἡμύσουσι πόλιν, πίσυσι ἢ ποινῇ.

Cladem certè, quâ affecti sunt apud Ægospotamos Athenienses, dictitant illatam sibi non justo prælio, sed prætorum suorum proditione quos pecunia hostes corrupissent : [dona enim qui à Lysandro acceperant] illos Tydeum & Adimantum fuisse. Atque ejus testimonium ex Sibyllinis carminibus proferunt :

Ac tum Cecropidis luctum gemitusque ciebit
Jupiter altitonans, rerum cui summa potestas.
Navibus exitium, & crudelia funera bello
Ille feret, culpaque ducum dabit omnia pessum.

Alia verò ex Musæi Sortibus *commemorant :*

Et fera tempestas urgebit Cecrope cretos
Fraude ducum : sed certa aderunt solatia victis.
Namque urbem hostilem evertent, pœnasque reposcent.

Porrò, de Orphei Sortibus sive λογίων plura habet Proclus in Platonem : quæ ibi à curiosioribus indagari poterunt : licet inde

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

inde excerpta H. Stephanus illa *Poëſi* ſuæ Philoſophicæ (anno 1573. excuſæ) inſeruerit.

Quod attinet autem ad Sibyllarum Sortes, eæ potiſſimum inter Græcos, apud Sortilegos locum habuiſſe videntur. Quum ejuſmodi carmina quamplurima & per totam Græciam atque Italiam [de Libris Sibyllinis ſub arctiſſimâ cuſtodiâ XV. virorum habitis, ſub finem hujus primæ Diſſertationis loquar,] diſperſa venditarentur: de quibus Sybillinis paulò inferius quoque aliquid dicam, deque impoſturis per ipſa imperitæ Plebeculæ factis.

Non igitur ſolum (ut denuò revertamur in viam) per notas, ſive apertas, ſive occultas, *talis aliiſve inſtrumentis*, vel tabulæ ſeu menſæ inſcriptas, aut per integra verba, ſententiaſve integras: (ut in exemplo ex Livio adducto vidimus,) ſed & per integros verſus, ſive Virgilianos, ſive alios, *Sortes* reddebantur. Quod & ex iis, quæ de Hadriano ſuperius adduxi, patet, & ex jam mox ſequentibus fiet manifeſtum. Sic enim Capitolinus in vitâ Clodii Albini hæc ſequentia refert: *Quod cum ille* SORTEM *de fato ſuo* TOLLERET, his verſibus eidem dicitur eſſe reſponſum:

HIC REM ROMANAM, MAGNO TURBANTE TUMULTU,
SISTET EQUES, STERNET POENOS GALLUMQUE REBELLEM.

Sic & Lampridius de Alexandro Severo:

Huic ſors in templo Prænestinæ talis excidit, cum illi Heliogabalus inſidiaretur,

— SI QUA FATA ASPERA RUMPAS
TU MARCELLUS ERIS. —

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Ex quo posteriori exemplo videmus, & in Templo Prænestino non tantùm per talos priscarum literarum notis inscriptos, sed & per versus quoque (forsan & aliter quandoque) ac quidem Virgilianos, consulentibus fuisse responsum.

Sortes autem hæ sequentes Alexandro datæ, an è Templo Fortunæ Prænestinæ emanarint, an vero aliter ipsi obvenerint incertum est. Imo potius existimem has nullo è Templo emanâsse, priores saltem, quæ Græcè redditæ fuerunt. Sunt vero eæ quas idem Lampridius, paginis aliquot interjectis, affert hunc in modum: *Ipse, quum Vatem consuleret de futuris, hos accepisse dicitur versus adhuc parvulus: & primis quidem Sortibus,*

TE MANET IMPERIUM COELI, TERRÆQUE MARISQUE:

Intellectum est, quod inter divos etiam referretur.

TE MANET IMPERIUM QUOD TENET IMPERIUM:

Ex quo intellectum est, Romani illum Imperii Principem futurum. Nam ubi est Imperium nisi apud Romanos, quod tenet Imperium? Et hæc (NB.) *quidem de Græcis versibus sunt prodita. Ipse autem quum parentis hortatu animum à Philosophiâ & Musicâ ad alias artes traduceret,* VIRGILII SORTIBUS *hujusmodi illustratus est,*

EXCUDENT ALII SPIRANTIA MOLLIUS ÆRA,
CREDO EQUIDEM, VIVOS DUCENT DE MARMORE VULTUS,
ORABUNT CAUSAS MELIUS, COELIQUE MEATUS
DESCRIBENT RADIO, ET SURGENTIA SIDERA DUCENT:

TU

TU REGERE IMPERIO POPULOS ROMANE MEMENTO.
HÆ TIBI ERUNT ARTES, PACIQUE IMPONERE MOREM,
PARCERE SUBJECTIS, ET DEBELLARE SUPERBOS.

Et hæ posteriores fartan nullo è Templo redditæ fuerunt, sed à Vatibus aut *Sortilegis* (*Ceretanos* hodie eos vocant Itali) qui Romæ aut in Triviis aut in Circo per talia artificia simplici, ac credulo ex superstitione, illudebant popello, atque imprimis (ut adhuc hodie pueris ac puellis, de fortuna circa conjugia sua, aut alia, nimis inconsideratè curiosis, hujusmodi impostores imponunt.) Tales enim homines & Homericis & Virgilianis (aliisque versibus) usos, occasione superstitionis inveteratæ erga hosce maximi nominis Poëtas Homerum, Hesiodum, Euripidem, Virgilium, Ovidium; qui & ipsi de se canerent: *Est Deus in nobis, agitante calescimus illo, &c.* sibique nomen Vatis imponerent; quasi à Musis (uti quoque perhibebant) edocti, ea quæ canebant prompsissent: præsertim cum etiam viderent in Templo Prænestino, uti & in aliis, per talium Poëtarum (saltem Virgilii) versus redditas *Sortes*, mihi quam maximè verisimile fit.

Sed priusquam ad illas *Sortes*, quæ per *Sortilegos* edebantur progrediar, singularem admodum modum consulendi *Sortes*, imò & eas fabricandi, adducam ex Ammiano Marcellino: qui libro 29. & 31. tradit hæc sequentia: *Et prior Hilarius, Construximus, [inquit,] magnifici judices, ad* CORTINÆ *similitudinem* DELPHICÆ, *diris auspiciis, de laureis virgulis, infaustam hanc mensulam, quam videtis: & imprecationibus carminum secretorum, choragiisque multis ac diuturnis ritualiter consecratam movimus tandem. Mo-*

vendi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

vendi autem, quoties super rebus arcanis consulebatur, erat institutio talis. Conlocabatur in medio domus emaculatæ odoribus Arabicis, undiqne lance rotunda, puræ superposita, ex diversis Metallicis materiis fabrefacta: cujus in ambitu rotunditatis extremo elementorum viginti quatuor scriptiles formæ incisæ peritè, disjungebantur, spatiis examinatæ dimensis. Has linteis quidam indumentis amictus, calceatusque itidem linteis soccis, torulo capite circumflexo, verbenas felicis arboris gestans, litato conceptis carminibus numine præscitionum auctore, cæremoniali scientia superstitit, PENSILEM ANULUM LIBRANS ARCTUM *ex Carpathio filo perquam levi, mysticis disciplinis initiatum:* [NB. Notetur hîc Dactylomanteia in Sortibus] QUI PER INTERVALLA DISTINCTA RETINENTIBUS SINGULIS LITERIS INCIDENS SALTUATIM, HEROOS EFFICIT VERSUS INTERROGATIONIBUS CONSONOS, AD NUMEROS ET MODOS PLENE CONCLUSOS, *quales leguntur Pythici, vel ex Oraculis editi Branchidarum. Ibi tum quærentibus nobis, qui præsenti succedet Imperio, quoniam omni parte expolitus fore memorabatur,* ADSILIENS ANULUS DUAS PERSTRINXERAT SYLLABAS: *& cum adjectione literæ postremâ, exclamavit præsentium quidam, Theodorum præscribente fatali necessitate portendi. Nec ultra super negotio est exploratum; satis enim apud nos constabat, hunc esse qui poscebatur. Cumque totius rei notitiam ita signatè sub oculis judicum subjecisset, adjecit benevolè, id Theodorum penitus ignorare. Post hæc interrogati an ex fide* SORTIUM, *quas agitabant, ea præscierint quæ sustinerent, versus illos notissimos ediderunt, clarè pronuntiantes capitalem eis hanc operam scrutandi sublimiora citò futuram: nihilominus tamen ipsi quoque cum cognitoribus Principi cædes incendiaque flagitantes furias imminere: quorum tres ponere sufficiet ultimos.*

'Ov

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Οὐ μὴν ἀτιμητέον γε τὸν ἔπειτα αἶμα, καὶ αὐτοῖς
Τιτιφύνη βαρύμηνις ἐφοιτήσασ' κακὸν οἶτον,
Ἐν πεδίοισι Μίμαντος αἴλα καλομβρίοις κάρ.

Libro 31. de hâc eadem re : *Illud autem præteriri non convenit, quod cum Oraculo Tripodis, quem moviſſe Patricium docuimus & Hilarium, tres verſus illos fatidicos comperiſſet, quorum ultimus eſt*

Ἐν πεδίοισι Μίμαντος αἴλα καλομβρίοις κάρ,

Hoc, ut erat inconſummatus & rudis, inter initia contemnebat; proceſſu verò luctuum maximorum abjectè etiam timidus, ejuſdem SORTIS *recordatione Aſiæ nomen horrebat : ubi Erythræo oppido ſuppoſitum montem Mimanta & Homerum ſcripſiſſe, & Tullium, doctis referentibus, audiebat.*

In hac hiſtoria videmus & ſingularem modum *Sortium*, & eas ſic per privatos quandoque artibus magicis (prætenſis) concinnatas : denique (quod etiam Turnebus libro 5. Adverſariorum oſtendit, & ex præcedentibus ſatis eluceſcit.) vocem *Sortes* (in plurali numero,) pro teſſeris, annulis ſimilibuſque ſumi inſtrumentis, *Sors* vero in ſingulari, pro ipſo Oraculo ſeu reſponſo per Sortes dato, capi.

Per *Sortilegos*, *Agyrtas*, ac *circumforaneos*, ut modo monuimus, (uti per eos, hodie quos *Cerotanos* vocant Itali, exercetur, lucri gratiâ, χειρομαντεία, ac μετωποσκοπία) etiam in triviis atque aliis locis publicis, proſtantes, Divinationes peragebant, ac Sortes tollebant creduli homines. Qui *Sortilegi* Romæ quoque in Circo, ad aggerem ſeu ſpinam Circi, atque ibi *ad Phalas Delphinorumque columnas*, ut Juvenalis loquitur, impoſturas ſuas ac præſtigias venditabant. His erat tabella, in quibus verſus fatidici erant deſcripti, atque in ea,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

talorum arbritrante jactu, divinationes peragebant, quæ tabella, ut Celeber. Is. Causaubonus optimè (ad Historias Augustas) notat, Græcis vocabatur πίναξ ἀγυρτικὸς, sive ἀγυρτικὴ σανὶς. *Agyrtæ* enim tales vocabantur impostores, qui credulo popello, ac pueris & mulierculis inprimis, per talia, in proprium lucrum, illudebant. Hinc apud Suidam inter alia (in voce ἀγύρτης, ubi antea ἀγύρτιν vocaverat μάντιν,) habemus: ἐμέμφετο αὐτὸ τὸ περὶ τὰς μαντείας ἐπτοημένον, καὶ βυλόμενον ἀεὶ τοῖς ἀγύρταις ἐπιτρέπειν τὰ οἰκεία πράγματα. *In ipso accusabatur quod attonitus quasi hæreret circa Oracula, ac perpetuo* AGYRTIS, *sive* SORTILEGIS CIRCUMFORANEIS *rei familiaris suæ fortunas committeret.* Iis autem quæ jam attuli illustrandis, non malè faciunt etiam quæ habent Tibullus ac Juvenalis Poëtæ. Quorum primus lib. I. Eleg. 3. ita canit:

Illa Sacras pueri SORTES *ter sustulit. Illi*
Rettulit E TRIVIIS *omnia certa puer.*

Sive quod pueris administrantibus, Sortesque, (ad imitationem Sortium Prænestinarum) extrahentibus, hæc peragerentur: sive quod puer missus à Delia ad Sortes consulendas talia ipsi nuntiaverit; (de pueris pro semetipsis consulentibus exemplum habemus in Alexandro Severo adhuc parvulo Virgilianas Sortes consulente) sive quod etiam per pueros, (uti apud nos sæpè in encæniarum festis pueri tabulas lusorias ferè ad modum antiquarum πινάκων ἀγυρτικῶν compositas exponunt ac dirigunt) eæ administrarentur. Quod non malè elici videtur ex verbis: *Illa Sacras pueri* SORTES TER SUSTULIT, quasi puero Sortes agitante ipsa Delia illas sustulerit. Puellæ enim ac mulieres Romanæ huic rei maximè deditæ erant, uti videri potest ex hisce Juvenalis versibus, quibus & loci ubi potissimum hujusmodi Vates ac Sortilegi morabantur, describuntur:

Si

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Si mediocris erit, ſpatium luſtrabit utrumque
Metarum, & SORTES DUCET, frontemque manumque
Præbebit vati crebrum popyſma roganti.
Divitibus reſponſa dabit Phryx augur, & Indus
Conductus dabit, aſtrorum mundique peritus;
Atque aliquis ſenior qui publica fulgura condit.
Plebejum in CIRCO *poſitum eſt &* IN AGGERE *fatum.*
Quæ nullis longum oſtendit cervicibus aurum,
Conſulit ANTE PHALAS, DELPHINORUMQUE COLUMNAS,
An ſaga vendenti nubat caupone relicto.

Niſi fortè hæc Delia, de qua Tibullus, & per ſeipſam, & etiam per puerum ſeorſim, Sortilegos iſtos conſuluerit; ob verba hæc ſequentia:

Illi
Rettulit è triviis omnia certa puer.

Ad pinacia illa & talos, ſive calculos modumque per ea inſtrumenta vaticinandi, ſpectat & Epigramma incerti Auctoris, quod habetur lib. 2. titulo 5. in Aſtrologos; quo non illepide hujuſmodi irridentur vates, ut & illi qui tales de futuris conſulebant.

Καλλιγλώης ἀγροῖκος ὅτε πτόρον ἔμβαλε γαίῃ,
Οἶκον Ἀελιοφάνης ἦλθεν εἰς ἀστρολόγου,
Ἦτει δ' ἐξερεείνων εἰ θῆρος αἴσιον αὐτῷ
Ἔσται, ἢ ἰσχύων ἄφθονος ἄπεστι.
Ὁς ἢ λαβὼν ψηφῖδας, ἰσῆρ πίνακός τε πυκάζων,
Δάκτυλά τε γναμπτῶν, φθέγξατο Καλλιγλώῃ,
Εἴπερ ἐπομβρηθῇ τὸ ἀρύελον ὅσον ἀπόχρη,
Μηδὲ πυ ὑλαίῃ πέξεται ἀνθοσυλίῃ,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Μηδὲ πάγος ῥήξῃ τὸν αὔλακα, μηδὲ χαλάζῃ
Ἄκρον ἀποδρυφθῇ δεξάγματος ἐρνυμφύτου,
Μηδὲ νεβροὶ κείρωσι τὰ λήϊα, μηδέ τιν' ἄλλων
Ἥρως ἢ χαίης ὄψεται ἀμπλακίων,
Ἐθλόν σοι τὸν θέρος μαντεύομαι, εὖ δ' ἀποκόψεις
Τὰς σάχυας· μάνας δείδιθι τὰς ἀκρίδας.

Ruſticus Calligenes quum jam ſemina terræ committeret
Adibat ædes Aſtrologi Ariſtophanis:
Petebatque ut ſibi prædiceret, num æſtas ſibi bona ac proficua foret,
Magnaque ariſtarum abundantia proventura.
Sed ille ARREPTIS CALCULIS, IISQUE SUPER MENSAM CREBRIUS CONJECTIS DIGITISQUE [NUMERATO] INFLEXIS *loquebatur [ita] Calligeni:*
Si ager [tuus] quantum ſatis fuerit imbre madeſcat,
Neque è contra zizaniis nimis efflореſcat,
Neque gelu corrumpat ſulcos, neque grandine
Jam ſurgentis ſegetis ſumma dilacerentur,
Neque hinnuli depaſcant ſata, neque aliqua alia
Aëris aut telluris vitia patiantur ea,
Prædico tibi bonam meſſem; ac feliciter ariſtas demetes.
Solas tamen timeas locuſtas.

Neque minus accurate ſanè conjectaverat ille de quo Lucillius (cujus omnia fere ſcoptica) cecinit hæc ſequentia:

Πρὸς τ' μάντιν Ὄλυμπον Ὀνήσιμος ἦλθ' ὁ παλαιστὴς,
Καὶ πένταθλος Ἴτλας, ὃ ταδιοὺς Μενεκλῆς,
Τίς μέλλοι νικᾶν αὐτῶν τ' ἀγῶνα, θέλοντες
Γνῶναι. κἀκεῖνος τοῖς ἱεροῖς ἐνιδών,
Πάντες, ἔφη, νικᾶτε, μόνον μήτις σε παρέλθῃ,
Καί σε καταιρέψῃ, ἢ σὲ ποδαρχάσῃ.

Adi-

legi aliique ſcurræ in Circo, bique popello illudentes.

N. 7.

Ircus Maximus.
In eo oppidum.
dium.
Mœnia.
ger.
eliſcus.
a, Phalæ, Delphinorumque columnæ.
dææ fatiloquæ Juvenalis.
Mathematici.
urra Iſidis.
rtilegi.
rræ Anubis.
ryx Augur.
erpres ſomniorum.
nagenus haruſpex.
rræ Magnæ Matris.
tiſtes quaſi Dodonæa.
hemeridum Interpretes.
aldæus Aſtrologus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
366 F 33

N. 7. Pag 308.

Sortilegi aliique ſcurræ in Circo, alibique popello illudentes.

1. *Circus Maximus.*
2. *In eo oppidum.*
3. *Podium.*
4. *Mœnia.*
5. *Agger.*
6. *Obeliſcus.*
7. *Ova, Phalæ, Delphinorumque columnæ.*
8. *Judææ fatiloquæ Juvenalis.*
9. *Mathematici.*
10. *Scurra Iſidis.*
11. *Sortilegi.*
12. *Scurræ Anubis.*
13. *Phryx Augur.*
14. *Interpres ſomniorum.*
15. *Comagenus haruſpex.*
16. *Scurræ Magnæ Matris.*
17. *Antiſtes quaſi Dodonæa.*
18. *Ephemeridum Interpretes.*
19. *Chaldæus Aſtrologus.*

Early European Books. Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
Doos F 33

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
366 F 33

Adibant unà Vatem [nomine] Olympium
Oneſimus luctator, Hylas quinquertio, & ſtadii curſor
Menecles,
Volentes ſcire quis ex ipſorum numero certaminis victor
evaderet.
Atqui ille INSPECTIS SACRIS [LIBELLIS]
Dicebat, vos omnes vincetis: ſi modo nemo te præter-
currat,
Aut te ſupplantet, aut te curru prætervehat.

Unde non abſona hiſce Ennius, apud Ciceronem cecinit:

Non VICARIOS *auruſpices, non* DE CIRCO *aſtrologos:*
Non Iſiacos conjectores, non interpretes ſomnium.
Non enim ſciunt hi; aut arte aut divina ſcientia:
Sed ſuperſtitioſi vates, impudenteſque arioli.
Aut inertes, aut inſani, aut quibus egeſtas imperat:
Qui ſibi ſemitam non ſapiunt, alteri monſtrant viam.
Quibus divitias pollicentur, ab iis drachmam ipſi petunt,
De his divitiis ſibi deducant drachmam, reddat cætera.

Per vicos atque oppida quoque tales impoſtores circuibant, ſuaſque *Divinationes* ac *Sortes* venditabant, atque omnibus inceptis ac ſucceſſibus adaptabant. Ita enim de iſtis Plutarchus in libello cui titulus: *Cur nunc Pythia non reddat Oracula carmine:* πλείσης μέντοι ποιητικῆς ἐνέπλησεν ἀδοξίας τὸ ἀγυρτικὸν καὶ ἀγοραῖον καὶ φορτικὸν τῆς μητρῴας καὶ σεμνείας βωμόλοχον καὶ πλανώμενον γένος, οἱ μὲν αὐτόθεν, οἱ δὲ κατὰ κλῆρον ἔκ τινων γραμματίων, χρησμοὺς περιφέροντες οἰκέταις καὶ γυναίοις, ὑπὸ τῶν μέτρων ἀγομένους μᾶλλον καὶ τοῦ ποιητικοῦ τῶν ὀνομάτων. ὅθεν οὐκ ἤκιστα ποιητικὴ δοκοῦσα κοινὸν ἐμπαρέχειν ἑαυτὴν ἀπατεῶσι καὶ γόησιν ἀνθρώποις καὶ ψυδομάντεσιν, ἐξέπεσε τῆς ἀληθείας καὶ τοῦ τρίποδος.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Maximam Poëſi infamiam paraverunt CIRCUMFORANEI *illi &* CIRCULATORES, *&* SCURRÆ MAGNÆ MATRIS DEORUM *ac* SERAPIDIS *vagi : quorum alii ex tempore, alii* SORTE QUADAM EX QUIBUSDAM LIBELLIS, *Oracula dabant ſervis & mulierculis ; quas maximè numeri & nomina Poëtica moverent. Quæ non minima fuit cauſa, cur Poëtica, tanquam communem ſe quæ videretur præbere impoſtoribus & præſtigiatoribus ac falſis vatibus, veritate & Tripode arceretur.*

Videmus quoque tam ex ſuperius allatis, quam ex jam nunc ſequentibus, quod non Homerici verſus, aut Virgiliani ſolum, aut alii; ſive aliorum Poëtarum, ſive ab ipſis Antiſtitibus conficti, huic negotio accommodati fuerint : verum & verſus, prætenſi, *Sibyllarum.* Unde Plutarchus in vita Ciceronis ita de Lentulo loquitur : Τοῦτον ὄντα τῇ φύσει πιστὸν, κεκινημένον ὑπὸ τῆς Καιλίνα, προσδιέφθειραν ἐλπίσι κεναῖς ψευδομάντεις καὶ γόητες, ἔπη πεπλασμένα καὶ λῆρους ἄδοντες. ὡς ὁπὸ τῶν Σιβυλλείων προθηλῦναι εἱμαρμένους εἶναι τῇ Ῥώμῃ Κορνηλίους τρεῖς μοναρχους ὧν δύο μὲν ἤδη πεπληρωκέναι τὸ λῆρον, Κίνναν τε καὶ Σύλλαν, τέτῳ δ' λοιπῷ Κορνηλίῳ ἐκείνῳ φέρονται τὴν μοναρχίαν ἥκειν τὸ δαίμονα, καὶ δεῖν πάντως δέχεσθαι, ἢ μὴ διαφθείρειν μέλλοντα τὸν καιρὸν, ὥσπερ Καιλίνας.

Tali hunc ingenio, & à Catilinâ incenſum, vani inſuper vates & præſtigiatores ſpe dementaverant inani, carmina conficta & SORTES *canentes,* QUASI EX LIBRIS SIBYLLINIS *prænuntiantes in fatis eſſe ut tres Cornelii Romæ rerum potirentur ; eorum duos fatum jam impleſſe, Cinnam & Syllam : tertio, qui ſupereſſet, Cornelio Deos ipſi dominationem deferre, quin ſuſciperet, nec cunctando, ſicut Catilina, corrumperet opportunitatem.*

Hinc Saluſtius, in Conſpiratione Catilinaria: *Ad Lentulum diſſimulantem coarguunt, præter literas, ſermonibus, quos*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

quos ille habere ſolitus erat, ex LIBRIS SIBYLLINIS *Regnum Romæ tribus Corneliis portendi : Cinnam atque Syllam antea : ſe tertium eſſe cui fatum foret urbis potiri.* Hæc enim non ex iſtis libris fuiſſe accepta, qui tam religioſa ſub cuſtodia in Capitolio cuſtodiebantur ; ſed à Sortilegis eorumve ſimilibus, vel alias in totum fuiſſe conficta, ex iis quæ ſub finem hujus Diſſertationis dicturus ſum, ſatis clarè pateſcet.

An autem primo (ut vult Joan. Argolus, in notis ad Onuphrium de ludis Circenſibus) Carmina illa prætenſa Sibyllina hujuſmodi *Sortibus* fuerint deſtinata, poſtea vero carmina Poëtarum, ut Vatum quoque, aut ab iis parum diſtantium ; quamvis id quidem incertum (licet admodum veriſimile) ſit : id tamen apparet ex Plutarcho, ea ante Virgilii ætatem ab aliquibus ad id uſurpata fuiſſe.

Hæc Carmina quippe per totam Græciam, Africam, alias-que regiones, erant diſperſa : nec ſolum Sibyllina, ſed & alia fatidica ; uti ex Suetonio ac Tacito diſcimus. Quorum primus in vita Auguſti, cap. 31. ait : *Quidquid* FATIDICORUM LIBRORUM *Græci Latinique generis, nullis vel parum idoneis auctoribus vulgò ferebatur, ſupra duo millia undique contracta cremavit : ac ſolos retinuit* SIBYLLINOS : *hos quoque delectu habito : condiditque duobus ſorulis auratis ſub Palatini Apollinis baſi.*

Poſterior Annalium lib. VI. *Relatum inde ad Patres à Quinctiliano tribunoplebei de* LIBRO SIBYLLÆ, *quem Caninius Gallus quindecimvir recipi inter cæteros ejuſdem vatis, & eâ de re Senatusconſultum poſtulaverat. quo per diſceſſionem facto, miſit literas Cæſar modicè tribunum increpans, ignarum antiqui moris ob juventam : Gallo exprobrabat, quod ſcientiæ cærimoniarumque vetus, incerto auctore, ante ſententiam collegii, non, ut aſſolet ; lecto per*

Ma-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Magiſtros æſtimatoque carmine, apud infrequentem Senatum egiſſet. Simul commonefecit, quia MULTA VANA SUB NOMINE CELEBRI VULGABANTUR, *ſanxiſſe Auguſtum, quem intra diem ad Prætorem urbanum deferrentur, neque habere privatim liceret, quod à majoribus quoque decretum erat, poſt exuſtum* [*Sociali bello* ſubſtituit in commentario Lipſius] *Civili bello Capitolium, quæſitis Samo, Ilio, Erythris, per Africam etiam ac Siciliam & Italicas colonias carminibus Sibullæ;* UNA SEU PLURES FUERE; *datoque Sacerdotibus negotio, quantum humanâ ope potuiſſent, vera diſcernere. Igitur tunc quoque notioni quindecimvirûm is liber ſubjicitur.* Quamvis autem Auguſtus edicto ſanxerat, ut nemini ea privatim habere liceret, minime tamen veriſimile eſt, ſic omnia exemplaria fuiſſe tradita; ſed plurimos homines tales libros clam apud ſe ſervaviſſe: cujus rei clarum indicium ille ipſe liber, de quo Caninius Gallus, ut inter cæteros reciperetur, poſtulaverat: nec minus id quod Dio lib. 57. de Tiberio narrat, in hunc modum: Λόγιόν τε τι ὡς καὶ Σιβύλλειον, ἀλλως μὲν τῷ τ' πόλεως ξένῳ προσῆκον, ὡς ὃ τὰ παρόντα ἀδόμενον, ἐκ ἡσυχῆ σφᾶς ἐκίνει. ἔλεγε δὲ ὅτι,

Τελὸς ὃ τριηκοσίων προπελλομένων ἐνιαυτῶν,
Ῥωμαίους ἔμφυλος ὀλεῖ στάσις, ἡ Συβαρίτις
Ἀφροσυνή.

Ὁ μὲν Τιβέριος ταῦτά τε ἔπη ὡς καὶ ψευδῆ, ὄντα διέβαλλε, καὶ τὰ βιβλία πάντα μανιείων τινὰ ἔχοντα ἐπεσκέψατο. καὶ τὰ μὲν ὡς ἀδένος ἄξια ἀπέκρινε, τὰ δὲ ἐνέκρινε.

Neque parum movit animos hominum Oraculum quoddam pro Sibyllino habitum, nihil quidem ad urbis iſtæc, ſed ad noſtra tempora pertinens, in hanc ſententiam:

Aſt ter trecentum revolutis protinus annis
Roma inteſtinâ perdetur ſeditione,
Luxus & exitium Sybariticus afferet urbi.

Hoc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Hoc carmen Tiberius ut falsum cavillatus, OMNES LIBROS, QUI VATICINIORUM ALIQUID CONTINERENT, *inspexit, & ex iis alios ceu nullius momenti, reprobavit; alios in probatorum numerum recepit.*

Operæ pretium mihi videtur hîc annectere, quomodo idem illud Oraculum tempore Neronis post urbis incendium, à populo isti tunc rerum atque urbis statui, ipsique adeò Neroni, fuerit applicatum. Ita enim idem Dio, seu potius ipsius abbreviator Xiphilinus: ὁ μέντοι δῆμος οὐκ ἔστιν ὅτε ἀ τῷ Νέρωνι ἠράτο, τὸ μὲν ὄνομα αὐτοῦ μὴ ὑπολέγων, ἄλλως δὲ τοῖς τὴν πόλιν ἐμπρήσασι καταρώμενοι, καὶ μάλιστα ὅτι αὐτὸς ἡ μνήμη τοῦ λογίου τοῦ τῷ Τιβέριον ποτὲ ἀδομένου ἐθορύβει· ἦν δὲ τοῦτο,

Τρὶς δὲ τριηκοσίων περιτελλομένων ἐνιαυτῶν.
Ῥωμαίοις ἔμφυλος ὀλεῖ στάσις.

Ἐπειδή τε ὁ Νέρων παρεμυθήσατο αὐτούς, ἀδαμοῦ πάντα τὰ ἔπη ἀνεκάλεσε, μεταβαλόντες ἕτερον λόγιον, ὡς καὶ Σιβύλλειον ὄντως ὄν, ᾠδον. ἔστι δὲ τοῦτο,

Ἕκτος Αἰνειαδῶν μητρόκτονος ἡγεμονεύσει.

Καὶ ἔσχεν ἄτως, εἴτε καὶ ὡς ἀληθῶς θεομανείᾳ τινὶ προσελεχθέν, εἴτε καὶ ὅτε ὑπὸ τοῦ ὁμίλου πρὸς τὰ παρόντα θειασθέν. τελευταῖος γοῦν τῶν Ἰουλίων τῶν ἀπὸ Αἰνείου γεγονότων ἐμονάρχησε.

Tum populus Neroni omnia mala precari: non quod nomen ejus nominaret, sed quod exectaretur eos, qui urbem incendissent. Inprimis omnes commovebat recordatio Oraculi, quod decantatum fuerat Tiberii temporibus. Id erat,

At ter tercentum revolutis protinus annis,
Roma intestinâ perdetur seditione.

Quumque Nero, populi consolandi causâ, hos versus nus-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

quam repertos esse diceret, mutatâ sententiâ aliud Oraculum, UT VERE SIBYLLINUM *canere cœperunt;*

Ultimus Æneadum matrem necat induperator.

Id quid accidit, SIVE VERE PRÆDICTUM DIVINO ORACULO, SIVE TUNC A PLEBE, QUASI DIVINO INSTINCTU DE PRÆSENTI RERUM STATU PROLATUM.

Quum igitur illa prætensa Sibyllarum carmina à pluribus diversis auctoribus conficta (ut ab aliis dudum liquidò ostensum fuit, sic ut minimè opus sit hoc à me hèic ulterius ostendi) conservarentur; ac subinde de novo ab aliquibus confingerentur, uti non obscurè ex modo adducto Dione patet; non mirum est Vates, Sortilegos, atque ipsos in Templis Fatidicis Sacerdotes, ut majoris imò maximæ auctoritatis, sub persona Apollinis (qui eorum primus Auctor perhibebatur) vel alterius Dei, illa pro responsis divinis populo venditasse. Quibus demum magis magisque populo, (qui hinc inde eorum aliquid adhuc possidebat) subtractis, verisimile admodum est, eos sensim eorum Poëtarum, qui maximæ auctoritatis atque honoris essent, versus substituisse: atque hinc natas *Sortes* illas Homericas, Virgilianas, Euripideas, &c.

Hæc autem Divinatio per *Sortes*, quæ per Carmina, sive Sibyllarum: sive aliorum Poëtarum dabantur, fiebat aut ejusmodi artificiis; qualia nunc fuere proposita, aut per aperturam codicis hujus illiusve vatis seu Poëtæ, cujus versus in hac re præstigiatores isti sibi maximè usui fore existimabant. Quod, puto clarum fit ex verbis istis Augustini quæ habet lib. IV. Confessionum cap. 3. *A quo ego cum quæsiviſſem, ait, quâ ex causâ hoc fieret, ut multa vera à Planetariis pronunciarentur; respondit ille ut potuit, vim Sortis hoc facere, in rerum naturâ usquequaque diffusam. Si enim* (NB.) DE

PAGI-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

PAGINIS POETÆ CUJUSPIAM *longè aliud canentis atque intendentis, cum* SORTEM *quis* CONSULUIT, *mirabiliter consonus negotio sæpè* VERSUS EXIRET; *mirandum non esse, &c.*

Hinc quoque, si tales Vaticinationes ex libris Homericis instituerentur atque peragerentur, ii qui hoc agebant vocabantur ῥαψωδομάντεις; res verò ipsa ῥαψωδομαντεία, vel ῥαψωδομαντικὴ. denominatione, apud Græcos, factâ à nomine Homericis Poëmatibus impositio.

Ex verbis verò Augustini: *Si enim de paginis Poëtæ cujuspiam, &c.* non malè, meo judicio conjicitur, etiam ex aliis Poëtis præter jam nominatos, talia quibusdam fuisse usitata: quamquam nihil certi de hac re affirmare velim, propter auctoritatem Musæi, Homeri, Virgilii, Euripidis, ac Sibyllarum, extra omnem aleam, ratione aliorum, positam: unde longè majori cum veneratione illorum, in hunc finem, fiebat apertio & inspectio.

Tales revera stultas superstitiones locum habuisse inter Ethnicos, vera ac sana Theologia, verâque religione ac pietate orbatos, non multum mirabuntur multi; at magis, puto, eas, etiam per multa secula, obtinuisse in populo Christiano: nec solum iis addictos fuisse hinc inde aliquos è fece vulgi; sed plures ex primariis Christianismi Antistitibus, imò & ipsum Augustinum, quod ex hisce nunc sequentibus patebit.

Audiamus tamen antea, quid jam dictus Augustinus, in Epistola sua ad Januarium (quæ 119. numero est) de hac re sentiat. In illa autem loquitur hoc modo: *Hi verò qui de paginis Euangelicis* SORTES LEGUNT, *etsi optandum est, ut hoc potius faciant, quam ut ad Dæmonia consulenda concurrant; tamen etiam ista mihi displicet consuetudo* (NB.) AD NEGOTIA SECULARIA, *&* AD VITÆ HUJUS VANITATEM, *propter aliam vitam loquentia Oracula divina velle convertere.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Forsan aliquis ex hisce Augustini verbis colliget, eum improbare istum morem. Improbat quidem: at solum quatenus *ad negotia secularia, &c.* hic divinandi modus applicabatur; non vero improbat, si in Spiritualibus, seu religionis ac pietatis negotiis, talis institueretur, per *Sortes Euangelicas* divinatio; quod claresçet ex ipsius Augustini exemplo, posteaquam ostendero, quali modo ac methodo hæc perageretur divinatio. Sic autem de eâ Gregorius Turonensis lib. IV. tmem. 16. *Positis Clerici tribus libris super altarium, id est,* Prophetiæ, Apostoli atque Euangeliorum, *oraverunt ad Dominum, ut Christiano, quid eveniret ostenderet.* Ac paulò post: Aperto igitur, *primò omnium* Prophetarum libro *invenerunt,* Auferam Maceriem ejus. [Id factum esse Kramno Clotharii Regis filio, à Divionensi Clero, jam dictus Gregorius testatur.] Nempe talis erat ipsis agendi modus; si primo libro, Euangeliorum videlicet, aperto, in pagina sic ipsis oblatâ, aliquid quod ad scopum faceret, aut facere saltem videretur, non occurreret, aperiebant secundum, Epistolarum scilicet Apostolicarum. Si neque in secundo hoc volumine tale quid, post apertum librum, primo intuitu ipsis obvenisset, aperiebant & tertium. Quod magis adhuc patet ex iis quæ apud eundem Scriptorem inveniuntur, lib. 5. *Ego vero reserato* Salomonis libro, *versiculum qui primus occurrit, arripui; qui hæc continebat:* Oculum qui adversus adspexerit patrem, &c. Atque iterum paulò inferius: *Post hæc continuato triduo in jejuniis vigiliisque atque Orationibus, ad beatum tumulum iterum accedens, revolvit* Librum *qui erat* Regum: *versus autem primæ paginæ quam reseravit hic erat:* Pro eo quod dereliquistis Dominum Deum, &c.

Ex quibus Gregorii verbis hæc sequentia sunt notanda. Primo.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
366 F 33

mo. Quandoque plures, quandoque tantùm unicum librum, ſeu volumen ad tales divinationes uſurpatum. Secundò. Quoſcunque libros Biblicos ad eam rem, pro lubitu aut ſuperſtitione eorum, qui illam peragebant, fuiſſe aſſumptos. 3. Hos non apertos fuiſſe niſi antea Orationes (nonnunquam & præviis jejuniis ac pervigiliis,) ad Dominum fuſæ fuiſſent: proculdubio, ut ille Sacras haſce Sortes dirigere dignaretur. 4. Verſiculum qui primus, jam aperto libro, oculis occurreret, pro *Sorte*, ſive Divino Oraculo, veniſſe: modo, uti ſuperius dictum, aliquid contineret, vel continere videretur, quod ad rem illam, ſuper qua fiebat hæc per Sortes divinatio, pertinebat.

Hæc verò non ſolum in Templis, atque ibi per Clericos, fiebant: ſed & alibi & ubicunque ferè locorum; imò & per Sortilegos, lucri cauſâ, (uti apud Romanos Sortilegi faciebant) inſtituebantur. Hinc, puto, Iſidorus: *Sortilegi ſunt qui ſub nomine fictæ religionis, per quaſdam, quas* SANCTORUM SORTES *vocant, divinationis ſcientiam profitentur, aut* (NB.) QUARUMCUNQUE SCRIPTURARUM INSPECTIONE *futura promittunt.*

Quæ Iſidori poſtrema verba etiam illa quæ ex Auguſtino ac Gregorio Turonenſi adduxi, illuſtrant. Illa autem quæ de *Sanctorum* Sortibus loquitur, inferius forſan etiam, ut de iis latius aliquid dicamus, locum invenient. Nunc vero ad alias *Sortes Chriſtianorum*. Ac primo conſideremus quæ in Martyrologio habet Metaphraſtes, in Octobri, ubi loquitur de Cypriano ad fidem converſo, quæ hæc ſunt: Εἰσιὼν τοίνυν εἰς τὸ κυβερνεῖον, δεξιὸν ἐπιείπετο σύμβολον τὸ εἰς τὸν ναὸν εἰσόδου, εἰ τῷ σκοπῷ αὐτοῦ καὶ τὰ τῆς ἀκροάσεως ῥήματα συμβαίνοντα ἔξοι εἴχε μὴν δὴ τὰς πόδας τῆς ἐκκλησίας ἐντὸς: εἶχε δὲ ὧδε ἀναδόξως καὶ τὸν Δάκτυλον πῶπα δὴ τὸ ἓν ἀποστόλου Δαβιτικὸν χερσὶν ἡμᾶς ἐξηγήσασιν ἐκ τοῦ καθέρας τοῦ νόμου, ψυχόμενον ὑπὲρ ἡμῶν καθέρα·

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

ὡς δὲ καὶ ἐν τῇ τῶν προφήτων· Εἶδε Κύριε, μὴ προσωπήσῃς. Κύριε μὴ ἀποστῇς ἀπ' ἐμοῦ. καὶ αὐτὸ δὲ καὶ αὐτὸν τὸν Ἡσαΐαν, ὑπεγίνωσκεν ἕτερος, Ἰδοὺ σωτήρ, λέγων, ὁ παῖς μου ὁ ἀγαπητός, ὃν ἠρέτισα. ἅπερ ἅπαντα σωᾴδοντα τῷ ἰδίῳ κρίνας σκοπῷ, ἐντελέστερος πρὸς τὴν εἰς Θεὸν πίστιν συνεβίβαζε τὴν ψυχήν· ἅτε συνεὶς ὧν ἄγαν, καὶ τὸ δέον σωιδεῖν ἐξύτας. *Quum ingrederetur igitur Ecclesiam, bonum Omen capiebat sui introitus, si verba quæ ibi prælegebantur scopo suo convenientia inveniret. Ac dum intrabat Ecclesiam præter exspectationem contigit, ut Diaconus hæc Apostoli verba personaret:* CHRISTUS NOS REDEMIT AB EXECRATIONE LEGIS, DUM PRO NOBIS FACTUS EST EXECRATIO. *Uti etiam hæc Prophetæ verba:* VIDE SIS DOMINE, NE SILENTIO PRÆTEREAS; DOMINE, NE ABSISTAS A ME. *Eodem tempore & ipsum Esaiam legebat alius:* ECCE INTELLIGET, *dicens,* FILIUS MEUS DILECTUS MIHI, QUEM ELEGI. *Quæ omnia scopo suo quadrare judicans, jam firmior ac perfectior animum ad fidem in Deum applicabat: utpote prudens admodum existens, atque acerrimus ad pervidendum ea quæ facere convenit.*

Ex quibus verbis Metaphrastis adhuc aliud Sortium seu Divinationis genus, ex auditu nempe eorum quæ Diaconus in Ecclesia legebat, deprehendimus. Quod, etiamsi quis dubitare possit, an ita ipsius Cypriani ætate locum habuerit; indicant tamen hæc dicta, id saltem hujus Metaphrastis ævo fuisse usitatum. [Videat interim cordatus Lector, an non hæc gemina iis, quæ de Oraculo Buraico ex Pausania attuli: & an non in hisce Christiani ejusmodi superstitionibus dediti, imitati sint illos Ethnicos, de quibus Apuleius, de Deo Socratis hoc loquitur: *Videmus plerosque, qui non suopte corde,* SED ALTERIUS VERBO *reguntur: qui ex angiportu reptantes,* CONSILIA EX ALIENIS VOCIBUS COLLIGUNT,

&

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
366 F 33

& ut ita dixerim, non animo, ſed auribus cogitant: ſicut de hujuſmodi κληδονίσμασι Plutarchus, Lucianus aliique non uno loco loquuntur, ad quæ & illa quæ jam primo ſequuntur, ex Auguſtino referenda ſunt.] Nec mirum, cum & Auguſtinus, ille Hipponenſis Epiſcopus, ſimilia admodum, huic Divinationis generi, (nec magis Sacræ Scriptura ac ſanæ rationi conſona) de ſe tradat lib. 8. cap. 12. Confeſſion. *Dicebam*, inquit, *hæc, & flebam amariſſima contritione cordis mei, & ecce audio vocem de vicina domo, cum cantu dicentis ac crebro repetentis, quaſi pueri an puellæ neſcio:* TOLLE LEGE, TOLLE LEGE. *Statimque mutato vultu intentiſſimus cogitare cœpi, utrumnam ſolerent pueri in aliquo genere ludendi cantare tale aliquid: nec occurrebat omninò audiviſſe me uſpiam. Repreſſoque impetu lachrymarum ſurrexi, nihil aliud interpretans divinitùs mihi juberi, niſi ut* APERIREM CODICEM ET LEGEREM QUOD PRIMUM CAPITULUM INVENISSEM. *Audieram enim de Antonio, quod ex* EUANGELICA LECTIONE CUI SORTE SUPERVENERAT, *admonitus fuerat,* TANQUAM SIBI DICERETUR QUOD LEGEBATUR: VADE VENDE OMNIA QUÆ HABES ET DA PAUPERIBUS, ET HABEBIS THESAURUM IN COELIS, ET VENI, SEQUERE ME. *Et tali* ORACULO *confeſtim ad te eſſe converſum. Itaque concitus redii ad eum locum, ubi ſedebat Alypius. Ibi enim poſueram* CODICEM APOSTOLI, *cum inde ſurrexeram. Arripui, aperui & legi in ſilentio capitulum quò primum conjecti ſunt oculi;* NON IN COMMESSATIONIBUS ET EBRIETATIBUS; NON IN CUBILIBUS ET IMPUDICITIIS.

Nec ultra volui legere, nec opus erat. Statim quippe cum fine hujus ſententiæ, quaſi luce ſecuritatis infuſâ cordi meo, omnes dubitationis tenebræ diffugerunt. Tum interjecto aut digito, aut neſcio quo alio ſigno, codicem clauſi, & tranquillo,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

quillo jam vultu indicavi Alypio. At ille quid in se ageretur, quod ego nesciebam, sic indicavit. Petit videre quid legissem. Ostendi, & attendit, & ultra quam ego legeram, & ignorabam quid sequeretur. Sequebatur vero, INFIRMUM AUTEM IN FIDE ASSUMITE. *Quod ille ad se retulit mihique aperuit, &c.* Putassetne quispiam tantos viros, tantæque famæ per universum Orbem Christianum, tantâ detineri potuisse superstitione, ne dicam (quod tamen nomen res ista non malè meretur) insaniæ?

At *respice divorum rivales*, ferè dixeram cum Juvenale; ac considera, Lector, quam diu post Antonium & Augustinum, si non & ab aliis Imperatoribus Christianis, ab Heraclio saltem, (cujus imagines in nummis apud Antiquarios passim videre est, sub Schemate piissimi viri atque Imperatoris) hæc Divinatio peracta fuerit. Ita enim de ipso loquitur Cedrenus: Συμβούλιον δὲ ποιήσας ὁ Ἡράκλειος, ἀγνίζει τὸν λαὸν ἐπὶ ἡμέρας τρεῖς· καὶ ἀνοίξας τὰ ἅγια θεῖα ἀναγνώσματα, εὗρεν ἐπιτρέπονται ἐν Ἀλβανίᾳ χειμάσαι. *Deinde cum de hybernis deliberaret, triduo exercitum lustrat:* APERTISQUE POSTEA INVIOLATIS DEI EVANGELIIS *invenit sibi mandari, ut in Albaniâ hyemet.*

Imò Petrus Blæsensis postremo prodeat, cujus tempore adhuc, in usu fuisse hasce Divinationes, atque ut rem Sanctam fuisse habitas & exercitas, ex hisce ejus verbis videmus: *Hanc occasionem secundò ac tertiò eâdem rerum serie nox secunda replicuit. Cumque curiositatis humanæ* SORTIBUS & REVOLUTIONE PSALTERII, *hujus visionis eventum diligentiùs explorarem, primum in oculis meis versus ille se obulit:* MOYSES ET AARON IN SACERDOTIBUS EJUS.

Hujusmodi tamen Divinationes per Concilia sæpius sunt damnatæ ac vetitæ. Sic in Concilio Ancyrano can. 24. habetur:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
366 F 33

betur: Οἱ καταμαλακόμενοι τῇ συνηθείᾳ τῶν Ἑλλήνων ἐξακολουθοῦντες, ἢ εἰσάγοντές τινας εἰς τοὺς ἑαυτῶν οἴκους ἐπὶ ἀνευρέσει φαρμακειῶν ἢ καὶ καθάρσει, ἢ τὸ κανόνα πεπλήρωκεν τῆς πεντηκοστῆς, &c. Quæ non malè vertuntur: *Qui Auguria vel Auspicia, sive Somnia, vel Divinationes quaslibet* [quæ omnia commmodè comprehenduntur in voce καταμαλακόμενος,] *secundum morem Gentilium observant, aut in domos suas hujusmodi homines introducunt, exquirendis aliquibus arte malefica, aut ut domos suas lustrent, quinquennio pœnitentiam agant, &c.*

Quæ hoc Canone continentur, fateor, præcipuè respiciunt istas Divinationes, quæ inter Ethnicos quidem exercebantur; quos etiam superstitionis Gentilitiæ adhuc participes Christiani consulendi gratia adibant: imò & in domos suas introducebant, &c. referri tamen etiam posse ad illas Divinationes, quas jam tum locum inter Christianos habuisse, (per inspectionem Scripturarum scilicet) ex præcedentibus admodum verisimile est.

Nam huc quoque, si quid video, respicit Concilii Laodiceni can. 36. Ὅτι οὐ δεῖ ἱερατικοὺς ἢ κληρικοὺς, μάγους ἢ ἐπαοιδοὺς εἶναι, ἢ μαθηματικοὺς ἢ ἀστρολόγους, ἢ ποιεῖν τὰ λεγόμενα φυλακτήρια, &c. *Quod non opporteat sacris officiis deditos, vel Clericos, magos aut incantatores, aut Mathematicos, aut Astrologos, existere, aut facere Phylacteria, &c.* Circa idem tempus ferè edictum contra *Divinatores* Constantius & Julianus fecerant hoc sequens:

Constantius A, & Julianus Cæs. ad populum,

Nemo auspicem consulat, aut Mathematicum, nemo Ariolum.

¶ *Augurum & vatum prava confessio conticescat.*

¶ *Chaldæi ac Magi & cæteri, quos* MALEFICOS, *ob*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

facinorum magnitudinem vulgus appellat, nec ad partem aliquid moliantur.

¶ *Sileat omnibus perpetuo* DIVINANDI CURIOSITAS. *Etenim supplicio capitis ferietur, gladio ultore prostratus, quicunque jussis nostris obsequium denegaverit.*

Dat. 8. Cal. Febr. Mediolani Constantio A. VIII. & Juliano Cæs. Coss. 357.

Hoc edictum (quod Cod. lib. IX. titulo XVIII. quintum numero est) non solum; sed & aliud notatu dignum (præter ea quæ solos magos ac maleficos spectant) habetur, sub eodem titulo atque ab iisdem Imperatoribus factum, quod numero septimum (datum ad Taurum præfectum prætorio,) inter alia hæc continet: *Si quis magus, vel magicis carminibus adsuetus, qui* MALEFICUS *vulgi consuetudine nuncupatur, aut* ARUSPEX, *aut* ARIOLUS, *aut certè* AUGUR, *aut* MATHEMATICUS, *aut* ENARRANDIS SOMNIIS *occultans artem aliquam* DIVINANDI, *aut certè* HORUM ALIQUID SIMILE *exercens, in Comitatu meo, vel Cæsaris, fuerit deprehensus, &c.*

Ex quonam affectu processerint talia edicta Constantii, sufficienter nobis Ammianus Marcellinus indicat: qui de ea re legendus est. Quæ verò videmus clarè ex jam modo citatis canonibus, sunt. Primò. Quod multi Christiani, (aut si non revera, saltem nominetenus tales) Ethnicos Magos, Incantatores, Divinatores, &c. consulendi gratia jam circa seculum quartum, (imò & serius multò, ut ex sequentibus patebit,) adirent, &c. Secundò. Quod, si non multi, notabilis tamen eorum numerus Christianorum, interque eos etiam Clerici, si non publicè, clam tamen tales artes profiterentur atque exercerent inter Christianos. Quibus ita, ut vidimus, damnatis ac vetitis, addita capitis pœnâ; videntur homines talibus addicti pro *Sortibus Homericis* ac *Virgilianis* cæterisve,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
366 F 33

rifve, alias excogitaſſe; ac hiſce jam nominatis ſubſtituiſſe *Sortes Biblicas*: quarum exempla ſuperius propoſui. Quibus uſi ſunt & in negotiis fidei ac religionis, & in rebus ſecularibus, ut Oraculis verè Divinis. Quem modum agendi, ex Cacozeliâ ortum ac nimis ſuperſtitioſum, Concilia aliquot, ac multi Pontifices removere omninò ſtuduerunt. Sic Concilium Aurelianenſe, uti in Canone 26. habetur: ita definit: *Si quis* CLERICUS, MONACHUS, *vel* SECULARIS, *Divinationem, vel Auguria crediderit obſervanda, vel* SORTES, *quas mentiuntur eſſe* SANCTORUM, *quibuscunque putaverint intimandas; cum his qui eis crediderint, ab Eccleſiæ communione pellantur.*

Sic & Concilium Antiſiodorenſe canon. 4. *Non licet ad* SORTILEGOS, *vel* AUGURIA, *reſpicere; nec ad* CHARACTERES, *nec ad* SORTES, *quas* SANCTORUM *vocant*, (NB.) *vel quas* DE LIGNO, *aut* DE PANE *faciunt, adſpicere: ſed quæcunque homo facere vult, omnia in nomine Dei faciat.*

Meritò quis hîc interroget, quæ qualeſve fuerint iſtæ, in Canonibus nominatæ, *Sortes Sanctorum.*

Si particulam *vel* ſumamus in vulgari ipſius ſignificatione, diſtinguentur ab iis quas *de ligno, aut pane* faciebant.

Si verò (ut tam in Patribus, ſeu ſcriptoribus Eccleſiaſticis, quam in Pandectis, alibique ſæpè ſumitur) pro & ſumendum ſit: aut non pro notâ disjunctivâ, ſed interpretativa (ut ſic dicam,) pro unâ eâdemque re ſunt capienda. Quod mihi quidem admodum veriſimile ſit. Hæc interim reſtat adhuc difficultas, ex quo vel quali ligno aut pane tales Sortes fuerint fabricatæ; an ex prætenſo ligno Crucis, an ex alio pro ſacrato ac Sancto vulgò habito. Et de pane, an ex pane benedicto (ſic vocato) an ex reliquiis Euchariſtiæ, an ex alio, ſingulari modo ad id negotii conſecrato. Sed nihil hìc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

concludere auſim, donec major lux circa hanc rem mihi oboriatur.

Hoc interim diſcimus ex his *Sortibus de ligno*, aut *de pane* factis; ad imitationem, (quaſi vero in melius mutationem,) videri tales *Sortes* fabricatas: ligneas illas ſcilicet pro ligneis illis Prænestinis atque Antiatinis. Sic & loco iſtarum eæ quæ ex *pane* conficiebantur, quaſi conſecratus ille panis (modo talis, uti conjicio, fuerit) ad pios uſus (quod tamen non ita ſemper accidebat) applicatus non ullam Dæmoniacam, ſed Divinam aliquam vim ac virtutem, in ſe contineret: ac propterea Deus Sortes tales (præſertim præcedentibus orationibus, &c.) dirigeret.

Quis unquam credidiſſet, niſi per tam clara teſtimonia coactus, tam pravas ſuperſtitiones, Originemque ſuam veteri Ethniciſmo, (ut plurima alia) debentia, tam diu in populo Chriſtiano, ſpecioſo licet ſub prætextu obtinuiſſe!

CAPUT XV.

Oraculorum quorundam è Templo Delphico prodeuntium ab Herodoto allatorum diſcuſſio; eorumque falſa atque acuta ab Oenomao Cynico facta irriſio. De mure Europæo Oracula conſulente, &c. Uti & de prætenſis circa Oracula miraculis.

VErumenimverò, pertractatis hucuſque Oraculis, ſeu γενεθλίοις, & Sortibus, fraudibuſque atque artificiis circa illa patratis, deveniamus ad decantata illa Reſponſa tam Cræſo, ut perhibetur, quam Athenienſibus data; quæ exempli cauſa adducam, cum omnium inſtar nobis eſſe queant; neque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
366 F 33

que omnia adduxisse, licet vel maximè potuissem, ullo modo necesse sit. Hæc enim præter ea quæ jam antea tractata sunt, abunde satis ostendunt, quo loco nobis habenda sint; uti & ex sequentibus patebit, quo loco ab Antiquis habita sint cuncta, quæ ex hujusmodi μαντείοις processere, Responsa.

Audiendus igitur hìc nobis est Herodotus, qui Musarum suarum sub initium ita de Crœso: Μετὰ ὧν τὴν Λυδίαν πᾶσαν αὐτίκα ἀπεπειρᾶτο τ μαντηίων τ τε ἐν Ἕλλησι, & ξ [vel τ] ἐν Λιβύῃ· διαπέμψας ἄλλους ἄλλῃ, τοὺς μὲν ἐς Δελφοὺς ἰέναι, τοὺς δὲ ἐς Ἄβας τ Φωκέων, τοὺς δὲ ἐς Δωδώνην. οἱ δὲ τινες ἐπέμποντο καὶ τοὺς Ἀμφιάρεων καὶ τοὺς Τροφώνιον· οἱ δὲ τ Μιλησίης ἐς Βραγχίδας. ταῦτα μὲν νυν τὰ Ἑλληνικὰ μαντήια, ἐς τὰ ἀπέπεμψε μαντευσόμενος Κροῖσος. Λιβύης δὲ τοὺς Ἄμμωνα ἀπέστειλε ἄλλους χρησομένους. διέπεμπε δὲ πειρεώμενος τ μαντηίων ὅ, τι φρονέοιεν. ὡς εἰ φρονέοντα τὰ ἀληθέα ἐξεύροι, ἐπείρητο σφέα δεύτερα πέμπων, εἰ ἐπιχειρέοι ἐπὶ Πέρσας στρατεύεσθαι. ἐπειδὴ δὲ τοῖσι Λυδοῖσι τάδε, ἀπέπεμπεν ἐς τοὺς Ἀμφικτύονας τ χρησμούς. ἀπ' ἧς ἂς ἡμέρης ὥρμηθέωσι ἐκ Σάρδεων, ἀπὸ ταύτης ἡμερολογέοντας τ λοιπὸν χρόνον ἕκαστον τῇ ἡμέρῃ χρᾶσθαι τοῖσι χρηστηρίοισι, ἐπηρωτέοντας ὅ, τι ποιέων τυγχάνει ὁ Λυδῶν βασιλεὺς Κροῖσος ὁ Ἀλυάττεω. ἅσα δὲ αὐτῶν ἕκαστα τ χρηστηρίων θεσπίσῃ, συγγραψαμένους ἀναφέρειν παρ' ἐωυτόν. ὅ, τι μὲν νυν τὰ λοιπὰ τ χρηστηρίων θεσπίσαι, οὐκ ἔχει τις ἀδαμῶς. ἐν δὲ Δελφοῖσι ὡς ἐσήλθον τάχιστα ἐς τὸ μέγαρον οἱ Λυδοὶ χρησόμενοι τῷ θεῷ, καὶ ἐπηρώτεον τὸ ἐντεταλμένον, ἡ Πυθὶη ἐν ἑξαμέτρῳ τόνῳ λίγει τάδε,

Οἶδα δ' ἐγὼ ψάμμου τ' ἀριθμὸν, καὶ μέτρα θαλάσσης,
Καὶ κωφοῦ συίημι, καὶ οὐ φωνεῦντος ἀκούω.
Ὀσμὴ μ' ἐς φρένας ἦλθε κραταίρη οἵα χελώνης
Ἑψομένης ἐν χαλκῷ ἅμ' ἀρνείοισι κρέεσσιν,
Ἧι χαλκὸς μὲν ὑπέστρωται. χαλκὸν δ' ἐπίεσται·

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Ταῦτα οἱ Λυδοὶ θεωσάμενοι τὴν Πυθίας συγγραψάμενοι, οἴχοντο ἀπόντες ἐς τὰς Σάρδις. ὡς δὲ καὶ ἄλλοι οἱ πεμφθέντες παρῆσαν φέροντες τὰς χρησμούς, ἐνθαῦτα ὁ Κροῖσος ἔκαστα ἀναπτύσσων ἐπεώρα τὰ συγγράμματα. τὰ μὲν δὴ ἄλλα οὐκ ἐδόκεε μιν· ὁ δὲ, ὡς τὸ ἐκ Δελφῶν ἤκουσε, αὐτίκα προσηύχετό τε καὶ προσεδέξατο, νομίσας μοῦνον εἶναι μαντήϊον τὸ ἐν Δελφοῖσι, ὅτι οἱ ἐξηύρηκε τὰ αὐτὸς ἐπύθετο. ἐπεὶ τε γὰρ δὴ διέπεμψε πρὸς τὰ χρηστήρια τοὺς θεοπρόπους, φυλάξας τὴν κυρίην τῶν ἡμερέων, ἐμηχανήσατο τοιάδε· ἐπινοήσας τὰ ἦν ἀμήχανον ἐξευρεῖν τε καὶ ἐπιφράσασθαι, χηλώνην καὶ ἄρνα κατακόψας, ὁμοῦ ἕψεε αὐτὸς ἐν λέβητι χαλκέῳ, χάλκεον ἐπίθημα ἐπιθείς. τὰ μὲν δὴ ἐκ Δελφῶν ἔτω τῷ Κροίσῳ ἐχρήσθη· κατὰ δὲ τὴν Ἀμφιάρεω δ' μαντηΐου ὑποκρισιν, οὐκ ἔχω εἰπεῖν ὅ, τι τοῖσι Λυδοῖσι ἔχρησε, ποιήσασι περὶ τὸ ἱρὸν τὰ νομιζόμενα. ἐ γὰρ ὧν ἐδὲ τοῦτο λέγεται ἄλλο γε, ἢ ὅτι καὶ τοῦτο ἐνόμισε μαντήϊον ἀψευδὲς ἐκτῆσθαι.

Sub hanc ergo cogitationem ſtatim tentare ſtatuit Vaticinia quæque apud Græcos, quæque in Africa eſſent, aliis aliò dimiſſis, quibuſdam Delphos, quibuſdam ad Phocenſium urbem Abas, quibuſdam Dodonam: nonnulli & ad Amphiaraum, etiam Trophonium, & alii quidam ierunt ad Branchidas oræ Mileſiæ. Atque hæc ſunt Græca, ad quæ conſulenda Cræſus miſit, Oracula. In Africa vero ad Ammonem alios reſponſa petituros dimiſit. Omnes autem miſit exploratum Oracula, quid ſentirent; ut ſi conſentanea in vero deprehenderentur ea, ſecundò per ſuos tentaret, nunquid in Perſas expeditionem moliretur. Mittens igitur ad Oracula tentanda Lydos, hæc dedit eis mandata, ut quâ die proficiſcerentur ex Sardibus, ab ea reliquum tempus ſupputantes ſinguli eodem die Oraculum conſulerent, ſciſcitantes, quid faceret Lydorum Rex Cræſus Halyattæ filius: & quod ſingula Oracula reſpondiſſent, id omne conſcriptum ad ſe referrent. Quid porrò cætera reſponderint Oracula (NB.)

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

A NEMINE COMMEMORATUR. *Apud Delphos autem simul atque ingressi sunt Lydi domum, consulturi Deum, & sciscitaturi quod sibi esset injunctum, Pythia Hexametro tenore hæc inquit:*

Æquoris est spatium, & numerus mihi notus Arenæ.
Mutum percipio, fantis nihil audio vocem.
Venit ad hos sensus nidor testudinis acris,
Quæ simul agnina coquitur cum carne lebete
Ære infra strato, & stratum cui desuper est æs.

His Oraculis quæ Pythia reddidit, conscriptis Lydi digressi Sardeis rediere. Quumque alii, quos circummiserat Crœsus, affuissent, tunc singula resignans, quod scriptum esset, inspexit: QUORUM QUIDEM NULLUM PROBAVIT. *Ubi autem illud Delphicum audivit, protinus veneratus est, & excepit: existimans solùm esse Delphicum illud Oraculum: quippe quod comperisset quod ipse fecerat. Nam posteaquam ad petenda Oracula nuntios dimiserat, statuto illo die observato, tale quiddam est machinatus, commentando ea quæ ad deprehendendum & explicandum perdifficilia forent, testudinem pariter & agnum concisos in aheno coxit, operculo aheneo imposito. Atque ita è Delphis Crœso responsum est. Ex Amphiarai vaticinio quidnam responsum sit Lydis, quum in Sacro illo ritè sacrificassent, non queo dicere. Nam de eo nihil fertur aliud, quam quod & hoc Crœsus verax vaticinium se nactum esse existimavit.*

Post verò enarrationem Donariorum à Crœso Delphos missorum ita idem pergit Herodotus: Τοῖσι δὲ ἄγειν μέλλουσι τὰ Λυδῶν ταῦτα τὰ δῶρα ἐς τὸ ἱρὸν, ἐνετέλλετο ὁ Κροῖσος ἐπειρωτᾶν τὸ χρηστήριον εἰ σταλῆναι ἔτι Πέρσῃσι Κροῖσος, καὶ εἴ τινα στρατὸν ἀνδρῶν προσθείηται φίλον. ὡς δὲ ἀπικόμενοι ἐς τὰ ἀπεπέμφθησαν οἱ Λυδοὶ, ἀνέθηκαν τὰ ἀναθήματα, ἐχρέωντο τοῖσι χρηστηρίοισι, λέγου-

λέγοντες, Κροῖσῳ ὁ Λυδῶν τε καὶ ἄλλων ἐθνέων βασιλεὺς, νομίσας τὰδε μαντήια εἶναι μόνα ἐν ἀνθρώποισι, ὑμῖν τε ἄξια δῶρα ἔδωκε τῶν ἐξευρημάτων, καὶ νῦν ὑμέας ἐπειρωτᾷ, εἰ στρατεύεται ἐπὶ Πέρσας, καὶ εἰ σφι κοινὸν ἀνδρῶν ποιεῖται σύμμαχον. οἱ μὲν τοῦτο ἐπειρώτεον. τοῖσι δὲ μαντηίων ἀμφοτέρων ἐς ταὐτὸ αἱ γνῶμαι συνέβαλον, προλέγουσι Κροίσῳ, ὡς στρατεύηται ἐπὶ Πέρσας, μεγάλου ἀρχὴν μὲν καταλύσειν. τοὺς δὲ Ἑλλήνων δυνατωτάτους συνεξάλλεσθαι οἱ ἐξευρόντα, φίλους ποιεύμενον.

Hæc dona Lydis portaturis ad Oracula Cræsus injunxit, ut interrogarent, an adversus Persas Cræsus sumeret expeditionem, & aliquorum hominum auxilia adscisceret. Lydi ubi eò, quò dimittebantur, pervenerant, donariis oblatis Oracula consuluerunt, his verbis: Cræsus Lydorum aliarumque nationum Rex, existimans sola hæc esse inter homines Oracula, mittit vobis dona vestris inventis convenientia, vosque percontatur, an adversus Persas sit profecturus in expeditionem, & socialem aliquem exercitum sibi adjuncturus. Atque hi quidem hæc interrogarunt. Oraculi autem utriusque in idem concurrebant sententiæ, prædicentes Cræso, fore ut, si arma Persis inferret, magnum Imperium everteret. Consulebant etiam, ut potentissimos Græcorum ad comparandos sibi socios exquireret, &c.

Huic Herodoti narratiunculæ de responso Cræso reddito, opponere non incommodè possem verba illa Ciceronis: *Cur autem hoc credam unquam editum Cræso? aut Herodotum cur veraciorem ducam Ennio? num minus ille potuit de Cræso, quam de Pyrrho fingere Ennius? Quis enim est qui credat, Apollinis ex Oraculo Pyrrho esse responsum, Ajo te Æacida Romanos vincere posse? &c.*

At supponamus historiæ ab Herodoto traditæ veritatem, (quam tamen Oraculorum Patroni ostendere debent, si aliquid hinc efficere velint;) videamusque quam parum heic appareat ars ulla Diabolica aut præternaturalis.

Ac

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Ac primò quidem, ex omnibus Oraculis, à Crœſo illa tentanti conſultis, duo ſola veritatem, ipſo Crœſo teſte, conjectarunt: cætera verò falſa, neque ad interrogata pertinentia, reſponderunt. Si autem nunc ſupponamus quoque, Diabolum Ethnicorum Oraculis præſediſſe, eumque ea per os Pythiæ aliorumque Antiſtitum hominibus edidiſſe; cur uni eidemque Crœſo, ac de una eademque re interrogatus ab ipſo, non unum idemque; ac, quod præcipuum, rei veritatem reſpondet? nam illum neque ad Amphiarai Manteïon accuratè poſtulatis ejus reſpondiſſe, ſatis clarè ex Herodoti verbis apparet. Fuitne igitur Diabolus ille qui Delphis præſidebat tanto acutior odoratu, aut ſagacior conjectando, aut intelligentior & aptior experiundo, quid in Lydia ageret Crœſus, quam Dodonæus ille, & Ammonius & cæteri illi, qui id conjectare nequibant? At de cunctis in univerſum ita loquitur Tertullianus Apologetici cap. 22. *In Oraculis autem quo ingenio ambiguitates in eventus temperent, ſciunt Cræſi, ſciunt Pyrrhi. Cæterum teſtudinem decoqui cum carnibus pecudis, Pythius eo modo renunciavit, quo ſupra dixi: momento apud Lydiam fuerat. Habent de incolatu aëris & de vicinia ſyderum, & de commercio nubium cæleſtes ſapere paraturas, &c.*

Et ſi talia nobis de Dæmone Delphico credenda ſunt, cur non quoque de cæteris? num minus ipſis commercii ejuſmodi fuit (præſertim iſtis Delphico Antiquioribus) quam huic? Conſiſtere hæc ſanè nequeunt. Ac ſi Dæmones hiſce præſedere Oraculis, nulla cauſa eſt, cur non cæteri æque id ſcirent quod ſciebat ille Dæmon Delphicus; atque idem, in hoc caſu, dederint reſponſum.

Oenomaus certè, qui omnia hæc fraude humana conſtitiſſe defendit; quique ex profeſſo, ut talia mundo detegeret, ſcripſit; cujuſque fragmenta ſolum aliquot (atque ea adhuc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

corrupta, sive temporum, sive hominum injuria) habemus apud Eusebium, (quod quam maximè dolendum duco,) eleganter, & salse, & lepide, ipsum hunc Pythium, qui tam belle divinaverat, exagitat: atque inprimis quidem responsum illud, ad postrema Crœsi, de bello Persis inferendo, interrogata. Itaque hunc in modum de eo loquitur, ipsum quasi Apollinem compellans ac redarguens: Τάπις ἄξιον ἀπισωάψαι τὰ πρὸς Κροῖσον Λυδίας ἔτος ἐβασίλευσεν, ἀνωθεν ἐκ παλαιῶν εἰς αὐτὸν ἥκουσαν παραδοχὰν τῷ ἀρχῷ. εἶτα τὸ τελεον τῶν μελλόντων καθορθώσειν ἐλπίσας, τὰς θεὰς ἀσεβεῖν διενοήθη, καὶ διὰ πείρας ἐλθὼν ἀπάντων, ὧν ἐν Δελφοῖς Ἀπόλλωνι μελούσης, καὶ πειθὰ κρατῆρσι καὶ πλίνθοις ξυσαῖς, ἀναθημάτων τε μυρίων πλήθει κοσμήσας τὸ ἱερὸν, τῶν πανταχοῦ γῆς ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ πλουσιώτατον ἀπέφηνε· δόξε ὅσα πρὸς θυσίας ἐξήρκει παραλιπὼν τῇ μεγαλοψυχίᾳ. ἐπειδὴ δὲ τὰ τοσαῦτα μεμεδδήνειτο τῷ θεῷ, ταῖς τῆς ἀσεβείας εἰκότως ὁ Λυδὸς ἐπήρτων μεγαλαργίαις, στρατεῦσαι ἐπὶ Πέρσας διανοεῖται, αὐξῆσαι τὴν ἀρχὴν εἰς μέγα, τὴν δὲ θεὸν συμμαχίαν μεμηθάμενος. τὶ δὲν ὁ θαυμάσιος χρησμῳδὸς αὐτὸς ἐκεῖνος ὁ ἐν Δελφοῖς ὁ Πύθιος, ὁ φίλιος, ὁ ἱκέτιος, ὁ ἀσεβῆ, ὁ πεπόσφυγα; ἀχ ὅπως τὰ ἀλλοτρίας τυχεῖν ἀρχῆς, ἀλλὰ καὶ τὰ οἰκείας ἐκπεσεῖν παρασκευάζῃ. ὅτι ἐκὼν, ἔμοιγε δοκεῖ· ἀγνοίᾳ δὲ μᾶλλον ἢ ἀποβησομένῳ. (μὴ γὰρ τὸ μέλλον εἰδὼς ὁ θεὸς, ἐπεὶ μηδὲ θεὸς ἦν, μηδέ τις ἀνθρώπων κρείττων δυνάμις, ἀπὶ ἥπερα σοφιστικῶς τὸν χρησμὸν ἡρμόσατο,) καὶ μονονχὶ φήσας,

Κροῖσος Ἅλυν διαβὰς μεγάλην ἀρχὴν καταλύσει.

τὴν ἐκ προγόνων διαδοχῆς εἰς τὰ ἀσεβῆ καταπλήσειν τῆς Λυδίας ἀρχὴν μεγάλην ἔσαν ἐς πλυχρόνιον καταστρέφει· τὰ ἄρχειν μὲν αὐτὸν παιδῆς, τάπιν ἀποδὸς τῷ θεοφιλεῖ τὰ καρπόν. ἀπὶ τάπις ὁ συγγραφεὺς, [hæc sunt jam verba Eusebii,] οἷα δὴ ἀλόγως διαμαχεῖται, ἄκρα [sequuntur rursus Oenomai.]

Εἰκὰς

Ἔοικας δή ὡς ἀληθῶς, τὰ μὲν ὅσα ψάμμα ἄξια ἐστιν εἰδέναι, καλὸν ἢ μηδὲν εἰδέναι. τὸ γὰρ ὁσμὴν εἰς φρένας σὰς ἐλθεῖν κατερείνοιο, χελώνης ἐψομένης, ψάμμα ἄξιον ἐπίσημά ἐστιν, οὐκ ἀληθὲς μὲν ἔν δ' αὖ. ἀλλὰ πεφυκότες γε ὅμως τῷ ἀλαζόνι καὶ ἀναιδεῖ, καὶ ἐπὶ τοῖς κενοῖς οἰδήμασι τὸν ὀφρυὸν ἐπαίροντι, καὶ τὸ λύδιον ἀνδράποδον, τὸν Κροῖσον πείθοντι μὴ καταφρονεῖν αὐτό. ὃς μετ' ὀλίγον ἐπὶ τῇ πείρᾳ ἔμελλεν ἐρωτᾶν σε, εἰ στρατεύοιτ' ἐπὶ Πέρσας, καὶ σύμβουλον ποιεῖσθαι ἑκατέρου τῶν αὐτοῦ μανίας καὶ πλεονεξίας. ᾧ οὐκ ὤκνησας εἰπεῖν, ὅτι Ἅλυν διαβὰς, μεγάλην καταλύσει ἀρχήν. σκεῖνο μέντοι εὖ ποιῶν ὅτι σοι ἐδόκει ἔμελεν, εἰπὼν ἄτοπον πείσεσθαι ὑπ' ἀμφιβόλου χρησμοῦ ἐπαρθεὶς ἐπ' ἀλλοτρίαν ἀρχήν. ἐδὲ εἰ πικροί τινες ἄνθρωποι καὶ κακοήθεις δέον ἐπαινεῖν σε ὅτι τῷ σκτεσαχηλίσαι μανόμενον ἄνθρωπον, καὶ προσεγκαλοῖεν, ὡς ἐδὲ ἰσόρροπον φωνὴν ἀφέντα, ἵν' σκνήσειεν καὶ βυλόσαιτο ὁ Λύδος, ἀλλὰ καταλῦσαι καθ' ἕνα τρόπον νοεῖσθαι πρὸς τῶν Ἑλλήνων, ἐ τὸ τῆς οἰκείας ἀρχῆς σκπτεσεῖν· ἀλλὰ αὖ τὴν ἀλλοτρίαν προεποιήσασθαι. ὁ μὲν γὰρ ἡμίμηδος, ἢ ἡμιπέρσης Κῦρος, ἢ ὁ μητρόθεν μὲν σκ τυραννικῆς, πατρόθεν ἢ ἐξ ἰδιωτικῆς γένους ἡμίονος ὢν, σὺν τῷ αἰνίγματι παρεμφαίνει μὲν τὴν ἔκτυφον μέσων· ἀλλὰ καὶ τὴν ἀμαυρὰν μανικήν, εἴπερ οὐκ ἤδη μὴ ἐ συνήσονται ἢ αἰνίγματος ὁ μάντις. εἰ δ' οὐκ ὑπ' ἀγνοίας, ἀλλ' ὑπὸ τρυφῆς καὶ πονηρίας ἔπαιζε, βαβαὶ οἷα τὰ θεῖα παίγνια ἐστιν. εἰδ' ἐδὲ τοῦτο, ἀλλ' ὅτι ἔχρησε ἔτω ψευδῆ, ἀνιερώτατος μὲν ἔτος λόγων σοφιστικῶν. πόθ' ὅμως, εἰ ἔτως ἔχρησε ψευδῆ, σὺ ὁ δύσηνος ἐν Δελφοῖς καθέζῃ τὰ κενὰ καὶ μάταια ἄδων; τί δέ σε ὄφελος ἡμῖν; τί δὲ μανόμεθα οἱ πανταχόθεν τῆς γῆς ὅτι σε διώκοντες; τί ἢ σὺ κυνῆσας; Τοιαῦτα τὰ Οἰνομάου παῤῥησίας τὰ κατὰ τῶν γοήτων φωνῆς, κωμικῆς οὐκ ἀπολαγνῶσα πικρίας. ἐδὲ γὰρ δαίμονος, μὴ ὅτι θεοῦ, τὰς παρ' ἕλλησι θαυμαζομένας χρησμὰς εἶναι βάλεται· γοήτων δ' ἀνδρῶν πλάνας καὶ σοφίσματα ὅτι ἀπάτη τῶν πολλῶν ἐσκαιωρημένα.

His æquum subjungere fuerit, quæ Cræso postea contigerunt. Regnabat is in Lydia, quod à majoribus Imperium

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

acceperat, longa jam ac perpetua serie propagatum. Idem in amplioris, quam illi nacti essent, ac secundioris fortunæ spem erectus, præcipuâ Deos religione colere statuerat. Itaque vi ac numine omnium explorato, Delphicum Apollinem omnibus antepositi, sicque paulò post, aureis cum pateris, tum lateribus, nec non infinitâ donariorum multitudine Templum ejus exornavit, ut opibus ac divitiis, longè quotquot toto passim orbe visebantur, brevissimo tempore superarit, ne omissis quidem iis, usque eo magnificentiæ progressus est, quæ ad sacrificia peragenda cumulate sufficerent. Tot igitur tantisque sumptibus Numinis in gratiam ante factis, Lydus Imperator tam egregiis fretus (nec sane immeritò) pietatis suæ monimentis, expeditionem adversus Persas molitur, ea spe, uti summum Imperio decus auxilio Numinis adjungeret. Quid autem præclarus Vates? Ille ipse qui Delphis, Pythius ille, ille Amicitiæ præses, Clientem suum adeo religiosum, quique ad unum se confugerat, non ditione tantùm alienâ non auget; sed etiam exuit evertitque suâ: non prudens, opinor, & sciens, sed rerum futurarum ignorantiâ: (nec enim præscius futuri Deus, utpote qui ne Deus quidem esset, nec alia vis ulla homine major, responsum unquam suum veteratorie partem in utramque flexisset:) unoque hoc versiculo,

Cræsus Halym superans, magnam pervertet opum vim,

tantum illud tamque diuturnum Lydiæ Regnum, quod à majoribus ad Religiosum hominem hæreditario jure devenerat, funditùs exscindit, cum ejusmodi fructu, Regis Deorum amantissimi eximiam erga se voluntatem pietatemque compensans. Atque id quod acrem & iracundam à laudato Scriptore (nec injuriâ) orationem expresserit.

Tu nimirum (inquit ille) qui quæcunque arena æstimari debent

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

debent omnia pervides, boni noſti nihil, nidorem quippe durioris, coctæque teſtudinis tuam in mentem ſubire, notitia non eſt pluris quam arenæ pretio æſtimanda: & quamquam ne vera quidem illa fuit, tamen & ſuperbo congruebat & impudenti, quique cùm ob inanes iſtas cognitiones ſupercilium tolleret, tùm Cræſo Lydio illi mancipio, uti ne ſe parvi penderet, perſuadere conaretur. Is enim hunc in modum explorata reſponſi tui certitudine, paulò pòſt, ex te quæſiturus erat, num in Perſas expeditionem adornaret, teque adeo in furoris cupiditatiſque ſuæ cauſâ conſiliarium adhibiturus. Te verò nihil puduit hoc ei reſponſi dare,

Cræſus Halym ſuperans, magnam pervertet opum vim.

Non perperam id quidem quod utrumque ſuſque deque haberes, ſeu quid ineptè moliretur, ad invadendum alienum Imperium ambiguo incitatus Oraculo: ſeu contumelioſi fortè malitioſique nonnulli, cùm tibi ob furioſum hominem conſilio tuo præcipitem actum, laus ab iis prædicatioque deberetur, hoc inſuper crimini tibi darent, quod ne vocem quidem protuliſſes in utramque ſignificationem æqualiter propendentem, uti Lydus ille juſtam dubitandi atque amplius quærendi cauſam haberet: ſed tuum illud καταλῦσαι, hoc eſt, evertere, uno duntaxat apud Græcos ſenſu uſurpetur, nec jam de Imperio deturbari ſuo, ſed alienum præterea ſuam in poteſtatem redigere ſignificet. Nam Cyrus ille quidem Semimedus aut Semiperſa, ſeu mavis ejuſmodi qui Matrem ſi ſpectes, Tyrannico, ſin Patrem, privato genere ſatus eſſet; ille, inquam, hoc in Ænigmate Muli nomine adumbratus, non modo ſtolidum Muſæ tumorem ac fumum indicat, ſed etiam Divinationem Divinationis expertem, ſi quidem Vates vim ænigmatis ab illo capi non poſſe neſciret.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Sin autem cum id probè sciret, ei tamen hunc in modum, quæ sua cùm petulantia est, tum malitia, ludere placuit; Papæ! quales Dii ludos agunt! Denique, si ne id quidem, sed tantùm quod ita rem evenire opportuerit; primùm certè profanum admodum sese probat, qui verbis ad ludificandum compositis abutatur: deinde, esto, rem ita evenire opportuerit; quid tu Delphis tamen, infortunate, sessitas, rebus vanis ac futilibus occinendis occupatus? Quid porro te nobis opus? quæ nos intemperiæ tenent, quotquot ad te universo ex orbe concurrimus? quorsum denique tibi tot sacrificiorum nidorem? Hæc Oenomaus, summa libertate adversus istum Præstigiatorum afflatum, quæ sanè aliquid Cynicæ dicacitatis habent: utpote qui ne Dæmonis quidem, nedum ut Dei, quæ Græci tantopere suspiciunt Oracula; esse velit, sed maleficorum hominum fraudes potius ac versutas argutias, ad vulgus in errorem adducendum malitiosè comparatas.

Hactenus, ex Eusebio, Oenomaus: cujus viri scripta, si integra ad nos perveniissent, plurima ille sine ullo dubio, nos circa hanc materiam docuisset; quæ nunc planè ignoramus. Ac hæc debemus injuriis temporum & hominum. Gratiæ tamen debentur Eusebio nostro, quod nunnulla ex iis nobis (licet hinc inde corrupta) servaverit. Quod si & aliorum veterum scripta contra Oracula nobis suppeterent, puto meum hunc fore laborem plane supervacaneum: aut si saltem accuratam haberemus τῶν χρηστηρίων, sive μαντείων, singulorum descriptionem. Ex iis tamen quæ nobis restant videmus satis superque, quid de ipsis tenendum sit. Verum considerabimus jam, quæ de Athenienſibus, hoc Delphicum Oraculum consulentibus, tradit idem Herodotus, in Polymnia: verba ejus sunt:

Οὐδὲ σφέας χρηστήρια φοβέοντα ἐλθόντα ἐκ Δελφῶν, καὶ εἰς δεῖ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

δεῖμα βαλόντα, ἔπεισε ἐκλιπεῖν τὴν Ἑλλάδα, ἀλλὰ καταμείναντες, ἀνέχοντό τ' ἐπόντα ὑπὲ τὴν χώραν δέξαθαι. πέμψαντες γὰρ οἱ Ἀθηναῖοι ἐς Δελφὰς θεοπρόπους, χρησμολόγεθαι ἦσαν ἕτοιμοι καὶ σφίσι ποιήσασι περὶ τὸ ἱερὸν τὰ νομιζόμενα, ὡς ἐς τὸ μέγαρον ἐσελθόντες ἵζοντο, χρᾷ ἡ Πυθίη, τῇ ὄνομα ἦν Ἀριστονίκη, τάδε,

Ὦ μέλεοι, τί καθῆθε; λιπὼν φεῦγ' ἔσχατα γαίης
Δώματα, καὶ πόλιος τροχοειδέος ἀκρα κάρηνα.
Οὔτε γὰρ ἡ κεφαλὴ μένει ἔμπεδον, οὔτε τὸ σῶμα,
Οὔτε πόδες νέαται, οὔτ' ὤν χέρες, οὔτε τι μέσσης
Λείπεται, ἀλλ' ἄζηλα πέλει. κατὰ γάρ μιν ἐρείπει
Πῦρ τε καὶ ὀξὺς Ἄρης, συρηγενὲς ἅρμα διώκων.
Πολλὰ δ' καὶλλ' ἀπολεῖ πυργώματα, καὶ τὸ σὸν οἶον·
Πολλοὺς δ' ἀθανάτων νεκροὺς μαλερῷ πυρὶ δαίσει.
Οἵ τε νυῶ ἱδρῶτι ῥεύμενοι ἑστήκασι,
Δείματι παλλόμενοι. κατὰ δ' ἀκροτάτοις ὀρόφοισι,
Αἷμα μέλαν κέχυται, προεσίδον κακότητα ἀνάγκας.
Ἀλλ' ἴτον ἐξ ἀδύτοιο, κακοῖς δ' ὑπικίδνατε θυμόν.

Ταῦτα ἀκούοντες οἱ τ' Ἀθηναίων θεοπρόποι, συμφορῇ τῇ μεγίστῃ ἐχρέωντο· προβάλλουσι δὲ σφέας αὐτοὺς τῷδε κακῷ κεχρησμένους, Τίμων ὁ Ἀνδροβόλου τ' Δελφῶν ἀνὴρ δόκιμος ὁμοῖα τῷ μάλιστα, συνεβάλετό σφι ἱκτηρίην λαβόντι, δεύτερα αὖθις ἐλθόντας χρᾶσθαι τῷ χρηστηρίῳ ὡς ἱκέτας. πειθομένοισι δὲ ταῦτα τοῖσι Ἀθηναίοισι, καὶ λέγουσι, Ὦναξ, χρῆσον ἡμῖν ἄμεινόν τι περὶ τῆς πατρίδος, αἰδεσθὲς τὰς ἱκετηρίας τάσδε τὰς τοι ἥκομεν φέροντες ἢ ἄτιμοι ἀπίμεν ἐκ τοῦ ἀδύτου καὶ αὐτοῦ τῆδε μενέομεν, ἐς δ' ἂν καὶ τελευτήσωμεν. ταῦτα λέγουσι ἡ Πυθίη χρᾷ δεύτερα τάδε,

Οὐ δυνατὰ Παλλὰς Δί' Ὀλύμπιον ἐξιλάσασθαι,
Λισσομένη πολλοῖσι λόγοις καὶ μήτιδι πυκνῇ.
Σοὶ δ' αὖτις ἔπος ἐρέω, ἀδάμαντι πελάσας.
Τῶν ἄλλων δὲ ἁλισκομένων ὅσα Κέκροπος ὄρος

Ἐν-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Ἐνθὲς ἔχει, κοσμῶν τε κιθαιρῶνος ζαθέοιο.
Τεῖχος τειχήρει ξύλινον διδοῖ Διὸς υἱὸς
Μοῦνον ἀπόρθητον τελέθειν, τό σε τέκνα τ' ὀνήσει.
Μὴ σὺ γ' ἱππόσυνόν τε μένειν καὶ πεζὸν ἰόντα
Πολλὸν ἀπ' ἠπείρου σταθὲν, ἥσυχος, ἀλλ' ὑποχωρεῖν,
Νῶτον ὀπισθεύσας, ἔτι τοι κατὰ καίριος ἔσται.
Ὦ θεία Σαλαμὶς, ὀλεῖς δὲ σὺ τέκνα γυναικῶν,
Ἢ τε σκιδναμένης Δημήτερος, ἢ συνιούσης.

Ταῦτά σφι (ἦπου τὰ μὲν πρότερα καὶ ἦν καὶ ἐδόκεε εἶναι) συγγεγραμμένα ἀπαλλάσσονται ἐς τὰς Ἀθήνας. ὡς δὲ ἀπελθόντες οἱ θεοπρόποι ἀπήγγελον ἐς τὸν δῆμον, γνώμας πολλὰς καὶ ἄλλας ἐγίνοντο, διζημένων τὸ μαντήϊον, καὶ αἵδε συνεσηκυῖαι μάλιστα. τῶν πρεσβυτέρων ἔλεγον μετεξέτεροι, δοκέειν σφι τὸν θεὸν τὴν ἀκρόπολιν λέγειν φυλάξειν. ἦν γὰρ ἀκρόπολις τὸ πάλαι τῶν Ἀθηναίων ῥηχὼ ἐπέφραχτο. οἱ μὲν δὴ καὶ τὸ φράγμὸν, συνεβάλλοντο τοῦτο τὸ ξύλινον τεῖχος εἶναι· οἱ δ' αὖ ἔλεγον τὰς νέας σημαίνειν τὸν θεὸν, καὶ τούτους ὡρμῆσθαι σκέλλειν, τὰ ἄλλα ἀπέντας. τὰς μὲν δὴ τὰς νέας λέγοντας εἶναι τὸ ξύλινον τεῖχος, ἔσφαλλε τὰ δύο τὰ τελευταῖα ῥηθέντα ὑπὸ τῆς Πυθίης,

Ὦ θεία Σαλαμὶς, ὀλεῖς δὲ σὺ τέκνα γυναικῶν,
Ἢ τε σκιδναμένης Δημήτερος ἢ συνιούσης.

Κατὰ ταῦτα δὲ ἔπεα συνεχέοντο αἱ γνῶμαι τῶν φαμένων τὰς νέας τὸ ξύλινον τεῖχος εἶναι. οἱ δὲ χρησμολόγοι ταύτῃ ταῦτα ἐλάμβανον, ὡς ἀμφὶ Σαλαμῖνα δεῖ σφέας ἐσωθῆναι, ναυμαχίῃ παρεσκευασμένους. ἦν δέ τις Ἀθηναίων ἀνὴρ ἐς πρώτους νεωστὶ παρελθών, τῷ οὔνομα μὲν ἦν Θεμιστοκλέης, παῖς δὲ Νεοκλέος καλέεται. τοῦτος ὦν ἀνὴρ οὐκ ἔφη πᾶν ὀρθῶς τοὺς χρησμολόγους συμβάλλεσθαι, λέγων τοιάδε, Εἰ ἐς Ἀθηναίους εἶχε τὸ ἔπος εἰρημένον ἐὸν κως, οὐκ ἂν δοκέει μοι δοκέειν ὅπως χρηστὸν ἔσεσθαι, ἀλλὰ ὧδε, Ὦς χέλλια Σαλαμὶς, ἀντὶ δὲ Ὦ θεία Σαλαμὶς. εἴπερ γε ἔμελλον οἱ οἰκήτορες ἀμφ' αὐτῇ

αὐτῇ πελδυτήσειν. ἀλλὰ γὰ ἐς τὰς πολεμίας τῶ θεῶ εἰρῆσθαι τὸ χρηστήριον, συλλαμβάνουσι κ τὸ ὀρθὸν, ἀλλ' οὐκ ἐς Ἀθηναίους. ὡδὶ γὰρ σκοπεύεσθαι ὧν αὐτὰς ὡς ναυμαχήσοντας συνεβάλλετε, ὡς τάττε εὖντας ἔ ξυλίνε τείχεος τούτῃ Θεμιστοκλέης ἀποφαινομένε, Ἀθηναῖοι τοῦτό σφι ἔγνωσαν αἱρετώτερα εἶναι μᾶλλον ἢ τὰ τ χρησμολόγων οἱ οὐκ ἔων ναυμαχίαν ἀρτίεσθαι τὸ ἢ σύμπαν εἶναι, ἀδὲ χεῖρας ἀνταείρεσθαι, ἀλλὰ ἐκλιπόντας χώρλω τλῶ Ἀτθικλῶ, ἄλλω τινὰ οἰκίζειν. ἐπῆρε τε Θεμιστοκλέϊ γνώμη ἐμπεσοῦσε ταύτης ἐς καιρὸν ἠρέτδυσε, ὅτε Ἀθηναίοισι, γενομένων χρημάτων μεγάλων ἐκ τῶν χθινῶν, τὰ ἐκ τ μεταλλων σφι περισῆλθε τ ἀπὸ Λαυρείε ἔμελλον λάξεσθαι ὀρχηδὸν ἑκαστ δέκα δραχμὰς, τότε Θεμιστοκλέης ἀνέγνωσε Ἀθηναίοις, τ διαιρέσι τούτης παυσαμένους, νέας τετέων χρημάτων ποιήσασθαι δικησίας ἐς τ πολέμον, τ περὶς Αἰγινήτας λέγω. ἔστ γὰρ ὁ πόλεμος συτὰς, ἔστσε τότε τλῶ Ἑλλάδα, ἀναγκάσας θαλασσίης χρέεσθαι Ἀθηναίους. οἱ ἢ ἐς τὸ μὴ ἐποιήσαν, οὐκ ἐχρήσθησαν, ἐς δέον δὲ ἔτω τῇ Ἑλλάδι ἐγένοντο. αὖτά τε δὴ αἱ νέες τοῖσι Ἀθηνάοισι περιποιηθεῖσαι ὑπῆρχον, ἑτέρας τε ἔδεε περσναυπηγέεσθαι. ἔδοξε δέ σφι κ τὸ χρηστήριον βαλδομένοισι, ἐπόντα ὅτι τλῶ Ἑλλάδα τ βάρβαρον δεκεσθαι τῆσι νησι παυδημεὶ, τῶ θεῶ πειθομένους, ἅμα Ἑλλήνων τοῖσι βαλομένοισι.

Ac ne Oraculis quidem horrendis ac terribilibus quæ à Delphis veniebant, inducti ad Græciam deserendam fuerunt, sed persistentes constituerunt excipere hostem sua invadentem. Siquidem Consultoribus Delphos missis, uti Oraculo volebant; iisque factis apud Templum quæ ritè postulabantur, ædem ingressi consederunt. Quibus Pythia cui nomen erat Aristonice, ita respondet:

Quid miserande sedes Populus? fuge ad extima terræ,
Ædibus & globidæ desertis collibus urbis.
Nam caput & corpus minime sincera manebunt,
Extremive pedes poterunt superesse manusve,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Aut medium, ſed ea ignis edax deformia reddet,
Et Mars acer equis urgens Aſiægena currum.
Atque alias pleraſque tuas non ſolius arces,
Permultaſque Deum ſævis dabit ignibus ædes;
Quas ego prævidi jam nunc ſudore madentes,
Atque metu tremere, & de laquearibus altis
Nigrantem cogente malo manare cruorem:
Ite ſed ex adyto atque malis effundite mentem.

His auditis Athenienſium Conſultores maximo ſunt mœrore affecti quibus inter ſe agitantibus tam triſte reſponſum, Timon Androbuli filius, vir apud Delphos illuſtris valde, ſuaſit, ut, ſumptis oleæ ramis, de integro reverterentur ad conſulendum ſuppliciter Oraculum. Obtemperantes ei Athenienſes dixere, ô Princeps, redde nobis Oraculum melius de patria, in honorem horum Olivæ palmitum, quos geſtantes ad te venimus, alioqui hinc abs te abituri non ſumus, ſed in hoc adyto ad obitum uſque permanſuri. Hæc dicentibus Antiſtes, iterum hoc modo reſpondit:

Pallas Olympia cum multis hortatibus uſa,
Et precibus blandita Jovem placare nequivit,
Hoc tibi fabor item reſponſum, adamanti propinquans
Nam captis reliquis quæ limes Cecropis oræ
Intus habet, quodcunque ſacer penetrale Cithæron,
Jupiter è ligno muris Tritonida donat:
Qui ſoli invicti tibi ſint natiſque ſaluti.
Tu vero adventum peditumque equitumque quietus
Terreſtreſque acies ne præſtolare: ſed hoſti
Terga dato, vel ſi tibi fors erit obvius uſquam,
Divina ô Salamis mulierum pignora perdes,
Uſquam vel Cerere ſparſa, coëunte vel uſquam.

Hæc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Hæc legati, ut erant, ita arbitrati prioribus mitiora, poſtquam conſcripſerunt, Athenas rediere, reverſique ad populum recitavere: & cum aliæ multæ ſententiæ eſſent, Oraculum interpretantium, & eæ plurimum perplexæ; quidam e majoribus natu dixere, videri ſibi Deum reſpondere, ſalvam fore arcem. Olim enim Athenienſium arx circumſepta vallo erat. Et ii quidem interpretabantur vallum eſſe hunc ligneum murum. Alii vero dicebant Deum ſignificare naves: eaſque cæteris omiſſis ædificari jubebant. Sed eorum ſententia, qui dicebant naves eſſe murum illum ligneum, evertebant hæc duo poſtrema, quæ Pythia dixerat, Divina at Salamis muliebria pignora perdes, uſquam vel Cerere ſparſa, coëunte vel uſquam. Circa hæc carmina confutabantur (inquam) eorum ſententiæ, qui naves illum eſſe murum ligneum dixerant. Siquidem Oraculorum interpretes illa in hunc ſenſum accipiebant, fatale ſibi eſſe circa Salaminem ſuperari, inſtructa Pugna navali. Erat autem inter Athenienſes quidam qui in Primores recens pervenerat; cui nomen quidem erat Themiſtocles, ſed vocabatur Neoclis filius. Is negabat interpretes omnia rectè conjectare; talia dicens: Si ad Athenienſes ſpectaret illud carmen, non videtur mihi tam mite reſponſum redditurus Deus fuiſſe; ſed pro eo quod dixit, Divina at Salamis, dicturus fuiſſe, at Salamis miſera: Siquidem circa ipſam ſui incolæ eſſent oppetituri. Illi igitur qui rectè conjectaret, Deum adverſus hoſtes hoc Oraculum, non adverſus Athenienſes edidiſſe.

Itaque ſuadebat, ut ſeſe inſtruerent, tanquam prælio navali certaturi, & tanquam hic eſſet ligneus murus. Hanc Themiſtoclis ſententiam Athenienſes potiorem eſſe cenſuerunt, quam illorum, qui interpretantes Oraculum diſſuadebant apparatum pugnæ navalis: ſed hanc eſſe in ſumma ſententiam dicebant, non levandam in hoſtem manum, ſed

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

ex Attica regione demigrandum, & aliam incolendam. Cæterum alia quoque Themiſtoclis ſententia antè hanc opportunè primas partes obtinuerat: Quum magna vis pecuniæ ex provento Metallorum quæ ſunt è Laureo, eſſet in ærario Athenienſium, eaque eſſet æque dividenda viritim denis in ſingulos drachmis, tunc Themiſtocles hanc diſſuaſit Athenienſibus diſtributionem, ſed ex pecuniâ claſſem ducentarum navium ad Ægineticum bellum, comparare ſuaſit. Hoc enim bellum conflatum Græciæ ſalutem attulit, cogens Athenienſes nauticos fieri. Et quanquam hæc claſſis in eum uſum in quem comparata fuerat, non venit, tamen in utilitatem Græciæ ceſſit. Iſta igitur jam præparata cum præſto eſſet, & alteram exædificari opporteret, placuit Athenienſibus, inito poſt Oraculum conſilio, Barbarum Græciam invalentem cum navibus opperiri univerſos, Deo obſequentes, unâ cum Græcis eadem voluntate præditis.

Videamus quæſo primò, quid & ad hæc Oracula dicat Euſebius, ſeu apud ipſum nunc citatus Oenomaus; ac poſtea quid iis addi opportune queat; quo oſtendatur, ex hiſce nullas patere artes Diabolicas, ſed meras Prophetarum atque Antiſtitum fraudes. Ita autem loquitur: Πολὺς ἦν ὁ Περσῶν στρατὸς ὡπλισμένος κ᾽ τ᾽ Ἀθηναίων. ἀδ᾽ ἦν τις αὐτοῖς ἄλλη σωτηρίας ἐλπὶς, ἢ μόνος ὁ Θεὸς, οἳ δὴ τᾶτον ὅσις ἦν εἰδότες τ᾽ πάτριον ἀρωγὸν ἐπεκαλέντο. ὁ ἐν Δελφοῖς Ἀπόλλων ἦν ἅτος. τί ἔν ὁ θωμαστὸς ἅτος; ἀρά γε τ᾽ οἰκείων ὑπερεμάχε; ἆρα λοιβῆς κὴ κνίσσης ἐμέμνετο, κ᾽ ὧν αὐτῷ συνήθως ἐτέλεν τὰς ἑκατόμβας θπιθύοντες; ἀμενᾶν. ἀλλὰ τί φησιν; φεύγειν, ὦ φεύγειν, ξύλιον τεῖχος ἀθλοσκυασμένες· ἅτω τὸ ναυλικὸν δηλῶν. δι᾽ ἃ μόνα φησιν αὐτὰς σωθήσεσθ᾽ τ᾽ πόλεως ἐμπρεσθείσης. ὦ μεγάλης θεᾶ βοηθείας. εἶτα πολιορκείαν ἀ μόνον τ᾽ ἄλλων κ᾽ πόλιν οἰκοδομημάτων, ἀλλὰ κ᾽ αὐτῶν τ᾽ τοῖς θεοῖς ἀφιερωμένων ἀθλέγειν δῆθεν ἀθαποιεῖται. τᾶτο δὴ κὴ δίκα λεκτμᾶ, τοῖς πᾶσιν, ὃκ τῆς τῶν πο-

πολεμίων ἐφόδῳ πεφοδοκᾶν ἦν. εἰκότα δῆτα πιῶν ὁ συγγραφεὺς διαπαίζῃ πάλιν, τῷ ἑλληνικῷ ἀπάτῃ ἐξελέγχων ἐν τούτοις. Ἀλλὰ τὰ μὲν τοιαῦτα ἴσως ἐπιλοκάκου τινός ἐστιν. ἐκεῖνα δ' δεῖ μᾶλλον εἰς τὴν κρίσιν φέρειν, τὰ πρὸς Ἀθηναίους· καὶ δή λεγέσθω τὰ πρὸς Ἀθηναίους.

Ὦ μέλεοι, τί κάθησθε ; &c.

ἰδὲ δὴ σοὶ τὸ πρὸς Ἀθηναίους λόγιον, ἥπερ τι μανικὸν ἔνεστι ; σὺ γὰρ ἅτως ἐπαῤῥεῖς αὐτῷ, νὴ Δία, φαίη τις ἄν. εἰ δὲ πεφοβεῖσθαι ἀ δεομένων βοηθεῖν αὐτοῖς ἐπιλέγεται, γνωσθήσεται. ἰδὲ δὴ πεφοβεῖσθω.

Οὐ δύναται Παλλὰς Δι' Ὀλύμπιον ἐξιλάσασθαι, &c.

Ἀξιός τέ σοι ὁ Ζεὺς ὁ Διὸς, ὦ ἡδὲ ὁ Διός. Ἀλλὰ καὶ ἡ Ἀθηνᾶ ἡ Ἀθηνᾶς, ὦ τῆς Ἀθηνᾶς ἀδελφέ. ἥπερ ἀπιθανὴ αὐτὴ καὶ ἡ ἀνοησία, ἐπιπρέπει τῷ πατρὶ καὶ τῇ θυγατρὶ, μᾶλλον ἢ τοῖς θεοῖς, ὅτι Ὀλύμπιος ἐστὶν ὁ τὴν μίαν ταύτην πόλιν ἐξελεῖν ἀθενῶν, εἰ μὴ ἀπὸ Σάσων ἐπαγάγῃ αὐτῇ τὸ ἄπειρον ἐκεῖνον πρᾶγμα. μέγας τις ἄρα ἦν, ὃς τὴν ὅλην παντὸς κυρίαν ἔχων, καὶ πανὸς ἅμα, ἐκ μὲν τῆς Ἀσίας εἰς τὴν Εὐρώπην κινῶν ἔθνη τοσαῦτα. ἐν ᾗ τῇ Εὐρώπῃ μίαν πόλιν ἀνατρέψαι ἀδυνάτῳ ἦν. καὶ σὺ ᾗ ὁ πολεμῶν ἅμα, καὶ ὅτι τῷ μηδενὶ ῥιψοκινδύνῳ οὐκ εἰμάζεις, (εἶπον ἂν ἄνθρωπος, ὑπὲρ ὧν ἡ Παλλὰς δ' δυνατὴ τὸν Ὀλύμπιον ἐξιλάσασθαι) ἢ δ' τοῖς ἀνθρώποις ἐμήνιεν ὁ Ζεὺς, ἀλλὰ τοῖς λίθοις καὶ τοῖς ξύλοις. Καὶπειτα σὺ μὲν τοὺς ἀνθρώπους ἔσωζες. ὁ δὲ τὰ οἰκοδομήματα ἐνεπίμπρα τῷ πυρὶ. ἃ γὰρ ἦν αὐτῷ κεραυνὸς τηνικαῦτα. ἢ μή τι μᾶλλον ἡμεῖς τολμηροί τέ ἐσμεν καὶ ῥιψοκίνδυνοι, οὐκ ἐπιτρέποντες ὑμῖν ἅτω φληναφεῖν. πῶς γὰρ ὦ μάντι, ὅτι μὲν ἡ θεὶη Σαλαμὶς ἀπολεῖ τέκνα γυναικῶν ἤδεις ; πῶς γὰρ ἀδὲ τοῦτο ἤδεις, ὅτι τὰ τέκνα τῶν γυναικῶν εἶπε μὲν ἄν τις εἶναι καὶ τὰ οἰκεῖα, εἶπε δ' ἂν καὶ τὰ πολέμια αἰθόμενα καὶ κακοτεχνήματα. φείδεσθαι γὰρ δεῖ καὶ ἀποβησόμενον. ἐν χαρὶ δεῖ τι τούτων ἀποβήσεσθαι, ἢ χαρὶ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

δὴ Σαλαμὶς ἡ θεία ἀδὲ ἡτιωμένων ἀφήρμοσεν ἂν, ὡς εἰς οἶκτον ἔτως ὑπιφωνημένη, ἥτε μέλλουσι τῶν νηῶν μάχη, ἤτοι χιδναμένης Δημήτερος ἢ σωιδόσης καταπέπλασμαι τῇ ποιητικῇ σεμνολογίᾳ, ἵνα γένηται μάθημα ἀφώρμιον τῷ σοφισμῷ; Ὃ μὴ δῆτα καταφανὲς ἦ. ὅτι ἐν χειμῶνι μάχη ναυτικὴ ἀ σωίζεται. ἤδη γὰρ ἀδὲ ἡ τραγῳδία ἀφανὴς, ἀδὲ θεοὶ ἐπεισκυκλέμενοι. ὁ μὲν ἱκετεύων, ὁ δὲ ἀ καταπαμπόμενος, χρήσιμοι τῷ μέλλοντι καὶ τῇ ὑστέρᾳ πολέμῳ φαδόξῳ ῥοπῇ, ὁ μὲν σωζομένοις, ὁ δὲ ἀπολλυμένοις. εἴτε γὰρ σώζοιντο, ἰδὰ αἱ τῆς Παλλάδος λιταὶ πεμεμήνωνται, ἱκαναὶ ἔσαι κάμψαι τὸν ὑστέρᾳ Διὸς ὀργὸν, εἴτε καὶ μὴ ἀδὲ τάπο τῷ μάντει ἀκαταισκέασον. ἀ γὰρ δυάπαι Παλλὰς τὰ Δία ἐξιλάσιαδαι. πρὸς τε τὰς ἡμικάκως τύχας ὁ τεχνίτης ἐκέρασε τὸ λόγιον. ὡς δὴ ὑστέρᾳ Διὸς τῇ μὲν τῶν ἑαυτᾶ πεθήσιν ἐκτελέσαντι· τῇ δὲ τῶν δέησιν τὰ βυαστερὰς ἀ πειφρονήσαντι, τά τε πυργώματα ὅτι πολλὰ ἀπολεῖται, εἰ μὴ ναρθήκων, ἀλλὰ μὴ μὴ σιδήρα καὶ πυρὸς ἐπήεσαν, τάχα ἂν ψευδὲς ἦν, ὃ πότε καὶ μὴ ναρθήκων ἔπραξαν ἀνὶ πάντων οἱ τοσῶτοι. ἀλλ' ἐγώ, φησιν, ἐξεῦρον τὸ ξύλινον τειχος, τὸ μόνον ἀπόρθητον συμβέλθμα εἶγε, ἀλλ' ἀ μάντθμα. ἐκ ἀπεικὸς τῷ φεύγειν μηδὲ μένειν, μηδὲ δεῖσας κακὸν εἶναι. ὁ γὰν ὑπιλυσάμενος ἐκεῖνος τὸ αἴνιγμα ἀ χείρων ἦν σα καλιδεῖν, ὅτι ἡ τῶν Ἀθηναίων πόλις πεφάσις ἦν τῷ Πέρσῃ τὰ ὁδὰ, καὶ ἡ πᾶσα ἔλασις ὑπὶ ταύτῃ πρώτην τε καὶ ἐξοχωτάτην ἐγένετο. ἐπεὶ καὶ ὁ ἀμαυλὶς ἐγὼ τᾶτ' αἰθόμενος, καὶ τὸ Ἀθηναῖον ἂν, ἀ μόνον τὸ Λυδὸν, ἐκέλευον φεύγειν νῶτα ὑπιστρέψαντα, ἔτι γάρ ποτε καὶνὸς ἔσαι. πολλὴ γὰρ ἱπποσύνη, καὶ πεζὸς ἐπέρχεται. ὅτι ἢ ναῦσιν, ἀλλ' ἀ κατ' ἤπειρον. καὶ γὰρ ἦν γελοῖον ἔχοντας ναυτικὸν καὶ ὑπὶ θαλάσσης καταικᾶντας μὴ ἀ παυσὶ σκυλωρησαμένους, καὶ τροφὰς ὅσας εἶχον σωεμβαλλομένους σώζεσθαι πολεμόνας τοῖς βυλομένοις τὸν γῆν.

Sed age jam horum confutatione præmissâ, vetustissima Delphorum Oracula, quæque (NB.) *Græcis præsertim historiis ad miraculum usque celebrantur, è superiore memoriâ repetamus, eaque ab eodem quemadmodum redarguantur*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

tur videamus. Perſarum ingens adverſus Athenienſes exercitus in armis erat. Hi cum nullam ſibi ſpem ſalutis niſi in uno Deo reliquam viderent, quem ipſi non ſatis noverant, tutelarem tamen ac patrium defenſorem invocabant. Nimirum is Apollo Delphicus erat. Quid ergo hîc Numen egregium? an pro ſuorum ſalute dimicavit? An libaminum, aut nidoris, an cæterorum meminit, quæ ſuum in honorem, immolandis more inſtitutoque majorum Hecatombis, ab iis fiebant? Nihil minus. Quid ergo jubet? fugere: ſed ita fugere, ut ligneo muro, (ita nempe claſſem vocabat,) ad fugam uterentur: atque hanc unam, inflammatâ jam urbe, ſalutis expediendæ rationem eſſe dicebat. Præclarum enimvero Numinis auxilium. Deinde non aliorum tantum Urbis ædificiorum, ſed eorum quoque ſcilicet, quæ ſacra Diis erant, peſtem ſe fingit excidiumque prædicere. Atqui ſatis id vel ex ipſa hoſtium impreſſione, citra ullum Oraculum, exſpectari potuit. Itaque jure profectò noſter ille Scriptor hunc rurſus Græcorum errorem lepide ac facetè his verbis illudit. [Hactenus Euſebius.]

At iſta forte malitioſi prævaricatoris fuerint, adeóque præſtiterit, quid ab eodem Athenienſes reſponſi tulerint, in quæſtionem ac diſceptationem vocare. Age ergo cujuſmodi tandem illud ſit, videamus:

Quid ſtolidi hæretis? miſera quin ceditis urbe?
Ut cui non ſolidum caput ægro in corpore ſurgat,
Non palmas, imoſve pedes ſua robora firment.
Namque illam flammæ, Syrioſque in prælia currus
Sternet agens Mavors, atque altas funditus arces
Eruet, ac ſuperum templis incendia mittet,
Qui nunc fortaſſis magno terrore ſubacti
Expreſſo ſudore fluunt.

Ecce

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy af Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Ecce tibi quid Athenienſibus Oraculi fuderit : num quod in eo vel tenuiſſimum eſt Divinationis veſtigium ? Quippe, Tu enim (dicat aliquis) id Oraculi ſcilicet, ſi aliud nihil fuerit , carpere ac traducere audeas : at ſi quæ auxilium flagitantibus adjunxit , addideris , tum quale demum illud ſit , intelligetur. Audiamus ergo ,

Jam magnum placare Jovem Jove nata Minerva
Haud precibus votiſque poteſt.
Quod tamen indomita cognovi ex Virgine pandam:
Ut reliquis victor potiatur ,
Lignea ſecuro conſiſtere mœnia vallo ,
Optatamque tibi ſobolique afferre ſalutem
Juppiter indulſit natæ. Tu , ne pedes hoſtis ,
Neve eques hîc ſtantem inveniat , dare terga memento:
Namque infeſta tibi trahet obvius agmina Ductor.
Divina ô Salamis , matrum tu pignora perdes ,
Sive Ceres diſperſa ierit , ſeu venerit ipſa.

Jovem Hercle tu nobis Jove dignum , ô Jovis fili ; Dignam Minervâ Minervam fingis , ô Minervæ frater ! Et iſta voluntatum ſtudiorumque pugna , Patrem admodum & filiam , imò Deos omninò decet. Quin etiam Olympius iſte tuus , qui niſi adductum Suſis (NB.) infinitum exercitum admoveret , urbi uni expugnandæ par eſſe non poſſet, magni aliquid eſt videlicet , atque ejuſmodi , penes quem ſit orbis poteſtas univerſi. Nam illud quidem quam veroſimile , ut cui ad evertendam unicam Europæ urbem vires defuerint , idem ex Aſiâ vim tantam populorum in Europam agere concitareque potuerit. Tu autem , ô noſter , audax , (dicant homines illi , quibus Jovem Olympicum exorare Minerva non poteſt ;) qui ubi cauſſæ nihil eſt , uſque adeo præceps in adeundis periculis eſſe ſoles , hunc ad caſum non ingemiſcis ?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

gemiſcis ? An verò lapidibus ligniſque Jupiter , non hominibus ſuccenſebat , ut homines quidem peſti ſubduceres. Is autem ædificia adſcititio quodam igne conſumeret ? nec fulmen ei tum ſuppetebat. Niſi tamen audaciores ipſi ſumus, nimiumque ſine cauſſa præcipites , qui ne vos quidem libere nugas agere patiamur. At quomodo tamen, Bone Vates futurum noveras , ut mulierum fœtus divina Salamis perderet , idem utrum id ſementis , an meſſis tempore futurum eſſe ignorabas ? Imò cur ne hoc quidem noveras , fœtus illos mulierum ut ſuos ac proprios , ſic etiam hoſtium liberos, à quolibet qui ludificationem ſubodoraretur , intelligi omninò poſſe ? At exitus nimirum exſpectandus eſt ; prorſus enim alterutrum eveniat oportet. Nam iſta quidem divina Salamis , utri tandem vincerentur , ſemper utique cum Oraculo congrueret , quaſi ad commiſerationis ſenſum ejuſmodi carmine vocaretur. Navalis autem pugna ſub ſementis meſſiſve tempus futura , ſpecie verborum plane Poëtica fingebatur, ne reſponſi vanitas his verborum argutiis tecta deprehendi poſſet ; neve id omnes continuò viderent , navalem pugnam committi ſub hyemem non ſolere. Jam vero ne ipſius quidem tragœdiæ finis , aut invectorum Numinum ratio obſcura eſt. Supplex alterum , alterum minus exorabile fingitur : utrumque in futuri caſum & ancipitem bellorum inclinationem opportunè , alterum quidem ſi ſalvi forent , alterum verò ſi perirent. Nam ſi ab initio liberarentur , eò tibi antè Minervæ preces inſinuatæ erant , quæ ad frangendam Jovis iracundiam ſatis haberent virium : ſin autem ; ne id quidem Vati improviſum : Nec enim Jovem , inquit , exorare Minerva poteſt. Ita ſuum iſtuc Oraculum in triſtis lætæque Sortis exitum bonus Artifex temperavit ; ut Jupiter & ſatis conſilio feciſſe ſuo , nec tamen omninò filiæ obſervantiam repudiaſſe videretur. Nam arces quidem plurimas ex-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

ſcindendas eſſe, id ſi modo ferulis, non autem ferro ignique armati urbem invaderent, falſum eſſet fortaſſis: tametſi aliquid tanta ſolis etiam inſtructa ferulis multitudo potuiſſet. At ligneum, inquit, murum inveni, qui unus expugnari non poſſet. Conſilium das, Apollo, non Divinas: & conſilium quidem alteri, huic geminum,

I, fuge, rumpe moras; nec probro ignavia detur.

Et verò, qui tuum hoc ænigma ſolvit, is nihilo ſane minus quam tu, id videbat, Athenas Perſam excivisſe, in eamque urbem, utpote omnium principem ac celeberrimam impetum belli univerſum incumbere. Nam ego ipſe qui nihil Divinando poſſum, ubi rem ſenſiſſem, non Lydo tantum, ſed etiam Athenienſi, ut tergo verſo fugeret, omnino auctor eſſem. Etenim

— Adverſus huic etiam ſeſe inferat hoſtis,
Quippe ingens Equitum & Peditum vis ingruit.

Mari vero, non terra fugam ſuaderem. Ridiculum enim foret homines & claſſe inſtructos, & mari proximos, non collectis undique vaſis, & quicquid ad manum commeatus eſſet in naves comportato, ſalutem expedire, terrâ quibus ea placeret libenter relictâ.

Hactenus iterum Oenomaus, qui eodem modo multa alia & Lacedæmoniis, & Cnidiis, aliiſque data, nec immeritò, nec inſulſe, ridet. Sed ut videamus quid & à nobis hiſce addi queat, conſideremus verba poſteriora Herodoti, quem vera narraſſe heîc ſupponam, licet id Cicero non æque facilè concedat forſan, nec ipſi validæ dubitandi rationes deſint.

Themiſtocles igitur, ut metum demeret Athenienſibus, quibus malignè eum incuſſerant, ſive Pythia ipſa, ſive Antiſtites Delphici (ſeu quod timerent Perſas, ſeu quod & ab illis clam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

clam essent corrupti) interpretatur Oraculum: de quo, quod postea dixit Demosthenes, ipse dicere non audebat: quod id periculo non vacaret. Sicuti hinc nec Brutus, nec Cassius apertè, atque in Senatu, fictionis ac fraudis accusare audebant prætensum illud responsum de Parthis non nisi à Rege vincendis. Interpretatur ergo; atque ita, ut non contra Athenienses aut Salaminios, sed contra Persas, facere videretur. 2. Suadet conscendendas naves, atque ut Classe resisteretur Persis; quod videret tantis hostium copiis Urbem minimè parem fore; eâque cum suis capta habitatoribus, cum ipsa quoque simul interituram totam Rempublicam, cæteramque Græciam post illam. Dum è contrario cum Classe sua possent contra Barbaros tentare Fortunam Belli: præsertim cum & cæteris Græcis libertatem propugnare amantibus adjuti, eos & ipsi sic adjuvare possent; conjunctisque viribus hosti resistere, ac si res benè cederet, eum propulsare.

Quin imo dubitare quis merito posset, an non hoc responsum de *Muro ligneo* in secundâ Legatione acceptum, ipsius operâ Themistoclis Antistitibus occultè fuerit suggestum. Cum, licet jam illi ad Persas propenderent, nullum non præmium, nullamve fraudulentæ artis respuerint mercedem; à quocunque demum illa fuisset profecta. Verumenimvero transeamus ad alia scelestæ fraudis exempla, quæque apertius sese primo adspectu produnt: quorum primum sit quod nobis narrat idem ille Herodotus, libro Octavo: Οἱ μὲν δὴ Ἕλληνες ἔπλωον ἐς τὴν Δῆλον· Μαρδόνιος δὲ ὡρμᾶτο τῷ στρατῷ ἐς τὴν Θεσσαλίην ἐκείμαζε. ἐντεῦθεν δὲ ὁρμεώμενος, ἔπεμπε κατὰ τὰ χρηστήρια ἄνδρα Εὐρωπέα γένος, τῷ οὔνομα ἦν Μύς· ἐντειλάμενος παντάχῃ μὲν χρησόμενον ἐλθεῖν, τὰ οἷά τε ἦν σφι ὑποπειρήσαντα, ὅ, τι μὲν βουλόμενος ἐκμαθεῖν παρὰ τῶν χρησμῶν ταῦτα ἐνετέλλετο, οὐκ ἔχω φράσαι (οὐ γὰρ ὧν λέγεται) δοκέω δ' ἔγωγε περὶ τῶν παρεόντων πρηγμάτων, καὶ οὐκ ἄλλων περὶ πέμψαι. ἔστι δὲ ὁ Μῦς ἐς τὰ λε-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

ἐκδεῖναι ἀπικόμενον φαίνεται, καὶ μισθῷ πείσαι τῶν ἐπιχωρίων ἄνδρα, καταβῆναι, τῷ δὲ Τροφωνίου. καὶ ἐς Ἄβας τὸ φωκέων ἀπικόμενον ἐπὶ τὸ χρηστήριον. καὶ δὴ καὶ ἐς Θήβας πρῶτα ὡς ἀπίκετο, τοῦτο μὲν, τῷ Ἰσμηνίῳ Ἀπόλλωνι ἐχρήσατο. (ἔστι δὲ καθάπερ ἐν Ὀλυμπίᾳ, ἱροῖσι αὐτόθι χρησμῳδέουσι) τοῦτο δὲ, ξεῖνόν τινα, καὶ ὁ Θηβαῖον χρήμασι πείσας, κατεκείμισε ἐς Ἀμφιάρεων Θηβαίων δὲ ἀδενὶ ἔξεστι μαντεύεσθαι αὐτόθι πρὸ τόδε· ἐκέλευε σφέας ὁ Ἀμφιάρεως πρὸ χρηστηρίων ποιήμενον, ὁκότερα βάλονται ἑλέσθαι τετίων, ἑωυτῷ ἢ ἀτε μάντι χρέεσθαι, ἢ ἀτε συμμάχῳ, τὸ ἕτερα ἀπεχομένους. οἱ δὲ συμμαχέειν μιν εἵλοντο εἶναι. πρὸ τοῦτο μὲν οὐκ ἔξεστιν Θηβαίων ἀδενὶ αὐτόθι καταχοιμηθῆναι. τότε δὲ θωϋμά μοι μέγιστον γενέσθαι λέγεται ὑπὸ Θηβαίων ἐλθεῖν ἄρα τὸν Εὐρωπέα Μῦν, προερωφώμενον πάντα τὰ χρηστήρια, καὶ ἐς τὸ Πτῷον Ἀπόλλωνος τὸ τέμενος· τοῦτο δὲ τὸ ἱρὸν, καλέεται μὲν Πῶον, ἔστι δὲ Θηβαίων, κεῖται δὲ ὑπὲρ τῆς Κωπαΐδος λίμνης, πρὸς ὄρεϊ, ἀγχοτάτω Ἀκραιφίης πόλιος. ἐς τοῦτο δὲ τὸ ἱρὸν ἐπεί τε παρελθεῖν τὸν καλεόμενον τοῦτον Μῦν, ἔπειθαι οἱ τῶν ἀσῶν αἱρετοὺς ἄνδρας τρεῖς ὑπὸ τοῦ κηρυκὸς, ὡς ἀπογραψαμένους τὰ θεσπιεῖν ἔμελλε καὶ πρόκα τε τῷ πρόμαντιν βαρβάρῳ γλώσσῃ χρᾶν· καὶ τοὺς μὲν ἑπομένους τῶν Θηβαίων θωύμαζε ἐκεῖθαι ἀκούοντας βαρβάρου γλώσσης ἀντὶ Ἑλλάδος· ὧδε ἔχειν δέ, τι χρήσοντα τῷ παρόντι πρήγματι. τὸν δὲ Εὐρωπέα Μῦν, ἐξαρπάσαντα παρ' αὐτέων τὸ ἐφέροντο δέλτον, τὰ λεγόμενα ὑπὸ τοῦ προφήτεω γράφειν ἐς αὐτῷ (φάναι δὲ καείη μιν γλώσσῃ χρᾶν) συγγραψάμενον δὲ, οἴχεσθαι ἀπόντα ἐς Θεσσαλίην.

Dum Græci navigavere in Delon, Mardonius, qui in hybernis apud Theſſaliam erat, inde movens, miſit ad Oracula quendam genere Europæum, nomine Murem, jubens, ut quocunque ſibi liceret pervaderet ad Oracula conſultanda, edocuitque quid vellet ab Oraculis ſcire. Quid autem fuerit incompertum habeo. Non enim memoratur: opinor autem nihil aliud quam de rebus præſentibus fuiſſe. Conſtat hunc Murem in Lebadiam veniſſe, & mercede corrupto quo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

quodam indigena ad Trophonium deſcendiſſe, & ad Abas Phocenſium, ad Oraculum: quin etiam prius Thebas adiſſe, Ibique tum Apollinem Iſmenium conſuluiſſe, quod illic, quemadmodum in Olympia, fas eſt in templis ſciſcitari Oracula: tum quodam non Thebano, ſed peregrino, pecunia corrupto, perſuaſiſſe, ut in delubro Amphiarai obdormiret, &c.

Tunc autem maximum extitiſſe Miraculum, ut à Thebanis mihi narratur: Murem Europæum, perveſtigatis omnibus Oraculis, iſſe etiam ad fanum Apollinis Ptoi. vocatur autem id fanum ita: ſed ipſorum Thebanorum eſt, ſitum ſupra paludem Copaidem, ante montem proximè urbem Acræphiam. Ad hoc templum poſtquam perveniſſet is qui Mus appellaretur, ſecutos eum tres viros publicè delectos ad deſcribenda ea quæ homini reſponderentur, & ſtatim Antiſtitem Barbarâ linguâ uſam; & ſubſequentes (eum) ſtupuiſſe audientes Barbaram linguam pro Græca. Quumque neſcirent quid in præſenti negotio agerent, Murem Europeum pugillares quos ferebant eripuiſſe, & in illis ea quæ dicerentur à Propheta exaraſſe, eaque, ut dicebant, lingua Cariâ: atque ubi illa ſcripſiſſet, digreſſum in Theſſaliam abiiſſe.

Hic grande videmus Miraculum: quod etiam majoris forte facerem, niſi narraret illud Herodotus. Sed ut ſerio agam (ſuppoſita Hiſtoriæ veritate,) videmus 1. heic hominem, ad Trophonii Oraculum, mercede corruptum, &c. quod indicat, tale quid etiam ad fanum Apollinis Ptoi, imò & pluribus aliis in locis, potuiſſe contingere: neque exempla memorabilia nobis in ſequentibus deerunt. 2. Oraculum, ſeu potius Prophetam, alia lingua, Caria ſcilicet, locutum. At ſimilia quoque, ut Conſultores obſtupefaceret, Alexander ille Pſeudomantis machinatus fuerat. Sic enim de ipſo Lu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

cianus : Ἀλλὰ καὶ βαρβάροις πολλάκις ἔχρησεν, εἴ τις τῇ πατρίῳ ἑρμῇ φωνῇ συγγενὴ, ἢ κελτιστὶ, ὁ ῥαδίως ἐξευρίσκων τινὰς ὑπισημάντους ὁμοεθνεῖς τοῖς δεδωκόσι. Διὰ τοῦτο δὲ πολὺς ἐν μέσῳ χρόνος ἦν τοῦ τε δόσεως τῶν βιβλίων, καὶ τοῦ χρησμῳδίας, ὡς ἐν τοσούτῳ καὶ σχολῇ λύοιντό τε οἱ χρησμοὶ ἀσφαλῶς, καὶ εὐρίσκοιντο οἱ ἑρμηνεύσοντες δυνάμενοι ἕκαστα. *Quin etiam Barbaris non raro respondit, si quis patriâ linguâ, puta Syriace vel Gallicè sciscitaretur. Attamen difficile erat invenire conterraneos eorum qui rogationem proposuissent. Proinde multum temporis intercedebat inter libelli donationem, & Oraculi redditionem : quo videlicet interim per otium posset & tutò solvere libellos, & nanciſci qui cuncta possent interpretari.*

Nec opus fuit forte hic tali labore ac industriâ : nam potuit ipse Mus suggerere & materiam & verba ipsa : ut sic redderentur à Propheta, & quæ reddi volebat, & quæ ab aliis intellecta nolebat : quippe missus fuerat à Mardonio. Qui aut, ut falleret sic per Oracula data milites suos, petebat responsa per hunc Murem ; aut quidem ipse superstitione ductus per eum se falli sinebat. Interim occultabat ille quæ fuerant responsa ab Oraculis, nec permittebat ut illi, qui ut testes aderant, perciperent quid ipsi fuerat ab Oraculo dictum.

CAPUT

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

CAPUT XVI.

De Oraculis pretio corruptis; deque aliis circa ipſorum Reſponſa perpetratis, & quandoque detectis: atque hinc quam parvi illa æſtimarint ob talia ſimiliaque cordatiores politici ac magnates. Atque ita quidem ut ſæpius minime vererentur aperte contra iſtorum agere monita (ſicut & contra Omina, Prodigia, &c.) aut aliter ipſorum dictamina vel mandata eludere.

AT Oracula ſæpius pretio fuiſſe corrupta; ſeu potius Antiſtites ac Prophetas ſeſe Principibus ac Magnatibus feciſſe mercenarios, eorumque ad placita qui aut potentiores cæteris erant, quod eos timerent; aut qui majori mercede reſponſa Prophetarum mercati erant, ſeſe accommodaſſe, tam ex præcedentibus patet, quam ex mox ſequentibus, exemplis: quorum primum ſit hoc ſequens ex Herodoti lib. VI.

Huic verbo inſiſtens Leutychides pronuntiabat Demaratum neque Ariſtonis filium eſſe, neque ritè Spartæ regnare: eiſdem Ephoris adhibitis teſtibus qui Ariſtoni aſſidentes tunc hæc ab illo audierant. Tandem re in contentionem deducta, viſum eſt Spartiatis Oraculum quod Delphis eſt conſulendum, an foret Demaratus Ariſtonis filius necne. Ibi Cleomenes, quum ex ipſius erga Pythiam providentia nihil ſuſpicionis eſſet, ſubornat Cobonem quendam Ariſtophanti filium maximâ apud Delphos auctoritate ut perſuadeat Periallæ mulierum vaticinantium Antiſtiti, dicere ea quæ Cleomenes volebat dici. Ita Pythia, ſciſcitantibus iis qui ad Oraculum erant miſſi, negavit Ariſtonis filium eſſe Demaratum. Quæ tamen res ſequenti tempore palam facta eſt, & Cobon è Delphis profugit, & Perialla honore abdicata

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

cata est. Τάτε δὴ ὑπερθύμων τὸ ῥήμα τὸν λακωνίδης, ἀπέφαινε τὴν Δημάρητον ὅτε ἐξ Ἀρίστωνος γεγονότα, ὅτε ἰκνεόμενος βασιλεύοντα Σπάρτης, τὰς ἐφόρους μάρτυρας παρέχων ἐκείνους οἱ τότε ἐτύγχανον παρεδροί τε ἐόντες καὶ ἀκούσαντες τῶτε Ἀρίστωνος. τέλος δὲ, ἐόντων ἤδη αὐτέων νεικέων, ἔδοξε Σπαρτιήτησι ἐπείρεσθαι τὸ χρηστήριον τὸ ἐν Δελφοῖσι, εἰ ἄρα Ἀρίστωνος εἴη παῖς ὁ Δημάρητος. ἀνοίγει δὴ γλυκέα ἐκ τοιούτης τῆς Κλεομένεος ἐς τὸν Πυθίην, ἐνθαῦτα τοσοῦτοι ἐπῆν Κλεομένης κόβωνα τὸν Ἀριστοφάντου, ἄνδρα ἐν Δελφοῖσι δυνατώτατον μέγιστον. ὁ δὲ Κόβων Περιάλλῳ τῷ τρόμωνι ἀναπείθει, τὰ Κλεομένης ἐβούλετο λέγεσθαι; λέγειν ἅτε δὴ ἡ Πυθίη, ἐπειρωτώντων τὸ θεοπρόπων, ἔκρινε μὴ Ἀρίστωνος εἶναι Δημάρητον παῖδα ὑστέρῳ μύτοι χρόνῳ ἀνάπυστα ἐγένετο τοῦτο, καὶ Κόβων τε ἔφυγε ἐκ Δελφῶν, καὶ Περιάλλη ἡ τρόμιος ἐπαύση τῆς τιμῆς.

Secundum exemplum sit, quod apud eundem habetur Herodotum libro quinto, ubi, instituens narrationem liberationis Athenienſium à Tyrannide, ita infit: Δεῖ δὲ τοὺς τάτοισι ἔπι ἀναλαβεῖν τὸν καὶ ἐν ἀρχὰς ἦϊα λέξων λόγον, ὡς τυραννεύοντων ἐλευθερώθησαν οἱ Ἀθηναῖοι. Ἱππέω τυραννεύοντος, καὶ ἐμπικραινομένου Ἀθηναίοισι, μετὰ τὴν Ἱππάρχου φόνον; Ἀλκμαιωνίδαι, γένος ἐόντες Ἀθηναῖοι, καὶ φεύγοντες Πεισιστρατίδας, ἐπεί τε σφι ἅμα τοῖσι ἄλλοισι Ἀθηναίων φυγάσι περωμένοισι κατ᾽ τὸ ἰσχυρὸν ἐπεχώρεε κάτοδος, ἀλλὰ πρόσπαιον μεγάλως, πειρώμενοι καλέσαι τε καὶ ἐλευθερῶν τὰς Ἀθήνας, λιψύδριον τὸ ὑπὲρ Παιονίης τειχίσαντες ἐνθαῦτα οἱ Ἀλκμαιωνίδαι πᾶν δὴ τοῖσι Πεισιστρατίδῃσι μηχανώμενοι, πάρ Ἀμφικτυόνων τὸν νηὸν μισθῶνται τὸν ἐν Δελφοῖσι, τὸν νῦν ἐόντα, τότε δὲ ἔκω, τὸν ἐξοικοδομῆσαι. οἷα δὴ χρημάτων δὲ ἥκοντες, καὶ ἐόντες ἄνδρες δόκιμοι ἀνέκαθεν ἔτι, τόν τε νηὸν ἐξεργάσαντο τὸ πρόσθε δείγματος κάλλιον, τά τε ἄλλα, καὶ συγκειμένης σφι πωρίνης λίθου ποιέειν τὸν νηὸν, παρίσι τὸ ἔμπροσθεν αὐτοῦ ἐξεποίησαν ὡς ὧν δὴ οἱ Ἀθηναῖοι λέγουσι, ὅτι οἱ ἄνδρες ἐν Δελφοῖσι κατήμενοι ἀνέπειθον τὴν Πυθίην χρήμασι ὅκως ἔλθοιεν Σπαρτιητέων ἄνδρες, εἴτε ἰδίῳ στόλῳ εἴτε

εἴτε δημοσίᾳ χρησόμενοι, φερειν σφι τὰς Ἀθήνας ἐλευθερᾶν. Λακεδαιμόνιοι δ', ὡς σφι αἰεὶ τὸ τὠυτὸ φάτο γενέσθαι, πέμπουσι Ἀγχιμόλιον τὸν Ἀστέρος, ἄνδρα τῶν ἀστῶν ἄνδρα δόκιμον, σὺν στρατῷ, ἐξελῶντα Πεισιστρατίδας ἐξ Ἀθηναίων, ὁμως καὶ ξεινίους σφι ἐόντας μάλιστα. Τὰ μὲν δὴ πρῶτα ἐπιεύντο, ἡ δὲ τῶν ἀνδρῶν.

Unde oportet ad eum redire ſermonem quem à principio inſtitueram, qua ratione ſint Athenienſes liberati à Tyrannis. Hippia tyrannidem obtinente, qui exacerbatus in Athenienſes erat ob cædem Hipparchi, Alcmæonidæ, qui genere ſunt Athenienſes, profugi patria propter Piſiſtratidas, quoniam ipſis una cum cæteris exulibus res de redeundo tentata omni ope, fruſtrata fuit, conatique Athenas revertendo liberare, vehementer ſpe deciderunt, Lypſidrium ſuper Pæoniam communierunt: dehinc omnia adverſus Piſiſtratidas comminiſcendo, mercede conduxerunt ab Amphyctionibus templum Delphis ædificandum, id quod nunc eſt, tunc autem non erat. Enimverò quum bene nummati eſſent, ac viri ſpectati jam inde à ſuis majoribus, exſtruxerunt templum exemplari pulchrius. Atque inter cætera, quum ex lapide Porino conventum eſſet ut illud facerent, tamen anteriora ejus Pario lapide effecerunt. Ut igitur Athenienſes ajunt, hi viri DELPHIS SEDENTES, PYTHIAM PECUNIA PERSUASERUNT, *ut & quoties viri Spartiatæ venirent, ſive privato, ſive publico agmine, petentes Oraculum, proponeret ipſis liberare Athenas. Lacedæmonii autem, quum ſibi idem ſemper diceretur, mittunt Anchimolium, Aſteris filium inter populares eximium, cum exercitu ad expellendos Athenis Piſiſtratidas, tametſi hoſpites ſuos & inprimis amicos. Antiquiora enim duxerunt quæ ad Deum quam quæ ad homines pertinent.* Quibus tum porrò Piſiſtratidarum expulſionis hiſtoriam ſubnectit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Ex hiſce, mi Lector ſatis ſuperque videmus, Oracula hæc ſuis fraudibus Magnatum ſæpius ſubſerviiſſe Machinamentis: neque immerito hoc χρηστήριον Delphicum à Demoſthene fuiſſe accuſatum, quod contra Athenienſes eorumque ſocios Philippo Regi faveret. Adjungamus & hoc ſequens ex Athenæi Deipnoſophiſtâ, ſub finem libri octavi.

Ἐργείας δ' ὁ Ῥόδιος ἐν τοῖς περὶ πατρίδος, περιπόν τινα περὶ τῶν κατοικησάντων τὴν νῆσον Φοινίκων, φησὶν, ὡς οἱ περὶ Φάλανθον ἐν τῇ Ἰαλυσῷ πόλιν ἔχοντες ἰσχυροτάτην τὴν Ἀχαίαν καλουμένην, καὶ δαιμόνες ἐγκρατεῖς ὄντες, χρόνον πολλὸν ἀνέσχον Ἰφίκλῳ. ἐπεὶ δὲ αὐτοῖς ὁ θεσπιῳδὸς ἐν χρησμῷ τινὶ λεγόμενον ἔξειν τὴν χώραν, ἕως κόρακες λευκοὶ γένωνται, καὶ ἐν τοῖς κρατῆρσιν ἰχθύες φανῶσιν. ἐλπίζοντες δὴ τοῦτ' οὐδέ ποτε ἔσεσθαι, καὶ τοὺς περὶ τὸν πόλεμον ῥᾳθυμότερως εἶχον. ὁ δὲ Ἰφικλος πυθόμενος παρά τινος τὰ τῶν Φοινίκεων λόγια, καὶ ἐνεδρεύσας τὸν Φάλανθον πιόντα τινὰ παρὰ κρήνην ἐφ' ὕδωρ, ᾧ ὄνομα ἦν Λάρκας, καὶ πίστεις παρὰ αὐτοῦ ποιησάμενος, ἠρώτησε ἰχθύδια ἐκ τῆς κρήνης, καὶ ἐμβαλὼν εἰς ὑδρεῖον, ἔδωκε τῷ Λάρκᾳ, καὶ ἐκέλευσε φέροντα τὸ ὕδωρ τοῦτο ἐκχέαι εἰς τὸν κρατῆρα, ὅθεν τῷ Φαλάνθῳ ὠνοχοεῖτο. καὶ ὁ μὲν ἐποίησε ταῦτα, ὁ δὲ Ἰφικλος κόρακας ἠρώτησε, καὶ ἀλείψας γύψῳ, ἀφῆκεν. Φάλανθος δ' ἰδὼν τοὺς κόρακας, ἐπορεύετο εἰς τοὺς κρατῆρας. ὡς δὲ καὶ τοὺς ἰχθῦς εἶδεν, ὑπέλαβε τὴν χώραν οὐκ ἔτι αὐτῶν εἶναι, καὶ ἐπεκηρυκεύσατο πρὸς τὸν Ἰφικλον ὑποσπόνδους ὑπεξελθεῖν ἀξιῶν μὴ τὸν αὐτῷ. συγκαταθεμένου δὲ τοῦ Ἰφίκλου, ἐπιλεχνᾶται ὁ Φάλανθος τοιόνδε τι καταβαλὼν ἱερεῖα καὶ τὰς κοιλίας ἐκκαθάρας, ἐν ταύταις ἐπιρᾶπτο ἐξάγειν χρυσίον καὶ ἀργύριον. αἰσθόμενος δὲ ὁ Ἰφικλος, &c.

Atque aliquibus interjectis ita pergit.

Τὰ δὲ αὐτὰ ἱστορήσας καὶ Πολύζηλος ἐν τοῖς Ῥοδιακοῖς, τὰ περὶ ἰχθύων, φησὶ, καὶ τῶν κορράκων μύνοι ἤδεσαν Φάκας, καὶ ἡ θυγάτηρ αὐτοῦ Δορκὶς αὐτὴ δ' ἐραθεῖσα τοῦ Ἰφίκλου, καὶ σωθεμένη περὶ γάμου διὰ τὸ τροφῶν, ἔπεισε τὸν Φέροντα τὸ ὕδωρ, ἰχθῦς ἀγαγεῖν καὶ ἐμβαλεῖν εἰς τὸν κρατῆρα. καὶ αὕτη δὲ τοὺς κόρακας λευκάνασα ἀφῆκεν.

Quæ,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Quæ, vertente Dalechampio, ita ſonant: *Ergeas Rhodius libris de ſuâ patriâ, de Phœnicibus qui habitarunt ac frequentarunt inſulam quædam præfatus, narrat Phalanthum quum prope Jalyſum, oppidum præſidio teneret munitiſſimum, Achæam nomine, commeatumque parcè ac temperanter diſpenſaret, per longum tempus Iphiclo reſtitiſſe: Oraculum enim è Dei cortinâ redditum fuerat, corvi donec albi ſpectarentur, & in poculis viderentur piſces, ipſum eâ regione potiturum. Sperans igitur nunquam id futurum, bellum ſecurius ac negligentius cùm adminiſtraret, Iphiclus quæ Phœnicibus Deus reſponderat à quodam intellexit, inſidiatuſque occultè, ex fidelibus amicis Phalanthi quendam, nomine Larcam, euntem aquatum, intercipit, initoque fœdere, ac interpoſitâ fide, piſciculos è fonte captos injecit urnæ, Larcæque mandavit, ut perlatam aquam in pateram illam effunderet quâ Phalantho vinum miſcebatur: quod ab eo factum eſt. Præterea Iphiclus venatus corvos, eos dimiſit oblitos gypſo: quos Phalanthus cùm adſpexiſſet, ad pocula ſe contulit, in quibus piſces conſpicatus, non amplius in ſuâ poteſtate regionem futuram credens, legavit ad Iphiclum qui ſignificarent, ultro ſe abiturum hâc conditione, ſi excedere tuto permitteretur cum ſuis. Pollicitus Iphiclus cùm id eſſet, fraudem hanc Phalanthus eſt machinatus, &c.*

Polyzelus, qui in Rhodiacis hiſtoriis ſuis eadem prodidit, ſcribit, quod Oraculum de piſcibus & corvis retulimus, ſoli Phacæ cognitum fuiſſe, ac ejus gnatæ Derciæ: quæ Iphicli amore correpta, & nutricis operâ ei deſponſa, tum perſuaſit illi qui ferebat aquam, piſces ut tolleret, & in Phalanthi poculum injiceret, tum corvos a ſe dealbatos, ut provolarent emiſit.

Si vero hæc nunc allata exempla non ſuffecerint; neque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

sint, aut Herodotus, aut Athenæus in talibus satis idonei auctores, ac quibus fidem nimis temere præstare non debeamus; præcedentibus hisce historiis addam eam, quam non minus memorabilem, sed quam maximè notandam, habet de Lysandro, in vita ipsius, Plutarchus, hunc in modum: *Totam autem technam & astutiam commenti, quæ neque mediocris fuit, neque à vulgari ducta fonte, sed, velut in digrammate Mathematico, multa habuit & magna principia, per spinosaque & contorta lemmata progressa ad conclusionem est, secuti scripta cujusdam historici & philosophi, explanabimus. Mulier erat in Ponto, quæ prægnantem se ferebat ex Apolline, cui multi (neque immeritò) fidem non habebant, multi etiam credebant. Unde quum filium peperisset, complures & nobiles magnam nutrimentorum ejus atque educationis egerunt curam. Nomen puero aliqua certè ex causa Sileno est inditum. Hoc sumpto Lysander exordio, reliqua de suo assuit, & attexuit. Nec vero paucos vel contemnendos habuit sibi in hac fabulâ servire paratos, qui famam pueri natalium citra suspicionem ullam advexerunt. Alium præterea vulgaverunt & dissipaverunt Spartæ, Delphis petitum, rumorem: Oracula pervetusta à Sacerdotibus in arcanis tabulis conservari, neque attractare has vel legere fas esse, nisi longo ævo natus ex Apolline venisset, & generationis suæ indicio, quod notum custodibus esset, edito iis tabulas quibus Sortes continebantur, accepisset. His præstructis veniendum sicut Apollinis filio Sileno erat ad poscenda Oracula: Sacerdotes conscii singula sedulò rimare de natalibus ejus & percontari debebant. Postremo, his adducti scilicet, libellos tanquam Apollinis filio ostendere, atque hîc in magna corona cum alia recitare Oracula, tum cujus causâ hoc institutum fuerat de regno, præstare & satius esse Spartiatis ut ex optimis civibus legerent Reges. Ut jam adolevit Sile-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
366 F 33

Silenus, atque ad rem agendam veniebat, ecce, Lysander à fabula excidit unius ignavia Histrionis & administri, qui, quum admovenda operi manus esset, obtorpuit & tergiversatus est. Nihil tamen dum superstes Lysander fuit, patefactum est, sed post obitum ejus. Ipsius autem Plutarchi verba hæc sunt: τῷ δὲ ὄλλῳ ὑποβολιμῷ καὶ σκαιωρίαν τοῦ πλάσματος, ὑ φαύλῳ ὄντι, ὑδὲ ἀφ' ὧν ἔτυχεν ὀργανῴῳ, ἀλλὰ πολλὰς καὶ μεγάλας ὑποθέσεις, ὥσπερ ἐν διαγεγράμμασι μαθηματικοῖς, περιλαβόντων, καὶ διὰ λημμάτων χαλεπῶν καὶ δυσπορίστων ἐπὶ τὸ συμπέρασμα περιόντων, ἡμεῖς ἀναγράψομεν, ἀνδρὸς ἱστορικοῦ καὶ φιλοσόφου λόγῳ καταχθλιβησόμενοι. ἦν γνώμιον ἐν Πόντῳ κύειν ἐξ Ἀπόλλωνος φάλλαιναν, ᾗ πολλοὶ μὲν (ὡς εἰκὸς ἦν) ἠπίστουν, πολλοὶ δ' ἐπίστευον· ὥστε καὶ πένης παῖδιον ἄρρεν, ὑπὸ πολλῶν καὶ γνωρίμων ἀναδέζεσθαι τῷ ἐπιφανείᾳ αὐτὸ καὶ τῇ ἐπιμέλειαν. ὄνομα δὲ τῷ παιδὶ Σιληνὸς ἐκ δή τινος αἰτίας ἐτέθη. ταύτην λαβὼν ὁ Λύσανδρος ἀρχὴν τὰ λοιπὰ τὰ παρ' ἑαυτὸν προσετεκταίνετο καὶ συνέφαινεν, οὐκ ὀλίγοις χρώμενος ὑδὲ φαύλοις τοῦ μύθου προαγωνισταῖς, οἵ τῷ τε φήμῃ τὴν γενέσεως τοῦ παιδὸς εἰς πίστιν ἀνυπόπτως προσῆγον· ἄλλον τε λόγον ἐκ Δελφῶν ἀνήκοον εἰς τοὺς Σπαρτιάτας κατέβαλον καὶ διέπεμψαν, ὡς ἐν γράμμασιν ἀπορρήτοις ὑπὸ τῶν ἱερέων φυλάττοιντο παμπάλοιοι δή τινες χρησμοὶ καὶ λαβεῖν οὐκ ἔξεστι τούτους, ὑδ' ἐντυχεῖν θεμιτὸν, εἰ μή τις ἄρα γεγονὼς ἐξ Ἀπόλλωνος ἀφίκοιτο τοῦ πολλοῦ χρόνου, καὶ σιώπημα τοῖς φυλάττουσι τῆς γνώσεως γνώριμον παράσχοι, καὶ μίσαντο τοὺς δέλτους ἐν αἷς ἦσαν οἱ χρησμοί. τούτων δὲ προκατεσκευασμένων, ἐδόκει τὸν Σιληνὸν ἐλθόντα τοὺς χρησμοὺς ἀπαιτεῖν, ὡς Ἀπόλλωνος παῖδα· τοὺς δὲ συμπεράσαντας τὸ ἱερὸν ἐξαπατηθῆναι ἔκασε, καὶ διαπυθέσθαι περὶ τοῦ γνώσεως τέλος δὲ πεπεισμένους φῆναι, ὡς Ἀπόλλωνος ἂν δείξαι τοὺς γράμματα· τὸν δὲ ἀναγνῶναι πολλῶν παρόντων, ἄλλας τε μαντείας, καὶ ἧς ἕνεκα πλάσαι τῷ περὶ τῆς βασιλείας, ὡς ἄμεινον εἴη καὶ λώιον Σπαρτιάταις ὑπὸ τοῦ χρίσιν πολιτῶν αἱρεμένοις τοὺς βασιλέας. ἤδη δὲ Σιληνὸς μειρακίου γενόμενος καὶ πρὸς τῷ πράττειν ἥκιστος, ἐξέπεσε δεδιὼς ὁ

Λύσανδρος, ἀπολμίᾳ τ̃ ὑποκειτῶν καὶ συνεργῶν ἑνός, ὡς ἐπ' αὐτὸ τὸ ἔργον ἦλθεν, ἀπαδαλιάσαντος καὶ ἀναδώτος. ὁ μὲν ἐφωράθη γε ὑπὸ Λυσάνδρᾳ ζῶντος ἀφεὶς, ἀλλὰ μετὰ τὸν τελευτῶν. Dolendum sanè non addidisse ulterius Plutarchum, quanam ex causa ac quomodo fraus hæc demum detecta fuerit.

Dum de Lysandro loquor, omittere nequeo & hoc sequens, quod de eodem apud eundem exstat Plutarchum:

Ἦν δὲ Διοπείθης, ἀνὴρ μαντικὸς, ἐν Σπάρτῃ, μαντειῶν τε παλαιῶν ὑπόπτλεως, καὶ δοκῶν περὶ τὰ θεῖα σοφὸς εἶναι καὶ περιττός. ἔτε οὖν ἔφη δεμιτὸν εἶναι χωλὸν γένεσθ τ̃ Λακεδαίμονος βασιλέα. καὶ μαντεῖον ἐν τῇ δίκῃ τοιῶτον ἀνεγίνωσκε.

Φράζεο δὴ Σπάρτη, καίπερ μεγάλαυχος ἐοῦσα,
Μὴ σέθεν ἀρτίποδος βλάψῃ χωλὴ βασιλεία.
Δηρὸν γὰρ νοῦσί σε καταιχήσουσιν ἀέλπτοι,
Φθισίβροτον τ' ὄρνυμι κυλινδομένου πολέμοιο.

Πρὸς ταῦτα Λύσανδρος ἔλεγεν, ὡς εἰ πάνυ φοβοῖντο τ̃ μαντεῖον οἱ Σπαρτιάται, φυλακτέον αὐτοῖς εἴη τ̃ Λεοντυχίδου. ὁ γὰρ εἰ παραπλαίσας τὴν τ̃ πόδα βασιλεύοι, τῷ θεῷ διαφέρειν, ἀλλ' εἰ μὴ γνήσιος ὢν μηδὲ Ἡρακλείδης, τοῦτο τῶν χωλῶν εἶναι βασιλεύων.

Sed Diopites erat Spartæ vir Fatidicus, qui veteres Sortes tenebat, habebaturque in rebus Divinis sapiens & doctus. Hic perhibebat nefas esse, quenquam regnare Lacedæmone claudum, atque Oraculum in Judicio hoc recitavit:

Tu, quamvis animo tumeas, ô Sparta, superbo,
Te rectam pedibus prorsus circumspice, claudum
Ne lædat regnum. Longi te namque labores
Et subiti cingent, Martisque agitaberis undis.

Ad ea respondit Lysander: si Oraculum hoc magnopere Spar-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Spartiatæ religioni haberent, vitandum iis Leontychidem. Neque enim si is qui offendisset pedem regnaret, id Deum laborare: verum si adulterinus & alienus foret ab Herculis gente, hoc claudum regnum esse. Quo vitio laborare Leontychidem ostendebat Agesilaus. Verum addamus hisce, quæ habet idem ille Plutarchus de Alcibiade, in vita Niciæ; ubi hoc modo loquitur: *Atqui multa dira etiam à Sacerdotibus adversus susceptam expeditionem memorantur obnuntiata. Sed alios habuit Alcibiades Vates, atque ex veustis quibusdam vaticiniis magnum decus prænuntiavit Athenienses ex Sicilia deportaturos. Legatos quoque subornaverat, qui ab Jove Ammone reversi fuerant cum Sortibus, quibus significabatur capiendos ab Athenien sibus omnes Syracusanos. Adversa vero, verentes malè ominari, occulebant.*

Καίτοι λέγεται πολλὰ καὶ θεῖα τῶν ἱερέων ἐναντιοῦσθαι πρὸς τὴν στρατείαν· ἀλλ' ἑτέρους ἔχων μάντεις ὁ Ἀλκιβιάδης, ἐκ δή τινων λογίων πρόφερε παλαιῶν, μέγα κλέος τῶν Ἀθηναίων ἀπὸ Σικελίας ἔσεσθαι. καὶ θεοσεβοῦς τινὲς αὖπως παρ' Ἄμμωνος χρησμὸν νομίζοντες ὡς λήψονται Συρακοσίους ἅπαντας Ἀθηναῖοι. τὰ δ' ἐναντία, φοβούμενοι δυσφημεῖν, ἔκρυπτον.

Videmus sanè ex talibus exemplis, quam meritò suspecta fuerint Oracula hominibus, qui non nimium obesæ naris hinc de cæteris conjecturam faciebant. Hinc, ut Demosthenes de Pythia questus fuerat eam φιλιππίζειν. [Cujus dicti occasionem ac causam non obscure nobis indicat ille qui, in Oratione suâ contra Ctesiphontem in Demosthene omnia, & omnibus modis, culpare atque obtrectare conatur, Æschines; hisce verbis: Οὐκ ἱκανὸν ἦν τοῖς μυστηρίοις φανὲν σημεῖον φυλάξασθαι ἢ τὸν μυστῶν πελάτην; ὃ καὶ τότ' ἐν Ἀμφικτιόσι μὴν προλέγειν δύλακεῖαν, εἰ πέμπειν εἰς Δελφοὺς ἐπερησομένους τὸν θεόν, ὅ, τι χρὴ πράττειν; Δημοσθένης δὲ ἀντέλεγε, φιλιππίζειν τὴν Πυθίαν φάσκων, ἀπαιδεύτως ὢν, καὶ ἀπολαύων

λαύων

λαῶν καὶ ἐμπιμπλάμενος τῆ διδομένης ὑφ' ὑμῶν αὐτῶν ἐξουσίας ; *Non ſatis valebat ad oſtentum illud, quod Myſteriorum diebus ſignificatum fuerat, præcavendum, myſtarum interitus? Non Amyniades prædixerat ut & caveremus, & certos homines, qui ab Apolline requirerent quid facto opus eſſet, Delphos mitteremus? non Demoſthenes adverſabatur? quum Pythiam cum Philippo facere diceret, homo omnis doctrinæ atque humanitatis expers, & hac, quam ei datis licentiâ immoderate perfruens, eâque ſe ad ſaturitatem explens atque ingurgitans.*] Sic quoque Athenienſes, teſte Plutarcho in Nicia de eadem querebantur: ita enim ille, οἱ δὲ ταῦτα μὴν ἔφασαν εἶναι Δελφῶν πλάσματα, πεπεισμένων ὑπὸ Συρακουσίων.

At hi [*Athenienſes*] *commenta hæc Delphorum dictitabant eſſe à Syracuſanis corruptorum.* Quod ni ſæpius factum conſtitiſſet, non veriſimile eſt, eos hæc ita publice aſſerere voluiſſe. *Quam parvi autem fecerint (imò neque id diſſimulaverint) Principes & Magnates Oracula, ſi non pro placito reſpondiſſent, oſtendam quoque; poſtquam ex Herodoto prius hiſtoriam, legi hîc digniſſimam, adduxero.

Eſt autem ea quam habet lib. I. de Pactya, hiſce verbis: οἱ δὴ Κυμαῖοι ἔγνωσαν συμβουλῆς πέρι ἐς θεὸν ἀνῶσαι τὸν ἐν Βραγχίδῃσι. ἦν γὰρ αὐτόθι μαντήϊον ἐκ παλαιοῦ ἱδρυμένον, τῷ Ἰωνές τε πάντες καὶ Αἰολεές ἐώθεσαν χρᾶσθαι. ὁ δὴ χῶρος ἔστι, ἐπὶ τῇ Μιλησίης ὑπὲρ Πανόρμου λιμένος. πέμψαντες ὦν οἱ Κυμαῖοι ἐς τὰς Βραγχίδας θεοπρόπους, ἠρώτων περὶ Πακτύου ὁκοῖόν τι ποιέοντες, θεοῖσι μέλλοιεν χαριεῖσθαι, ἐπειρωτῶσι δέ σφι ταῦτα ἐχρήσθη ἐκδιδόναι Πακτύην Πέρσῃσι, ταῦτα δὴ ὡς ἀπενειχθέντα ἤκουσαν οἱ Κυ-

* Revocet, quæſo, Lect. heic etiam in memoriam, ea quæ ex Euſebii lib. VI. Præparat. Euangelic. jam ſuperiùs attuli, de fraudibus Antiſtitum, etiam ſuâ ætate detectis; & ex eorum propria confeſſione patefactis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
366 F 33

Κυμαῖοι, ὁρμέαθ ἐκδιδόναι ὁρμεωμένῳ ἢ παῦτη ἔ πλήθε, Ἀριστόδικ ὁ Ἡρακλείδεω, ἀνὴρ τ ἀςῶν ἐὼν δόκιμ, ἔφε μὴ ποιῆσαι παῦθα Κυμαίυς, ἀπιςέων τε τῷ χρησμῷ, καὶ δοκέων τὺς θεοπρόπυς ἀ λέγειν ἀληθέως. ἐς ὃ, ὃ δ' ὕτερον ὠὲ Πακτύεω ἐπειρησόμενοι, ἦσαν ἄλλοι θεόπροπι, τ χ Ἀριστόδικ ἦν. ἀπικομένων ἢ ἐς Βραγχίδας, ἐχρησμολόγεθ ἐκ πάντων Ἀριστόδικος ἐπειρωτέων τάδε, Ὦναξ ἦλθε παρ' ἡμέας ἱκέτης Πακτύης ὁ Λυδός, φεύγων θάνατον βίαιον ὠὸς Περσέων· οἱ δέ μιν ἐξαιτέονται, ὠοθεῖναι κελεύοντες Κυμαίυς. ἡμεῖς ἢ δειμαίνοντες τὸν Περσέων δύναμιν, τ ἱκέτ τὸν ἐς χόδε ἀ τολμήκαμεν ἐκδιδόναι, πρὶν ἂν χ ἀπὸ σεῦ ἡμῖν δηλωθῇ ἀτρεκέως ὁκότερα ποιέωμεν. ὁ μὲν παῦθα ἐπειρώθα· ὁ δὲ αὖτις τ αὐτὸν σφισι χρησμὸν ἔφαινε, κελεύω ἐκδιδόναι Πακτύην Πέρσῃσι. ὠὸς παῦθα ὁ Ἀριστόδικος ἐκ ὠεσυσίης ἐποίεε τάδε· ὠεριὼν τὸν νηὸν κύκλῳ, ἐξαιρεῖς ςρθὰς ἔ ἄλλα ὁσα ἦν νεοσσεύμενα ὀρνίθων γένεα ἐν τῷ νηῷ. ποιέοντος ἢ αὐτ ταῦτα, λέγεται φωνὴν ἐκ ἔ αδύτ ἠκέαθαι, φέρουσαν μὲν ὠὸς τὸν Ἀριστόδικον, λέγουσαν δὲ τάδε, Ἀνοσιώτατε ἀνθρώπων, τί τάδε τολμᾷς ποιέειν; τὺς ἱκέτας μ ἐκ ἔ νηῦ κερδαίζεις; Ἀριστόδικον δὲ ἐκ ἀπορήσαντα, ὠὸς ταῦτα εἰπεῖν, Ὦναξ, αὐτὸς μὲν ἔτω τοῖσι ἱκέτῃσι βοηθέεις, Κυμαίυς δὲ κελεύεις τ ἱκέτ τὸν ἐκδιδόναι; τ δὲ αὖτις ἀμείψαθαι τοῖσδε, Ναὶ κελεύω, ἵνα γε αἰσεβήσαντες θᾶσσον ἀπόληθε, ὡς μὴ λοιπὸν ὠερὶ ἱκετέων ἐκδόσιος ἔλθοιτε ἐπὶ χ χρηςήριον.

Deinde Mazares nuntios Cumam misit qui Pactyan reposcerent, Cumæi verò consilio inito statuerunt ad Deum apud Branchidas referendum, quid facto opus esset. Erat enim illic Oraculum pervetustum quo Æoles Ioneſque communiter uti consueverant. Oraculum hoc in Milesiorum agro est situm, supra Panormum portum. Missis igitur ad Branchidas, consultoribus, rogabant, quidnam facientes hac in re Deo gratificaturi essent. Consulentibus respondebatur, Pactyan Persis esse permittendum. Quæ quum relata

audirent Cumæi, Pactyan tradere decreverant. Quum autem vulgus hoc decrevisset, Aristodicus Heraclidis filius, vir inter cæteros Cumæos clarus, seu Oraculo parùm fidens, sive ipsos Consultores Oraculi responsum non recte proferre existimans, constanter obstabat, quominus Oraculo Cumæi obtemperarent. Unde factum est, ut iterum de Pactya interrogaturi alii mitterentur Sacerdotes consultores, inter quos ipse quoque Aristodicus erat. Hi quum ad Branchidas pervenissent, unus ex omnibus Aristodicus consulebat Oraculum, sciscitans in hæc verba: ô Rex, venit ad nos supplex Pactyas Lydus, mortem fugiens violentam; Persæ, eundem repetentes, jubent Cumæos hominem dimittere. Nos Persarum potentiam formidantes, tamen supplicem nondum reddere ausi sumus, donec intelligeremus ex te indubitatò, quid facere nos conveniret. Hunc in modum sciscitanti Aristodico, idem rursus respondebatur, quod priores retulerant nempe Pactyan Persis permittendum. Post hæc Aristodicus tale quippiam de industria aggreditur: Templum circumiens passeres aliasque aviculas, quæ forte in Templo illic nidulabantur, è nidis exemit. Quæ quum ille faceret, memorant vocem ex adyto auditam, quæ ad Aristodicum ferretur, atque hujusmodi quædam sonaret: hominum sceleſtissime, quæ libido te adegit, ut auderes meos supplices diripere? Aristodicum nihil dubitasse ad hunc modum respondere: Tune Rex, sic auxilium fers supplicibus, & Cumæos jubes supplicem Pactyan tradere Persis? Cui Deus respondens, equidem, inquit, jubeo ut impii malè pereatis, neque deinde Oraculum hoc de reddendis vestris supplicibus lacessatis.

Videmus hic clarè, Antistites per Aristodicum confusos nihil habuisse quod responderent; ideoque, ut ille, cum sociis, in malam rem abiret jussisse: quasi Deus ille, seu Diabolus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
366 F 33

bolus, qui ſane noviſſe debuerat, quo animo Ariſtodicus avicularum nidos ita turbarat, hoc juſſiſſet. Sed & Ariſtodicum talia jam antea ſuſpicatum, imò forſan & aliis exemplis motum præſenſiſſe, adeoque non ſolùm ſe ſecundis conſultoribus immiſcuiſſe, verum & ipſum pro cæteris onus hoc (Deum conſulendi) ſuſcepiſſe, ſatis clare mihi conſtare videtur, ex hiſtoriæ hujus circumſtantiis: ac præterea quidem præcipuè, quod ſolos Mileſios ex cunctis Ionibus cum Cyro fœdus pepigiſſe probe noſſet.

Ut autem in Templis Fatidicis fallebant incautos ingenui iſti Antiſtites ac Prophetæ; Sic quoque per verſus Fatidicos, ſive Sortes carmine conſcriptas, conſultores ſuos ludebant Sortilegi. Quod idem ille Herodotus nos docet libro 7. ſub initium, hoc modo: *Deinde ii Piſiſtratidæ qui Suſa adſcenderant, tum eadem verba habuerunt quæ Aleuadæ, tum vero prætendebant, quem ſecum habebant, Onomacritum Athenienſem Sortilegum & Muſæi Sortium ediſſertatorem. Adſcenderant enim [cum ipſo] poſtquam poſt inimicitias cum eo denuò in gratiam redierant. Nam Onomacritus ab Hipparcho Piſiſtrati filio Athenis fuerat ejectus, quod à Laſo Hermionenſi manifeſto deprehenſus fuiſſet, inter Muſæi Sortes hanc etiam inſeruiſſe, fore ut inſulæ Lemno adjacentes mari ſubmergerentur. Où id Hipparchus hominem ejecerat, quum familiariſſime illo antea uteretur. Tunc autem quum unà cum illis [Suſa] adſcendiſſet, quoties in conſpectum Regis veniebat, Piſiſtratidis honorifice de ipſo loquentibus, aliqua ex illis Oraculis recitabat. Ex quibus ea quæ cladem Barbaro portendebant, tacebat, & contra fauſtiſſima quæque excerpebat: nimirum in fatis eſſe ut Helleſpontus à viro Perſa ponte jungeretur, & ad expeditionem illam pertinentia recenſens. Hic igitur Oracula commemorando cum Rege agebat: Piſiſtratidæ vero & Aleuadæ ſuas ſententias proferendo.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

καὶ δέ τι πρὸς τύποισι ἔλεον πλέον προσωρέγοντο οἱ ἔχοντες Ὀνομάκριτον, ἄνδρα Ἀθηναῖον, χρησμολόγον τε καὶ διαθέτην χρησμῶν τὰ Μουσαίου. ἀναβεβήκεσαν γὰρ τὰν ἔχθρην προκαταλυσόμενοι. ἐξελαθὴν γὰρ ὑπὸ Ἱππάρχου τοῦ Πεισιστράτου ὁ Ὀνομάκριτος ἐξ Ἀθηναίων, ἐπ' αὐτοφώρῳ ἁλοὺς ὑπὸ Λάσου τοῦ Ἑρμιονέος ἐμποιέοντα ἐς τὰ Μουσαίου χρησμὸν, ὡς αἱ ὑπὲρ Λήμνου ὑπακτὸν νῆσοι ἀφανιζοίατο ὑπὸ τῆς θαλάσσης: διὸ ἐξέλασέ μιν ὁ Ἵππαρχος, πρότερον χρεώμενος τὰ μάλιστα. ὅτε δὲ σωναβαίη, ὅκως ἀπίκοιτο ἐς ὄψιν τὰν βασιλῆος, λεγόντων τῶν Πεισιστρατιδέων περὶ αὐτοῦ σεμνὰς λόγους, κατέλεγε τῶν χρησμῶν. εἰ μὲν τε ἐνέοι σφάλμα φέρον τῷ βαρβάρῳ, τοῦτο μὲν ἔλεγε οὐδέν, ὁ δὲ τὰ δυτυχέστατα ἐκλεγόμενος, ἔλεγε τόν τε Ἑλλήσποντον ὡς ζεύχθη οἱ χρεὼν εἴη ὑπ' ἀνδρὸς Πέρσεω, τάν τε ἔλασιν ἐξεγεόμενος. ὅστις τε δὴ χρησμῳδέων προσεφέρετο, καὶ οἵ τε Πεισιστρατίδαι καὶ οἱ Ἀλκμεωνίδαι γνώμας ἀποδεικνύμενοι

Ex qua, de Onomacrito, hiſtoria videmus artes atque impoſturas horum Divinatorum Sortilegorum: ut qui vel inſererent Sortibus, ſive verſibus Fatidicis Vatum, ea quibus movere aut ſpe aut timore aliove affectu ſe poſſe ſperarent; vel ea producerent ac decantarent, quæ fauſta conſultoribus videbantur; quæ infauſta verò, reticerent ac ſupprimerent. Non enim ullum mihi dubium eſt, quin & in cæteris Oraculis, ſive Sybillinis, ſive aliis, frequenter admodum idem fictitatum fuerit. Etiamſi vanis hujuſmodi artificiis, nulli cordatiori ullam unquam ſpem aut metum, lætitiam aut terrorem, injecerint.

Quum igitur talia, atque hujuſmodi multa alia, experti eſſent ac perſpicerent ſatis homines Politici; quis miretur eos tam parvi ſæpe feciſſe Oraculorum reſponſa; ut ſi non è re ſua eſſet, quod reſponſum fuerat, ii aut pro parte tantum, aut omninò non, iis obedirent. Quod patet ex hiſce ſequentibus exemplis: quorum primum nobis dat Herodotus, lib. VII.

hoc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

hoc modo : οἱ δὴ σωωμόται Ἑλλήνων ὅπὶ τῶ Πέρσῃ , ἐξ τὴν ἀπόπεμψιν τ καζασκόπων , δεύτερα ἔπεμπον ἐς Ἄργ ἀγγέλυς. Ἀργεῖοι δ λέγυσι τὰ κατ' ἐωϊτὰς γνέαζ ὧδε , πυθέζ γὰ αὐτίκα κατ' ἀρχὰς τὰ ἐκ Βαρβάρυ ἐγειρόμενα ὅπὶ τὴν Ἑλλάδα πυθόμενοι δ ἐκ μαθόντες ὡς σφέας οἱ Ἕλληνες παρήσοντο ωὐλαμβάνοντες ὅπὶ τ Πέρσω , πέμψαι θεοπρόπυς ἐς Δελφὺς , τ θεὸν ἐπερησομένυς ὡς σφι μέλλοι ἄριστον ποιέεσι γνέαζ. νεωστὶ γὰρ σφέων τεθνᾶναι ἑξακισχιλίυς ὑπὸ Λακεδαιμονίων τ Κλεομένε ἐξ Ἀναξανδρίδεω. τῶνδε δὴ εἵνεκα πέμπειν. τὴν δ Πυθίην ἐπειρωτᾶσι αὐτοῖσι τάδε ,

Ἔχθρὲ μὲν κλίνεσι , φίλ' ἀθανάτοισι θεοῖσι ,
Εἴσω τ μεσόλαιον ἔχων , πεφυλαγμένω ἦσο ,
Καὶ κεφαλὴν πεφύλαξο. κάρη δ τὸ σῶμα σαώσει.

Ταῦτα μὲν τὴν Πυθίην χρῆσαι πρότερον. μετὰ δὲ , ὡς ἐλθεῖν τὺς ἀγγέλυς ἐς δὴ τὸ Ἄργ , εἰσελθεῖν ὅπὶ τὸ , βυλευτήριον , καὶ λέγειν τὰ ἐντεταλμένα , τὺς δ πρὸς τὰ λεγόμενα ὑποκρίνεσθαι ὡς ἑτοῖμοί εἰσι Ἀργεῖοι ποιέειν ταῦτα , τελήσαντα ἔτεα εἰρήνην σπεισάμενοι Λακεδαιμονίοισι , καὶ ἡγεόμενοι ἐξ τὸ ἥμισυ πάσης τ συμμαχίης. καί τοι ἐξ γε τὸ δίκαιον γίνεζ τὴν ἡγεμονίην ἑωϋτῶν , ἀλλ' ὅμως σφι ὑποκρίνασζ , καίπερ ἀπαγορεύονζός σφι ἐξ χρησμός μὴ ποιέεσθαι τὴν πρὸς τὺς Ἕλληνας συμμαχίην· πρόθυμὸν δὲ ἔχειν πόνδὰς γνέαζ τριηκοντατρίπδας , καίπερ τὸ χρηστήριον φοβεομένυσι.

Poſt quorum reditum Græci qui contra Perſam conjuraranı nuntios iterum Argos miſerunt ; quibus Argivi reſponderunt , ſe ita egiſſe. Quum jam inde ab initio audiviſſent , quæ Barbarus adverſus Græciam moliretur , & fore animadverteſſent , ut Græci ipſos nihilominus quam cæteros adverſus Perſam aſſumerent , ſe Delphos miſiſſe qui Deum conſulerent , quid ſibi optime facientibus eſſet eventurum (nuper enim ſex millia ſuorum fuiſſe interempta à Lacedæ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

moniis & Cleomene Anaxandridæ filio, eâque de cauſa ſe miſiſſe,) & iis qui miſſi fuerant interrogantibus, ſic Pythiam reſpondiſſe:

Finitimis inviſe, Deis dilecte beatis,
Interius tutamen habens, impune maneto,
Et tutare caput: nam membra tuebitur illud.

Hæc illis Pythia prius reſponderat. Poſtea vero quam nuntii Argos venerunt Senatumque ingreſſi mandata retulerunt. Argivi reſponderunt ad ea quæ dicebantur, ſe promptos eſſe in triginta annos pacificare cum Lacedæmoniis, percuſſo fœdere: ſed ea conditione, ut dimidium Imperii penes ſe eſſet. Quamquam enim jus imperandi ipſorum eßet, tamen dimidio imperii ſe eſſe contentos. Hoc ajebant ſuum Senatum reſpondiſſe, QUAMVIS DISSUADENTE ORACULO *Societatem contrahere cum Græcis, quod etſi formidarent, tamen properare ut fœdus triginta annorum feriretur, &c.*

Secundum habemus apud eundem Herodotum lib. v. Αἰγινῆται δὴ ἐδῄουν τὴν Ἀττικὴν τὰ παράθαλάσσια. Ἀθηναίοισι ὁρμεωμένοισι ἐπ' Αἰγινήτας στρατεύεσθαι, ἦλθε μαντήιον ἐκ Δελφῶν, ἀπιχόντας ἀπὸ τῶν Αἰγινητέων αἰκίσι τελέσαντα ἔπεα, τῷ ἐνὶ καὶ τετρακοσιοστῷ, Αἰακῷ τέμενος ἀποδέξαντας, ἄρχεσθαι τῶν πρὸς Αἰγινήτας πολέμων· καὶ σφι χωρήσειν τὰ βέλοντες. ἦν δὲ αὐτίκα ἀπιστρατεύωνται, πολλὰ μὲν σφέας ἐν τῷ μεταξὺ τοῦ χρόνου πείσεσθαι, πολλὰ δὲ καὶ ποιήσειν· τέλος μέντοι καταστρέψασθαι. ταῦτα ὡς ἀπενειχθέντα ἤκουσαν οἱ Ἀθηναῖοι, τῷ μὲν Αἰακῷ τεμένεα ἀπέδεξαντο τάδε τὸ νῦν ἵδρυται· τετρακοσιοστὸν δὲ ἔπεα οὐκ ἀνέχοντο, ἀκούσαντες ὅκως χρεὼν εἴη ἀπιχεῖν πεπονθότας ὑπ' Αἰγινητέων ἀναρσια.

Qui [Æginetæ] quum maritima Atticæ vaſtarent, Athenienſeſque adverſus Æginam expeditionem inirent, adve-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

advenit è Delphis Oraculum, ut ab Æginetis lædendis triginta annos abſtinerent, triceſimo anno, quum fanum Æaco dicaſſent, bellum cum Æginetis inchoarent, ad votum eis re ſucceſſurâ. Sin bellum continuò inferrent, fore ut interea multa detrimenta acciperent & inferrent, ſed ad extremum ipſi ſubigerentur. Hoc Oraculum ad ſe Athenienſes allatum ubi audiere, eatenus (NB.) *ei obtemperandum cenſuerunt ut Æaco fanum dicarent, quod nunc in foro exſtructum viſitur. Sed annos triginta non abſtinuerunt, quum audiſſent ſibi eſſe abſtinendum paſſis hoſtilia ab Æginetis.*

Videmus ex hiſce, uſos in rem ſuam politicos Oraculis. At ſi non pro voto aut voluntate reſpondiſſent, iis minimè paruiſſe; aut ſolum in quantum ipſis id conduceret. Si autem credidiſſent hi homines, Divina hæc revera fuiſſe reſponſa Deorumque monita, minas, ac promiſſa: minimè veriſimile eſt eos tam parum fuiſſe Oraculis obaudientes. Notandum autem ſimul, in tranſitu, in reſponſo de Æginetis dato Athenienſibus; rem prædictam ab Oraculo eum non habuiſſe exitum quem Pythia futurum cecinerat. Sed hujuſmodi caſus quotidie experiebantur. Atque hinc maximus Oraculorum apud cordatiores contemptus.

Addamus denique his exemplis etiam hoc ſequens quod nobis narrat Strabo libro octavo, ex Ephoro: Τὰς δὲ Πελασγὰς, μὴ ὄντος ἔτι τοῦ πολέμου, χρησηριαζομένους ἀπελθεῖν. ἀπελθεῖν δὲ καὶ τὰς Βοιωτίδας. Τὸν μὲν οὖν τοῖς Πελασγοῖς δοθέντα χρησμὸν, ἔφη μὴ ἔχειν ἀπειθῆ. τοῖς δὲ Βοιωτοῖς ἀνελεῖν τὴν προφῆτιν, ἀσεβήσαντας εἰς πράξειν. τὰς δὲ θεωρὰς ὑπονοήσαντας χαλεπώτερον τοῖς Πελασγοῖς τὴν προφῆτιν διὰ τὸ συγγενὲς, (ἐπεὶ καὶ τὸ ἱερὸν Πελάσγικον ἐξαρχῆς ὑπῆρξεν) ἵνα ἀνελεῖν, ἁρπάσαντας τὴν ἄνθρωπον εἰς πυρὰν ἐμβαλεῖν· ἀλλομηθέντας, εἴτε κακουργήσασαν, εἴτε μὴ, πρὸς ἀμφότερα ὀρθῶς ἔχειν· εἰ μὲν παρεχρησηριάσατο,

χθ·

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

κωλαθείσης αὐτῆς· εἰ δ' ἄδην ἐπανάργησε, τὸ πεφευχθὲν αὐτῶν πεφαξάντων. Τὰς δὲ περὶ τὸ ἱερὸν, τὸ μὲν ἀκύρως κλείναν τὰς πεφάξαντας, καὶ τῶτ' ἐν ἱερῷ, μὴ δοκιμάσαν, καθιστάναι δ' εἰς κρίσιν· καλεῖν δ' ἐπὶ τὰς ἱερείας, ταύτας δὲ εἶναι τὰς προφήτιδας· αἱ γὰρ λοιπαὶ τριῶν ἐσῶν πρείσαν. λεγόντων δὲ ὡς ἀδάμα νόμῳ εἴη δικάζειν γυναῖκας, πρεσβυτέρας καὶ ἄνδρας ἴσας ταῖς γυναιξὶ τὸ ἀριθμόν. τὰς μὲν ἓν ἄνδρας ἀπογνῶναι, τὰς δὲ γυναῖκας καταγνῶναι· ἴσων δὲ ψήφων γενομένων, τὰς ἀπολυσάσας νικῆσαι· ἐκ δὲ τούτων βοιωτοῖς μόνοις ἄνδρας προφητεύειν ἐν Δωδώνῃ.

Pelasgos durante adhuc bello abiisse ut Oraculum [*Dododæum*] *consulerent: idem Bœotos etiam fecisse. Ac Pelasgis quidem quid responsum fuerit, fatetur* [*Ephorus*] *sibi non constare. Bœotis autem Antistitam respondisse, rebus usuros secundis, si impiè agerent. Qui missi erant scitatum, suspicatos vatem in gratiam Pelasgorum, qui ejus gentiles essent (nam ab initio templum id Pelasgicum fuit) sic respondisse, correptam in rogum conjecisse: quod sic ratiocinarentur, sive jure id facinus sive injuria perpetrasse eos judicatum fuisset, utroque rem modo bene habituram: nimirum ea, siquidem Oraculum mala fide edidisset, supplicio affecta: sin vero nihil fraudis commisisset, à se id factum fore, quod jussi erant. Enimvero eos quibus templum curæ erat, autores hujus facinoris indicta causa, idque in templo, necandos non censuisse: rem ad judicium detulisse, quod facerent mulierum sacerdotum, quæ eædem erant fatidicæ, reliquæ duæ: solebant enim tres esse. Bœotis autem causantibus nullibi leges mulieribus judicium permittere, totidem eis viros fuisse adjunctos. Porrò viros absolvisse, mulieres damnasse; cumque essent æquales numero sententiæ, absolventes vicisse: ex eoque receptum ut apud Dodonam solis Bœotis viri Oracula redderent.*

Notan-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Notandum hîc accepiſſe quidem, ſed ſimul occultaſſe Pelaſgos Reſponſum illud, quod ipſi quoque ab Apolline nacti eſſent. Quod merito ſuſpectum erat Bœotis, quum ſcirent Pelaſgos gentiles Dodonæis fuiſſe; eo quod id templum initio Pelaſgicum fuiſſet: unde credebant Antiſtites Oraculi à Pelaſgis eſſe corruptos: ſicut iſtud vidimus in Oraculo Delphico; ubi Antiſtites à partibus Philippi Macedonis ſtabant, cum jam ille poſt Phocenſes, ſacro iſto bello devictos Delphos in ſua poteſtate haberet, ac dominaretur Amphictyonenſibus.

Hinc igitur facilius perpendebant Reſponſi iſtius ἄπτον plane, atque iniquam abſurditatem: qua ſic cogebantur (ſi Oraculi Reſponſo obſequerentur) ſeſe omnium calumniis atque odiis objicere. Quare hi, ut quaſi cœco obſequio, Pythiæ Reſponſa ac præcepta exſequi viderentur; ac ſimul de ipſa vindictam ſumerent, ſub prætextu divinæ voluntatis, quod Deus ipſe ita illis præcepiſſet, hanc Pythiam rogo impoſitam comburebant.

Si enim vera, ac ſincera, reſponderat Pythia, illi ipſam comburendo reverâ impie agebant: ſin maligne, vindicta utebantur. Quapropter & iſti, qui templo præerant, hæc ſat clare perſpicientes, hîc, quaſi in medio conſtituti, nihil ſuper hoc negotio definire voluerunt; verum ad alios hoc judicium remiſerunt. Ubi Bœoti, cum id mulieribus templi Antiſtitibus commiſſum fuiſſet, hoc nullo modo conceſſerunt; quod iſtæ ipſis à Pythiæ partibus, nec immeritò, ſtare viderentur. Unde & viri totidem mulieribus adjuncti, (quamvis mulieres damnarent Bœotos, ipſos ex adverſo abſolvebant. Videbant nimirum hos Bœotos ſatis juſtam vindictam de hac Pythia, ſive affectu, ſive pecunia corruptâ (cujus rei plura exempla nobis occurrunt) ſumpſiſſe. Ex quibus (ſi modo conſtet de hiſtoriæ veritate) patet, rem hîc plane actam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

fuisse ex studio partium : neque ullam causam Diabolicam præternaturalem huic negotio, ut necessariam, interfuisse.

Ut autem parvi admodum sæpe faciebant Oracula vel celebratissima, sic minimè curabant Haruspicinam, Auguria, cæteraque Divinationum genera.

De Cæsare hinc Suetonius, cap. 59. *Ne religione quidem ullâ à quoquam incepto absterritus unquam vel retardatus est. Cum immolanti aufugisset hostia, profectionem adversus Scipionem & Jubam* [quos quoque devicit] *non distulit. Prolapsus etiam in egressu navis, verso ad melius omine, Teneo te, inquit, Africa. Ad eludendas autem Vaticinationes, quibus felix & invictum in ea provincia fataliter Scipionum nomen ferebatur, despectissimum quendam ex Corneliorum genere, cui ad opprobrium vitæ salutioni cognomen erat, in castris secum habuit.*

Noverat sane vir acutissimus simul & fortissimus, Augures, qui semper erant è præcipuis civibus, maximæque apud vulgus auctoritatis, dum essent factionis Pompejanæ, omnia fingere; ut ipsum, aut saltem eos qui suarum partium erant, ab incœptis deterrerent, & sic suis auxiliarentur partibus: ac sæpius ipse hujusmodi divinationes inanes ac falsas deprehenderat.

De Flaminio Consule Plutarchus ita, in vita Marcelli: οἱ δ' ὠθὶ ταῖς ἰταλικαῖς ψηφοφορίαις ἀμφιφυλάττοντες οἰωνοὺς ἱερεῖς, διεβεβαιοῦντο μοχθηρὰς καὶ δυσόρνιθας αὐτοῖς γεγενέναι τὰς ἰτάτων ἀναγορεύσεις. διὸ δὴ ἔπεμψεν ὁ σύγκλητος ἐπὶ τὸ στρατόπεδον γράμματα, καλοῦσα καὶ μεταπεμπομένη τὸν ἰτάτην, ὅπως ἀνελθόντες, ἢ τάχιστα τὸν ἐχθρὸν ἀπείπωνται, καὶ μηδὲν ὡς ὕπαθοι φλαῦρον πρᾶξαι πρὸς τὸν πολεμίους. ταῦτα δεξάμενος τὰ γράμματα Φλαμίνιος, ἐπειδὴ πρότερον ἔλυσεν, ἢ μάχην συνάψας τρέψασθαι τὸν βαρβάρους, καὶ τὸν χώραν αὐτῶν ἐπιδραμεῖν.

Comi-

Comitiis autem Conſularibus vitio creatos Conſules Augures obnuntiaverunt. Extemplo igitur miſit in caſtra Senatus literas, quibus Conſules accerſiverunt & revocaverunt Romam, ut Conſulatu ſe primo quoque tempore abdicarent nec quicquam pro imperio adverſus hoſtes gererent [quippe omnia hac de cauſa infauſti fore eventus.] *Eas allatas non prius Flaminius, quam fuſis fugatiſque barbaris, fines eorum eſſet depopulatus ſolvit.*

De Papyrio memorabilia admodum ſunt, quæ narrat Titus Livius, Hiſtoriar. lib. x. hiſce verbis: *L. Papyrius jam per omnia ad dimicandum ſatis paratus, nuncium ad collegam mittit; ſibi in animo eſſe, poſtero die, ſi per auſpicia liceret, conſligere cum hoſte. Opus eſſe & illum quanta maxima vi poſſet Cominium oppugnare: ne quid laxamenti ſit Samnitibus ad ſubſidia Aquiloniam mittenda. Diem ad proficiſcendum nuncius habuit: nocte rediit; approbare collegam conſulta referens.*

Ac paucis interjectis.

Tertia Vigilia noctis, jam relatis literis à collegâ. Papyrius ſilentio ſurgit, & pullarium in auſpicium mittit. NULLUM ERAT GENUS HOMINUN IN CASTRIS INTACTUM CUPIDITATE PUGNÆ; DUX MILITUM, MILES DUCIS ARDOREM SPECTABAT. *Is ardor omnium etiam ad eos, qui auſpicio intererant, pervenit. Nam quum pulli non paſcerentur, pullarius Auſpicium mentiri auſus, tripudium ſoliſtimum Conſuli nunciavit. Conſul lætus auſpicium egregium eſſe, & Diis auctoribus rem geſturos, pronuntiat; ſignumque pugna proponit.*

Ac paulò poſt:

Dum his intentus Imperator erat, altercatio inter pullarios orta de auſpicio ejus diei, exauditaque ex equitibus Romanis; qui rem haud ſpernendam rati, Sp. Papyrio fratris

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

tris filio consulis ambigi de auspicio renunciaverunt. Juvenis, ante doctrinam Deos spernentem, natus, rem inquisitam, ne quid incompertum deferret ad Consulem, detulit. Cui ille, Tu quidem macte virtute diligentiâque esto: Cæterum qui auspicio adest, si quid falsi nunciat, in semetipsum religionem recipit. Mihi quidem tripudium nunciatum, populo Romano exercituique egregium auspicium est. Centurionibus deinde imperavit, ut pullarios inter prima signa constituerent. Promovent & Samnites signa, insequitur acies ornata armataque, ut hostium etiam magnificum spectaculum esset. Priusquam clamor tolleretur concurrereturque, emisso temere pilo ictus pullarius ante signa cecidit, quod ubi Consuli nunciatum est, Dii in prælio sunt, inquit, habet pœnam noxium caput. Ante Consulem hæc dicentem, corvus voce clarâ occinuit; quo lætus Augurio Consul, affirmans nunquam humanis rebus magis præsentes interfuisse Deos, signa canere & clamorem tollere jussit.

Quis credat ab hostibus hunc *Pullarium*, & non ab aliquo ex Romanorum exercitu, suggestu ipsius Papyrii, transfixum concidisse: tum ut sic vindictam consequeretur ab eo qui aut nimis temere rem ipse effutierat, aut nimis incautè aliis præsentibus (ac quibuscum ipsi non bene conveniebat) istud solstitium tripudium, quæque ad ipsum pertinebant, instituerat: tum ut sic & ejus mortem inopinam, apud stupidiores saltem, ac commune vulgus, (eosque præsertim, qui in tam tumultuario exercitus statu, nimis procul distantes, non ita statim penetrare poterant rei gestæ veritatem,) in bonum omen atque exercitui salutare converteret.

Nec crediderim ego, magis miraculo, quam artificio Consulis emissum corvum (de quo mentio) augurium feciſſe. *Pullarii* sanè hi multa ludere ac fingere poterant, quibus superstitiosum vulgus, imò & quandoque ipsos Principes, Duces,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
366 F 33

ces, aut Imperatores exercituum decipere valerent: præſertim ſi ſoli Auſpiciis intereſſent: quod quandoque contingebat; uti ex præcedenti exemplo patere videtur, ac liquido patet ex ſequentibus. Sic enim Livius, lib. 9. *Quibus Papyrius ait: Auſpicia ſecunda eſſe, Tarentini,* PULLARIUS *nunciat. Litatum præterea eſt egregie, &c.* Et libro 41. *Super tam evidentem triſtis Ominis eventum & ex* PULLARIO *auditum eſt, vitium in Auſpicio eſſe.* Ex Plutarchi Marcello idem manifeſtum fit, item ex aliis. Quæ ſolitariæ obſervationes merito erant cordatioribus ſuſpectæ: Unde & in Haruſpicina (quæ qualis fuerit quoque & Cicero nobis indicat, & ex aliis notum ſatis eſt) id vetuit Tiberius: qui teſte Suetonio cap. 63. *Haruſpices ſecreto ac ſine teſtibus conſuli vetuit.*

De Haruſpicibus ſolis exta conſulentibus (ſaltem abſente Conſultore) exemplum habemus in Curtio: qui libro VII. *Mos erat Aruſpicibus, exta ſine Rege ſpectare, & quæ portenderentur referre.* Ac paulò poſt: *Cum omnes à tam præcipiti conſilio Regem deterrere cæperunt. Erygius maxime, qui haud ſanè auctoritate proficiens apud obſtinatum animum, ſuperſtitionem, cujus potens non erat Rex, incutere tentavit, dicendo, Deos quoque obſtare conſilio: magnumque periculum ſi flumen tranſiſſet, oſtendi. Intranti Erigyo tabernaculum Regis Ariſtander occurrerat, triſtia exta fuiſſe ſignificans. Hæc ex Vate comperta Erygius nuntiabat. Quo inhibito, Alexander non irâ ſolùm, ſed etiam pudore confuſus, quod ſuperſtitio quam celaverat, detegebatur. Ariſtandrum vocari jubet. Qui ut venit, intuens eum, Non Rex, inquit, ſed privatus ſum. Sacrificium ut faceres mandavi. Quid eo portenderetur, cur apud alium quam me profeſſus es? Erygius arcana mea & ſecreta, te prodente, cognovit. Quem certum, Mehercule, habeo ex-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

torum interpretem metu ſuo. Tibi autem ſæpius quam poteſt, denuntio, ipſe mihi indices, quid ex extis cognoveris, ne poſſis inficiari dixiſſe quæ dixeris. Ille exanguis attonitoque ſimilis ſtabat, per metum etiam voce ſuppreſſa. Tandemque eodem metu ſtimulante, ne Regis exſpectationem moraretur; MAGNI, INQUIT, LABORIS, NON IRRITI, DISCRIMEN INSTARE PRÆDIXI. *Nec me mea ars quam benevolentia magis perturbat. Infirmitatem valetudinis tuæ video: & quantum in te uno ſit ſcio. Vereor ne non præſenti fortunæ tuæ ſufficere poſſis. Rex juſſum confidere felicitati ſuæ remiſit. Sibi enim ad alia gloriam concedere Deos. Conſultanti deinde* CUM IISDEM *quonam modo flumen tranſirent, ſupervenit Ariſtander, non alias lætiora exta vidiſſe ſe affirmans, utique prioribus longe diverſa: tum ſollicitudinis cauſas aperuiſſe, nunc prorſus egregiè litatum eſſe.* Quis non videt quoque, Ariſtandrum ſe huic Alexandri voluntati, qui deſiderabat Omina felicia, ut cæteros Duces ac milites animaret, accommodaſſe; atque hinc, inſpectis denuò extis, cuncta felicia ac fauſta annuntiaſſe. Itane tantillo temporis ſpatio, atque ob indignantem Alexandrum, mutata fuerint exta, ut poſt tam infelicia jam cuncta feliciſſima præmonſtrarent?

Sed audiamus hic quæſo, rurſus Ciceronem: qui lib. 2. de Divinatione, ubi de Haruſpicina diſſerit, inter alia ita loquitur: *Illud verò multò etiam melius, quod & à te uſurpatum eſt, & dicitur ab illis* [*Chryſippo, Antipatro, Poſidonio*] *cùm immolare quiſpiam velit, tùm fieri extorum immutationem, ut aut abſit aliquid aut ſuperſit: Deorum enim numini parere omnia. Hæc, mihi jam crede, ne aniculæ quidem exiſtimant. An cenſes, eundem vitulum ſi alius delegerit, ſine capite jecur inventurum: Sin alius, cum capite? hæc deceſſio capitis, aut acceſſio, ſubitone fieri poteſt, ut ſe exta*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

exta ad immolantis fortunam accommodent ? non perſpicitis aleam quandam ineſſe hoſtiis diligendis, præſertim cum res ipſa doceat ? cum enim triſtiſſima exta ſine capite fuerunt, quibus nihil videtur eſſe dirius : proxima hoſtia litatur ſæpè pulcherrimè. Ubi illæ minæ ſuperiorum extorum ? aut quæ tam ſubita facta eſt Deorum tanta placatio ? Sed affers in tauri opimi extis, immolante Cæſare, cor non fuiſſe : id quia non potuerit accidere, ut ſine corde victima illa viveret, judicandum eſſe, tum interiiſſe cor, cùm immolaretur. Quî fit, ut alterum intelligas, ſine corde non poſſe bovem vivere : alterum non videas, cor ſubitò non potuiſſe neſcio quò avolare ? Ego enim poſſum vel neſcire quæ vis ſit cordis ad vivendum, vel ſuſpicari, contactum aliquo morbo, bovis exile, & exiguum, & vietum cor, & diſſimile cordis fuiſſe. Tu verò, quid habes, quare putes, ſi paulò ante cor fuerit in tauro opimo, ſubitò id in ipſa immolatione interiiſſe ? an quod aſpexit veſtitu purpureo excordem Cæſarem, ipſe corde privatus eſt ? Urbem Philoſophiæ, mihi crede, proditis, dum Caſtella defenditis. Nam dum Haruſpicinam veram eſſe vultis, Phyſiologiam totam pervertitis. Caput eſt in jecore, cor in extis jam abſcedet, ſimul ac molam, & vinum inſperſeris, Deus id eripiet, vis aliqua conficiet aut exedet. Non ergo omnium interitus atque obitus natura conficiet : & erit aliquid, quod aut ex nihilo oriatur, aut in nihilum ſubitò occidat. Quis hoc Phyſicus dixit unquam ? Haruſpices dicunt. His igitur quam Phyſicis, potius credendum exiſtimas ? Quid cum pluribus Dis immolatur, qui tandem evenit, ut litetur aliis, aliis non litetur ? Quæ autem inconſtantia Deorum eſt, ut primis minentur extis, bene promittant ſecundis ? aut tanta inter eos diſſenſio, ſæpe etiam inter proximos, ut Apollinis exta bona ſint, Dianæ non bona ? quid eſt tam perſpicuum, quàm, cùm fortuitò

hoſtiæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

hostiæ adducantur, alia cuique exta esse, qualis cuique obtigerit hostia?

Hinc, qui in exercitu Cæsaris versabantur Haruspices, erant longe Sapientiores iis, qui Pompejo aderant, ac magis Politici, (nisi velis istos ex mandato Pompeji responsa sua dedisse) quod patet ex exemplo, quod habemus apud Plutarchum, in J. Cæsaris vita: Ποιμνύοντα δὲ καθαρμὸν αὐτοῦ τὸν δυνάμεως, καὶ θύοντι τὸ πρῶτον ἱερεῖον, ἀγγέλλει ὁ μάντις ἔφεδρος, τελῶν ἡμερῶν μάχη κεκρίσεσθαι πρὸς τοὺς πολεμίους. ἐρομένου δὲ τοῦ Καίσαρος εἰ καὶ περὶ τοῦ τέλους ἐνορᾷ τι τοῖς ἱερείοις ἄδηλον, Αὐτὸς ἂν (ἔφη) οὐ τοῦτο βέλτιον ὑποκρίναιο αὐτοῦ. μεγάλων γὰρ οἱ θεοὶ μεταβολὴν καὶ μετάπτωσιν ὅταν τὰ ἐναντία τῶν καθεστώτων δηλῶσιν. ὥστε, εἰ νῦν εὖ πράττειν ἡγῇ σαυτὸν ὅτι τοῦ παρόντος, τὴν χείρονα προσδόκα τύχην· εἰ δὲ κακῶς, τὴν ἀμείνονα.

Lustranti exercitum, & primam hostiam immolanti nunciavit Aruspex, intra triduum pugna cum hostibus decreturum. Exquirente Cæsare, ecquid in extis boni portenti de exitu consideraret: Rectius, inquit, tute tibi de eo respondeas. Mutationem enim Dii vicissitudinemque in diversa grandem status præsentis præsagiunt. Itaque si res tuas ducis in præsentia lætas, infestiorem fortunam exspecta: sin tristiores, lætiorem. Noverat autem optimè Aruspex ille, quo in statu res essent tunc Cæsaris; quibusque angustiis premeretur, ac necessitate pugnandi. Accommodabat igitur responsa sua rei præsenti, atque ambiguo simul eventui, quo pessimum statum, à nequaquam optimo potuerat redigi Cæsar.

Sed revertamur denuò ad exemplum nostrum è Curtio allatum. Dubitetne igitur quisquam non nimis obtusi ingenii, Aristandrum hunc in gratiam Macedonum annuntiasse Erygio tristia fuisse exta? eundemque metu Alexandri, qui ipsum tam acriter increpaverat, cujusque iram noverat tam periculosam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

loſam ſubditis, mutatum, poſtea omnia læta ac fauſta promiſiſſe? At Alexander talibus, in rem ſuam cum eſſent, utebatur: Sin contra, reſpuebat. Docet id exemplum ſequens, quod ab eodem Curtio lib. IX. adducitur: *Jam admovebat Rex, cum Vates monere eum cœpit, ne committeret, aut ceriè differret obſidionem: vitæ ejus periculum oſtendi. Rex Demophoonta (is namque Vates erat) intuens, ſi quis, inquit, te arti tuæ intentum & exta ſpectantem ſic interpellet, non dubitem quin incommodus ac moleſtus videri tibi poſſit. Et cum ille ita prorſus futurum reſpondiſſet: Cenſeſne, inquit, tantas res, non pecudum fibras, ante oculos habenti, ullum eſſe majus impedimentum, quam Vatem ſuperſtitione captum?*

Noverat quippe Rex ipſorum artes ac fraudes, ideoque utebatur iis, ſi militibus ſuis per ipſas animos addere metuſque demere poſſe putaret. Tum enim Vatibus quam maxime utebatur. Oſtendit hoc hiſtoria illa, quam narrat Curtius, lib. 4. cap. 10. in hunc modum: *Biduo ibi Rex ſtativa habuit; in proximum deinde pronuntiari juſſit. Sed prima fere vigiliâ, Luna deficiens primùm nitorem ſideris ſui condidit: deinde, ſanguinis colore ſuffuſo, lumen omne fœdavit, ſollicitiſque ſub ipſum tanti diſcriminis caſum ingens religio, & ex eâ formido quædam incuſſa eſt. Diis invitis in ultimas terras trahi ſe querebantur. Jam nec flumina poſſe adiri, nec ſidera priſtinum præſtare fulgorem. Vaſtas terras, deſerta omnia occurrere; in unius hominis jactationem tot millium ſanguinem impendi: Faſtidio eſſe patriam, abdicari Philippum patrem, cœlum vanis cogitationibus peti. Jam pro ſeditione res erat, cum ad omnia interritus, duces, principeſque militum, frequentius adeſſe prætorio; Ægyptioſque Vates, quos cœli ac ſiderum peritiſſimos eſſe credebat, quid ſentirent, expromere jubet. At illi,* (NB.) *qui ſatis*

tis scirent, temporum orbes implere destinatas vices, Lunamque deficere, cum terram subiret aut sole premeretur, RATIONEM QUIDEM IPSIS PERCEPTAM NON EDOCENT VULGUS: CÆTERUM AFFIRMANT, SOLEM GRÆCORUM, LUNAM ESSE PERSARUM: QUOTIES ILLA DEFICIAT, RUINAM STRAGEMQUE ILLIS GENTIBUS PORTENDI. VETERAQUE EXEMPLA RECENSENT PERSIDIS REGUM, QUOS ADVERSIS DIIS PUGNASSE LUNÆ OSTENDISSET DEFECTIO.

Nulla res efficacius multitudinem regit, quam superstitio: alioqui impotens, sæva, mutabilis, ubi vanâ religione capta est, melius Vatibus, quam ducibus suis paret. Igitur editam in vulgus Ægyptiorum responsa, rursus ad spem & fiduciam erexere torpentes. Rex impetu animorum utendum ratus, secundâ vigiliâ castra movit.

Addamus & hoc exemplum de eodem Alexandro, ex Plutarcho ipsius vitam describente: Ἀλεξάνδρῳ τῷ μὲν πολλῷ τῆς δυνάμεως ἀναπαύοντι ἀπὸ πολλῶν ἀγώνων τὴν ἔμπροσθεν, ὀλίγους δέ τινας, ὡς μὴ σχολάζοιεν οἱ πολέμιοι τοῖς τείχεσι προσάγοντι, Ἀρίστανδρος ὁ μάντις ἐσφαγιάζετο· καὶ τὰ σημεῖα καπδών, θρασύτερον διορίσαι πρὸς τὰς παρούσας, ἐν ἐκείνῳ τῷ μηνὶ πάντως ἁλώσεσθαι τὴν πόλιν. γνομένῃ δὲ χλιασμὸς ἐκ γέλωτος (ἦν δὲ ἡ πλησταία ἕκτῃ μηνὸς ἡμέρᾳ) διηπορημένον αὐτὸν ἰδὼν ὁ βασιλεύς, ἐκ συμφιλοτιμούμενος ἀεὶ τοῖς μαχίμοις, ἐκέλευε μηκέτι τριακάδα τὴν ἡμέραν ἐκείνην, ἀλλὰ τρίτην φθίνοντος ἀριθμεῖν. καὶ τῇ σάλπιγγι σημῆνας, ἀπεπειρᾶτο τῶν τειχῶν ἐῤῥωμενέστερον ἢπερ ἐξ ἀρχῆς διενοήθη. γνομένης δὲ λαμπρᾶς ἐπιβολῆς, καὶ μηδὲ τῶν ἀπὸ στρατοπέδου καρτερούντων, ἀλλὰ συντρεχόντων καὶ προσβοηθούντων, ἀπεῖπον οἱ Τύριοι· καὶ τὴν πόλιν εἷλεν καθ' ἐκείνην τὴν ἡμέραν. *Dum exercitum penè totum reficit à superioribus laboribus Alexander, paucos autem, ne respirarent hostes, mœnibus admovet, Vates Aristander victimis cæsis quum inspice-*

ret

ret exta, confidentius aſſeruit apud coronam, urbem illo menſe haud dubiè expugnandam. Quâ dictum ejus ludibrio & riſu excipiente, quod dies ea noviſſima eſſet, cernens Rex perplexum, favenſque ſemper Vaticiniis, vetuit deinceps trigeſimum illum diem, ſed vigeſimum octavum menſis numerari; ſignoque tubâ dato murum acrius, quam ab initio inſtituerat, eſt adortus. Quum urbs oppugnaretur impigre, neque illi qui in caſtris erant quieſcerent, ſed concurrerent ad opem ferendam, fracti Tyrii ſunt, urbemque Alexander illo cœpit die.

Addamus & hoc ſequens, ex eodem Plutarcho: Βυλόμενος ὁ τῷ θεῷ χρήσασθαι περὶ τῆς στρατείας, ἦλθεν εἰς Δελφούς. καὶ κατὰ τύχην ἡμερῶν ἀποφράδων ὄσων, ἐν αἷς ἃ νενόμισται θεμιστεύειν, πρῶτον μὲν ἔπεμπεν ἀξιοκαλῶν τὴν πρόμαντιν· ὡς δὲ κρυπτομένης, καὶ προϊσχομένης τὸν νομὸν, αὐτὸς ἀναβὰς βίᾳ πρὸς τὸν ναὸν εἵλκεν αὐτήν. ἡ δὲ, ὥσπερ ἐχθομένη τὸ πρόσωπον, εἶπεν Ἀνίκητος εἶ ὦ παῖ. τοῦτο ἀκούσας Ἀλέξανδρος, οὐκ ἔτι ἔφη χρήζειν ἑτέρας μαντείας, ἀλλὰ ἔχειν ὧν ἐβούλετο παρ' αὐτῆς χρησμόν. *Delphos ad Apollinem de bello conſulendum profectus, quod forte* DIES NEFASTI *eſſent, quibus non erat ſolenne Oracula edere, primò miſit certos, qui Vatem orarent ut veniret. Recuſante illâ, & legem prætendente, aſcendit ipſe, atque vi traxit eam ad Templum. Quæ illius expugnata contentione ait,* INVICTUS ES, FILI. *Id audiens Alexander, negavit ſe alias* SORTES *quærere, ſed jam habere quod petierat ab ea, Oraculum.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

CAPUT XVII.

De Oraculis per ipsos Reges ac Principes constitutis; ut Hephæstionis, Antinoï, ipsius Cæsaris Augusti; quin & M. Aurelii Antonini. Porrò de Mysteriis, initiationibus, ac peccatorum confessionibus, &c. ut sic animos, imò & vitam consulentium (si id ita ipsis necesse foret, aut luberet) Oraculorum Antistites sub potestate sua haberent, aut retinerent. Quibus tamen frustra obstantibus, cuncta Oracula tandem (concurrente ad id quoque maxime Christianismo, aliisque ea occasione memoratis,) penitus interierunt.

HÆc igitur ac similia nos clarè docent, quanti æstimaverint Principes minus superstitiosi Oracula, quibus aut utebantur, aut alias illa negligebant, prout rebus suis putabant magis minusve conducere. Atque historia illa de consultatione Alexandri ad Ammonem nobis manifeste indicat, ipsum stultæ ex superstitione multitudini, ut per talia imponeretur, operam dedisse. Quid quod & ipse μαντεῖον, sive χρηστήριον novum ut institueretur curaverit.

De Hephæstione enim ita scriptores veteres, ac primò quidem Curtius, lib. x. *Illud tamen verum est, quod Alexander Hephæstioni, tanquam Heroi sacrificari jussit.*

Sic & Plutarchus: Τοῦτο δ' ὀλίγοι λογισμῷ τὸ πάθος Ἀλέξανδρος ἤνεγκεν, &c. ἕως ἐξ Ἄμμωνος ἦλθεν μαντεία, τιμᾶν Ἡφαιστίωνα, καὶ θύειν ὡς ἥρωϊ παρακελεύσασα.

Hunc casum tulit parum sapienter Alexander, &c. Quoad ab Ammone allatum Oraculum est, ut Hephæstionem colerent pro Heroë, eique sacrificarent. At scisciteraverat, hæc Alexan-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Alexander, ut teſtatur Arrianus, libro VII. Volebat nimirum ita ſibi reſponderi: nec aliter auſi fuere Antiſtites, dum, ut ipſi in omnibus adularentur, aut metu coacti, aut pretio inducti eſſent:

Ἦκον δὴ καὶ παρὰ Ἄμμωνος οἱ θεωροὶ, ὅστινας ἐπάλαι ἐπεπομφώς, ὅπως θέμις αὐτῷ τιμᾶν Ἡφαιστίωνα. οἱ δὲ ὡς ἥρωϊ, ἔφησαν, ὅτι θύειν ἔξεστιν ὁ Ἄμμων λέγει· ὁ δὲ ἔχαιρέ τε τῇ μαντείᾳ, καὶ τὸ ἀπὸ τοῦδε ὡς ἥρωα ἐγέραιρε.

Venerunt & ab Ammone ii quos ſciſcitatum miſerat, quoſnam honores Hephæſtioni tribuere fas eſſet. Qui quidem Ammonem reſpondiſſe nuntiabant, fas eſſe ut Heroi ſacrificare. Quo Oraculo lætatus, deinceps eum ut Heroëm coluit.

Heroës autem [non ſoli Dii, Deæque; quorum quarumque neminis non alicubi, quorundam vero in pluribus locis ſimul, ἀρητήρια, μαντεῖα aut Sortes erant.] Vaticinandi poteſtatem habebant, uti ex exemplis Trophonii aliorumque manifeſtum eſt.

Hinc enim apud Lucianum (in mortuorum Dialogis) Trophonius Menippo reſpondit: Ὦ Μένιππε, Ἀμφίλοχος μὲν ἴστω ἂν εἰδείη ὅ, τι αὐτῷ ἀποκριτέον ὑπὲρ αὑτοῦ, ἐγὼ δὲ ἥρως εἰμὶ, καὶ μαντεύομαι, ἤν τις κατέλθοι παρ' ἐμέ.

Menippe, noverit Amphilochus hic, quid ſit ipſi pro ſe reſpondendum. At ego Heros ſum & Vaticinor, ſi quis ad me deſcenderit, &c.

Oracula autem per Hephæſtionem fuiſſe data, ex ſequentibus hiſce Luciani, è libello de non temere credendis calumniis, apparet; παρὰ δὲ Ἀλεξάνδρῳ, μεγίστη δή τε ἂν ἁπασῶν διαβολὴ λέγοιτο, εἰ ἕλοιτό τις μὴ σέβειν, μηδὲ προσκυνεῖν τὸν Ἡφαιστίωνα. ἐπεὶ καὶ ἀπέθανεν Ἡφαιστίων, ὑπὸ δὲ ἔρωτος Ἀλέξανδρος ἐβεβλήκει προθεσίαν καὶ τότε τῇ λοιπῇ μεγαλοργίᾳ, καὶ θεὸν χειροτονῆσαι ἐπελελύτηκότα. εὐθὺς νεώς τε ἀνέστησαν αἱ πόλεις, καὶ τεμένη

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

τιμένη καθιδρύετο, καὶ βωμοὶ καὶ θυσίαι καὶ ἑορτὴ τῷ καινῷ τούτῳ θεῷ ἐπετελοῦντο. καὶ ὁ μέγιστος ὅρκος ἦν ἅπασιν, Ἡφαιστίων. εἰ δέ τις ἢ μεμιδιάσειε πρὸς τὰ γινόμενα, ἢ μὴ φαίνοιτο πάνυ εὐσεβῶν, θάνατος ἐπέκειτο ἡ ζημία. ὑπολαμβάνοντες δὲ οἱ κόλακες τὴν μειρακιώδη τοῦτον τοῦ Ἀλεξάνδρου ἐπιθυμίαν, προσεξέκαιον εὐθὺς, καὶ ἀνεζωπύρουν, ὀνείρατα διηγούμενοι τοῦ Ἡφαιστίωνος, καὶ ἰάματα προστιθέντες αὐτῷ, καὶ μαντείας ἐπιφημίζοντες. καὶ τέλος, ἔθυον παρέδρῳ, καὶ ἀλεξικάκῳ θεῷ. ὁ δὲ Ἀλέξανδρος, ἥδετό τε ἀκούων, καὶ τὰ τελούμενα, ἐπῄδε καὶ μέγα ἐφρόνει, ὡσανεὶ ὁ θεὸς παῖς ὢν μόνον, ἀλλὰ καὶ θεὸς ποιεῖν δυνάμενος.

Apud Alexandrum graviſſimi criminis reus fiebat, qui colere & adorare nollet Hephæſtionem. Nam poſtea quam is è vivis exceſſit, amore victus Alexander, ad reliquam funeris magnificentiam additum voluit, ut mortuus inter Deos Hephæſtion haberetur. Continuò civitates ei Templa condiderunt, delubra dedicarunt, aras, victimas & feſta huic novo Deo conſecrarunt. Eratque nomen Hephæſtionis jusjurandum omnium religioſiſſimum. Si quis autem vel riſiſſet ad ea quæ fiebant, vel non omni ſtudio colere viſus eſſet, culpa capitalis erat. Aſſentatores autem perſpecta hâc juvenili Alexandri cupiditate, ei ignem & fomitem addere cœperunt, ſomnia narrantes Hephæſtionis, apparitiones quaſdam & medelas ei attribuentes, EJUSQUE ORACULA PRÆDICANTES, *denique Aſſeſſori malorumque depulſori Deo ſacra fecerunt. Alexander autem hæc jucundè audiebat, tandem etiam ut veris fidem habebat, & gloriabatur, quod non modo Dei filius eſſet, ſed & Deos etiam creare poſſet.*

Quod Alexander fecerat in Hephæſtione, Adrianus non minus ridiculè fecit in Antinoo : de quo Spartianus in vita Adriani : *Et Græci quidem* VOLENTE HADRIANO, *cum conſecraverunt,* ORACULA PER EUM DARI ASSE-

ASSERENTES : *quæ Hadrianus ipſe compoſuiſſe jactatur. Fuit enim Poëmatum & literarum omnium ſtudioſiſſimus, &c.*

Hinc quoque Hieronymus in Egeſippo : *Tumulos mortuis templaque fecerunt, ſicut uſque hodie videmus. E quibus eſt & Antinous ſervus Adriani Cæſaris, cui & gymnicus agon* (NB.) *exercetur apud Antinoum civitatem, quam ex ejus nomine condidit, & ſtatuit* PROPHETAS *in Templo.*

Prophetas autem nullibi locum habuiſſe apud Ethnicos, quàm in Templis Fatidicis ſeu χρηστηρίοις veriſſimum eſt. Hoc enim tota clamat Antiquitas : neque hoc ulla demonſtratione opus habet. Suos autem habuiſſe Prophetas Antinoum, præter modo citatum Hieronymum, teſtatur hæc ſequens Inſcriptio doctioribus ſatis nota :

ΑΝΤΙΝΟΩ
ΣΥΝΘΡΟΝΩ. ΤΩΝ
ΕΝ. ΑΙΓΥΠΤΩ. ΘΕΩΝ
Μ. ΟΥΛΠΙΟΣ. ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΣ
ΠΡΟΦΗΤΗΣ.

Hiſce illuſtrandis admodum faciunt verba Origenis contra Celſum, quos habet lib. 3. hoc modo : Ἀλλὰ καὶ, εἴπερ φιλαλήθως καὶ ἀδεκάστως τὰ περὶ τοῦ Ἀντίνοου ἐξετάζοι τις, μαγγανείας ἂν Αἰγυπτίων καὶ τελετὰς εὕροι τὰς αἰτίας δι' ἃς δοκεῖν τι αὐτὸν ποιεῖν ἐν Ἀντινόῃ πόλει, ἣ μὴ τῷ πλάσματι αὐτοῦ· ὅπερ καὶ ἐπ' ἄλλων νεῶν ἰσχεῖται, καὶ τῶν Αἰγυπτίων ἐστὶ τὰ τοιαῦτα δεινῶν γεγονέναι, ἔν τισι τόποις ἱδρυόντων δαίμονας μανικοὺς, ἢ ἰαλεμικούς, πολλάκις δὲ καὶ βασανίζοντας τοὺς δοκοῦντας τι παραβεβηκέναι περὶ τὰ τυχόντων βρωμάτων, ἢ περὶ δι' ὀξεῖαν νεκρᾷ σώματος ἀνθρωπίνου, ἵνα δοκῇεν

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

κῆιεν δειδ'ηεδς τ' πόλιω ἓ ἀπαίδΔΙζιν. πιϑτ☉ δέ ἐστι ϗ ἐν Ἀντινόᾳ πόλῃ, τῆς Αἰγύπϑ νομισθεὶς εἶναι Θεός. ὃ δρεΔὰς μὲν πινες κυεβλικώτερον ζῶντις καΔαψΔόσιν· ἕτεροι δὲ ὑπὸ ☩ ἐκεὶ ἱδρυμένε δαίμον☉ ἀπατώμενοι, ϗ ἄλλοι ὑπὸ ἀϑενῆς ☩ σωεισότ☉ ἐλεγχόμενοι, οἵονπ πίνειν ϑήλατον ὑπὸ ☩ Ἀνλινόε πωλῶ. τοιαῦπα δέ ἐστι ϗ τὰ δρώμενα ωὐτῶν μυϑήρια, ϗ αἱ δοκῆσιϗ μαντεῖαι. ὧν πάνυ μακρὰν ἐστι ΔΙὰ τῆ Ἰησῦ. ὑ γὰ σωελθόντες γήτες, χάριν πίνοντες βασιλεῖ πινι κελεύονΔι, ἢ ἡγεμόνι ωροστάτονΔι, πεποιηκέναι ἔδοξαν αὐΔὸν εἶναι Θεόν· &c.

Quamvis si quis incorruptè veritatem scrutetur in rebus Antinoi, nihil inveniet præter PRÆSTIGIOSA QUÆDAM ÆGYPTIORUM MYSTERIA, *cur ille* MIRACULA APUD ANTINOPOLIN EDERE VIDERI *debeat jam defunctus: quod utique & in aliis fanis spectatur, ab Ægyptiis & hujusmodi impostoribus effectum, dum in aliquo loco domicilium statuunt Dæmoni fatidico aut Medico, nonnunquam & tortori, qui cruciat aliquos parum diligentes in observandis suis superstitionibus, puta gustantes cibos vetitos, aut tangentes humanum cadaver; quo territent imperitam multitudinem. Talis est & is qui apud Antinopolim ab Ægytiis pro Deo colitur: de cujus virtutibus fabulantur* QUIDAM QUIBUS INDE QUÆSTUS EST: *Sicut alii rursum prædicant eum, decepti à Dæmone loci ejus præside; aliique scelerum sibi conscii putant se diris agi torquerique ab Antinoo. Ejusmodi sunt etiam* EORUM MYSTERIA QUIBUS INITIANTUR & MANTEIA UNDE ORACULA REDDI PUTANTUR, *res longè alia quam Jesu religio. Hunc enim non Magi Regis alicujus aut Imperatoris jussu in unum coacti, decreto suo retulerunt Deorum in numerum, &c.*

Nemini, igitur, talia absurda plane ac ridicula legenti, ullo modo mirum videbitur etiam *Augustum Cæsarem* post mortem edidisse Oracula. Quod non obscurè indicat, Prudentius

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

dentius libro I. contra Symmachum, verſibus hîc ſequentibus:

Hunc morem veterum docili jam ætate ſecuta
Poſteritas, menſe atque ADYTIS, *& flamine & aris*
AUGUSTUM *coluit, vitulo placavit & agno,*
Strata ad pulvinar jacuit, RESPONSA POPOSCIT:
Teſtantur Tituli, produnt conſulta Senatus,
Cæſareum Jovis ad ſpeciem ſtatuentia Templum.
Adjecere ſacrum fieret quo Livia Juno
Non minus infamis thalami ſortita cubile,
Quam cum fraterno caluit Saturnia lecto.
Nondum maternam partu vacuaverat alvum,
Conceptamque viri ſobolem paritura gerebat
Pronuba, jam gravidæ fulcrum geniale paratur,
Jam ſponſus ſaliente utero nubentis amicos
Advocat, haud ſterilem certus fore jam ſibi pactam.
Vitricus antevenit tardum præfervidus ortum
Privigni nondum geniti, mox editur inter
Feſcennina, novo proles aliena marito:
IDQUE DEUM SORTES ET APOLLINIS ANTRA DEDERUNT
CONSILIUM: NUNQUAM MELIUS NAM CEDERE TÆDAS
RESPONSUM EST, QUAM CUM PRÆGNANS NOVA NUPTA JUGATUR.

Quæ de Livià (alias ſuperflue nimium) ſuperaddidi, ex eodem hoc Prudentio, ea de cauſa adduxi, quod ex iis videamus & heic exemplum *confictorum*, (ſive per ipſum Auguſtum, ſive per ipſius, Tiberiive, adulatores) *Oraculorum*; quaſi non libidine ulla; ſed Divino monitu ad ſe traduxerit Liviam, licet ex alio gravidam. Quod exemplum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

igitur cæteris à me ſuperius adductis addendum. Cæterum de Auguſto reverâ fuiſſe confiƈta, (adeoque hiſtoriam de eo poſt mortem Oracula fundente, quam ſolus, quod ſciam tradit Prudentius, eſſe veram) adhuc minus mirabuntur, qui præter hiſtorias de Hephæſtione atque Antinoo, meminerunt diƈtorum Oraculi iſtius Politici, Cornelii Taciti dico, *Tiberii Tempora adeo infeƈta & adulatione ſordida fuiſſe*, &c. *Ut illum, qui libertatem publicam nollet, tam projeƈtæ ſervientium patientiæ tæderet:* Quique apud eundem hunc Tacitum legerunt Cretenſes Aſylon petiiſſe *Simulachro Divi Auguſti: Juliamque Marcelli effigiem* DIVO AUGUSTO dicaſſe. Ut & in Strabonis lib. 14. hunc ipſum Auguſtum *Venerem emergentem* (de qua ibi Strabo loquitur) DIVO CÆSARI *conſecraſſe ac dedicaſſe:* Videruntque apud Gruterum Theſauri, pag. 228. in Inſcriptione quæ ibi numero ſeptima eſt,

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΙ. ΚΑΙΣΑΡΙ. ΘΕΩ. ΣΕΒΑΣΤΩΙ
ΘΕΟΥ. ΥΙΩΙ.

Ac quidni Imperatores Romani, (præſertim vero Auguſtus ille) poſt mortem in Deorum numerum intruſi, redderent petentibus reſponſa; cum & Hephæſtion ille plus quam Amicus Alexandri; & Antinous, Catamitus ille, Hadriano id ſic volente, reddidiſſe poſt mortem Oracula perhibeantur?

Potuiſſentne Principes hi, atque hiſce ſimiles alii, majores dare occaſiones aliquas naſutioribus contemnendi atque irridendi cuncta in univerſum Oracula, quam per hujuſmodi exempla ab ipſis propoſita; quibus ſane tota res illa deriſui proſtituebatur? Nam quibus *aliquid* ſaltem *ſaliebat læva ſub parte mamillæ*, facillimè odorabantur id quod res erat; ſimiliaque cogitare debebant de Trophonii, Amphiarai, Amphilochi,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

philochi, Orphei, cæteriſque omnibus, ſive Apollinis, ſive Latonæ, ſive Serapis, ſive aliorum ſexcentorum pœne Deorum Heroumve Oraculis: atque adeo maximo cum contemptu ridere, ac ſugillare quotquot ubique terrarum conſtituta eſſent χρηστήρια. Habebant Reges ac Principes cauſas ſuas ſæpe Politicas, ob quas χρηστήρια, μαντεῖα, aut Templa Fatidica, conſtituerent, eorumque Prophetas, aut Antiſtites Reſponſa quaſi Divina reddere curarent. Sæpius ipſi Sacerdotes per præcedentia conficta à ſe miracula (ut honorem ac quæſtum inde adipiſcerentur) talia excitabant.

Quominus vero ipſorum circa hæc prætenſa Deorum Oracula fraudes atque impoſturæ detegerentur, initiationes quoque ac Myſteria iis adjungebant; quibus hominum mentes aut ſuperſtitione attonitas & occœcatas redderent, aut conſcientias ipſorum ſibi obſtrictas (qui præcipuus ſcopus erat) tenerent. Nam ſumma ſilentia initiatis injungebantur, ſub pœnis graviſſimis hic & poſt mortem perpetiendis: Confeſſionesque omnium, quæ aut fanda aut nefanda unquam in vita perpetraverant, ab ipſis exigebantur. Ut ſic ipſorum conſcientiis obligatis, ſemper verſarentur in metu ac timore, ne ſi aliquid enuntiarent, illi, qui ſuorum flagitiorum erant conſcii, id propalarent, ſuiſque ita inſultarent capitibus, atque in ſumma, ſive apud Magiſtratus, ſive alios, perducerent vitæ pericula.

Lepida hac occaſione mihi incidit hiſtoriola quam huc apponere operæ pretium duco. Habetur ea apud Plutarchum, in Apophthegmatibus Laconicis:

Ἀνταλκίδας ἐν Σαμοθράκῃ μυούμενος, ἐρωτηθεὶς ὑπὸ ἱερέως τί δεινότερον δέδρακεν ἐν τῷ βίῳ, Εἴ τι μοὶ πέπρακται τοιοῦτον, εἰδέτωσαν (εἶπεν) αὐτοὶ οἱ θεοί.

Antalcidas in Samothrace quum initiaretur Sacris, quærenti Sacrificulo, ecquid in vita flagitii perpetraſſet: ſi quid, ait, tale egi, norunt ipſi Dii.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Addamus huic & alteram ex eodem Plutarcho: Λάκωνα τινά τις μυσταγωγῶν ἠρώτα τί πρᾶξας ἑαυτῷ σύνοιδεν ἀσεβέστατον ὁ δὲ, Γινώσκουσιν οἱ θεοὶ, ἔφη· ἐπικειμένῳ δὲ μᾶλλον, καὶ λέγοντι, Πάντως σε δεῖ εἰπεῖν· ὁ Λάκων ἀντηρώτησε, Τίνι με δεῖ εἰπεῖν; σοὶ ἢ τῷ θεῷ; Ἐγὼ γὰρ εἰπόντι, τῷ θεῷ· Σὺ τοίνυν (ἔφη) ἀπο-χώρησον. *Laconem quidam sacris initians, dicere jubebat cujus maximè sceleris sibi ipsi conscius esset, Respondit Laco, Dis id notum esse: instantemque & omnino profitendum esse dicentem, interrogavit. Cui ergo id indicandum est, tibi an Deo? quum responderet, Deo; Tu ergo, inquit, interim recede.*

Solemnitates, autem, mysteria atque initiationes suas habebant etiam Oracula; quod de Delphico ex Plutarcho notum est. Ita enim ille in Quæstionibus Græcis:

Delphi tres deinceps nono quoquo anno agunt solemnitates, Septerium, Heroida, Charilam. Septerium imitationem habet pugnæ Apollinis cum Pythone, & à pugna fugæ Dei ad Tempe, aut persecutionis. Alii enim fugisse eum ferunt, quod peracta cæde opus expiatione haberet: alii Pythonem saucium & fugientem viâ quæ nunc sacra dicitur, quum insequeretur, supervenisse ei recens è vulnere mortuo, & funerato à filio, cujus nomen Æx, id est capra, perhibent. Septerium ergo harum aut similium rerum imitatio est. Heroidis pleraque fabulosam habent rationem, THYADIBUS *notam: ex iis quæ aguntur, liquidò quis extitationem Semeles conjiciat repræsentari. De Charila hæc traditur fabula, &c.* Græca verba sunt:

Τρεῖς ἄγουσι Δελφοὶ ἐννεατηρίδας κατ' ὀξύς, ὧν τὴν μὲν, Σεπτήριον καλοῦσι, τὴν δ' Ἡρωΐδα, τὴν δὲ Χαρίλαν. τὸ μὲν οὖν Σεπτήριον ἔοικε μίμημα εἶναι τῆς πρὸς τὸν Πύθωνα τοῦ θεοῦ μάχης καὶ τῆς μετὰ τὴν μάχην ἀπὸ τὰ Τέμπη φυγῆς καὶ ἐκδιώξεως. οἱ μὲν οὖν φυ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

φυγεῖν ὅτι τῷ φόνῳ φασὶ χρήζοντα καθαρσίων, οἱ δὲ τῷ Πυθωνι τετρωμένῳ ὑπὸ Φλεγύου, κατ' ὀδὸν ἰὼν νεῳ ἱερὸν καλύβην, ἐπεκελεύσθη ἐᾶν, καὶ μικρὸν ἀπολαύσαι τῆς τελευτῆς. κατέλαβε γὰρ αὐτὸν ἐκ τοῦ τραύματος ἄρτι τεθνηκότα, κεκρυμμένον ὑπὸ τὸ παιδὸς ᾧ ὄνομα ἦν Αἴξ, ὡς λέγεται. τὸ μὲν δὴ Σεπτήριον, τούτων ἢ τινῶν ἀπομίμησίς ἐστιν ἑτέρων. τῆς δὲ Ἡρωΐδος τὸ πλεῖστον μυθικὸν ἔχει λόγον, ὃν ἴσασιν αἱ γυάδες, ἐκ δὲ τῶν δρωμένων φανερὰς Σεμέλης ἄν τις ἀναγάγοι εἰκάσειε. περὶ δὲ τῆς Χαλκίδος τοιαῦτά τινα μυθολογοῦσι, &c.

In Dialogo suo de Oraculorum defectu: *Enimverò ea, inquit, quæ ad hoc Oraculum pertinent, quibus hæc civitas ad Tempe usque progressa, omnes ultra Pylas modò Græcos initiavit. Nam & tabernaculum quod in area excitatur nono quoquo anno, non est latebrosum draconis cubile, sed tyrannicæ aut regiæ arcis simulachrum: & tacita in tabernaculum per Doloniam, ut vocant, irruptio, mox pueri patrimi ac matrimi cum ardentibus thedis inductio, & tabernaculi succensio, eversioque mensæ, & celerrima nunquam retro respicientium & per fani fores se proripientium fuga, postremò pueri errores & servitus, ejusque ad Tempe expiatio, magni cujusdam sceleris & facinoris suspicione non carent*, &c.

Τούτοις (ἔφη) τοῖς περὶ τὸ χρηστήριον, οἷς ἄρτι τὰς ἔξω Πυλῶν πάντας Ἕλληνας ἡ πόλις καθηγιάζουσι μέχρι Τεμπῶν ἐλήλακεν, ἥ τε γὰρ ἱστορία καλιὰς ἐντεῦθα περὶ τοὺς ἄλω δι' ἐνέα ἐτῶν, ἃ φωλεάδης ἔχιδνα δράκοντος κοιτὰ, ἀλλὰ μίμημα τυραννικῆς ἢ βασιλικῆς ἐστιν οἰκήσεως· ἥ τε μυστικὴ ἐπ' αὐτοῦ Διὸς τὸ ἐνομαζομένης Δωδωνείας ἔφοδος, μὴ αἰόλα ἢ τὰ ἀμφιλαλῆ κόρου ἠμμένους δαδὶν ἄγουσι, καὶ περισβάλλοντες τὸ πῦρ τῇ καλιάδι, καὶ τοὺ τράπεζαν ἀνατρέψαντες ἀνεπιστρεπτὶ φεύγουσι διὰ τῶν θυρῶν ἔξω ἱερόν· καὶ τελευταῖον αἵ τε πλάναι καὶ ἡ λατρεία τοῦ παιδὸς, οἵ τε γινόμενοι περὶ τὸ Τέμπη καθαρμοὶ, μεγάλης τινὸς ἄγους καὶ τολμήματος ὑποψίαν ἔχουσι.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Ac paulò inferiùs : *Quum ista Cleombrotus dissèruisset, Heracleon, Nemo hìc, inquit, superstes adest* EX PROFANIS NEC INITIATIS, &c. Græca, quæ uti ubique, ita hic majorem emphasin habent, sonant:

Ταῦτα τὸ Κλεομβρότου διελθόντος, ὁ Ἡρακλέων, οὐδεὶς μὰ (ἔφη) τὸν βεβήλων ἐν ἀμυήτων ἢ περὶ θεῶν δόξας ἀπηγορευκότας ἡμῖν ἐχόντων παρεσιν.

Collocutores hi, quod notandum, à Plutarcho ponuntur consedisse ad Templum Delphicum, atque inter sese ibi de Oraculorum auctoribus eorumque defectu disseruisse. Quæ ex hisce videmus est, omnes circumjacentes populos mysteriis Delphicis fuisse initiatos, ac per id ipsorum conscientias Antistitibus Delphicis fuisse obstrictas : ita ut Arcana hujus Oraculi, si quæ essent præter mysteria, quorum Epoptæ erant, minimè ipsis licuerit aliis enuntiare. Quod maxime è re erat horum Prophetarum atque Antistitum. cui adde, (ut jam superius notatum est) quod & incolæ & eorum circumjacentes vicini, inde vitam lucrosam agerent ac jucundam. Dum igitur sic duplici modo hisce Antistitibus obstricti essent : nullum periculum erat, ipsos aliquid horum propalaturos : aut si quis ita impius inveniretur, omni vi ac conatu ipsum ut Nefarium & Atheum persequebantur : diriſque devovebant. Neque fides ulla talibus devotis ac sacris, omninoque, communi opinione, sceleſtis atque Atheis, quibusque nihil Sacrosancti haberetur; quique adeo omni vi ac conatu essent exterminandi summisque suppliciis plectendi, à superstitiosa multitudine, habebatur. Ita ut ab omni parte sic satis securi essent præstigiarum atque impostrarum harum auctores & actores. Hoc quoque initiationis prætextu, removebant omnes Epicureos, talesque alios homines, à quibus sibi cum ratione metuere debebant, ne, (præsertim si alicujus auctoritatis atque existimationis inter alios essent) detegerent ipsorum artes ac frau-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

fraudes ; eaſque ita aliis in ipſorum dedecus ac damnum divulgarent.

Hujuſmodi inventa quoque bene imitatus fuerat Alexander ille Pſeudomantis ; de quo plura ſuperius ex Luciano adduximus : qui Lucianus & hæc de ipſo narrat : Τελετὴν τε γάρ τινα συνίστησι, καὶ διδαχίας, καὶ ἱεροφαντίας, τριῶν ἑξῆς ἀεὶ πολυμιλίων ἡμερῶν. καὶ ἐν μὲν τῇ πρώτῃ, προῤῥησις ἦν ὥσπερ Ἀθήνησι, τοιαύτη. εἴ τις ἄθεος ἢ Χριστιανὸς, ἢ Ἐπικούρειος ἥκοι κατάσκοπος τῶν ὀργίων, φευγέτω, οἱ δὲ πιστεύοντες τῷ θεῷ, τελείαν εὐχὴν τῇ ἀγαθῇ. εἶτ' αὖθις ἐν ἀρχῇ ἐξέλασις ἐγίνετο. καὶ ὁ μὲν ἡγεῖτο λέγων, ἔξω Χριστιανός. ὁ δὲ πᾶς ὅλος ἄπαν ἐπεφθέγγετο, ἔξω Ἐπικούρειοι.

Nam & initiationes quaſdam inſtituerat, tædarum per manus tradendarum geſtationes, & ſacrorum cæremonias, quæ quidem tribus ex ordine diebus continenter peragerentur. Ac primò quidem die Athenienſium ritu, denuntiatio fiebat hujuſmodi. Si quis impius, aut Chriſtianus, aut Epicureus Myſteriorum explorator acceſſit, diſcedat. Sed qui Deo credunt, ſaliciter initientur. Sub hæc protinus exigebantur, illo præeunte ac dicente, Foras pellantur Chriſtiani. Tum multitudo acclamabat univerſa, Foras pellantur Epicurei, &c.

Neque immerito eos abigebat : hi enim ipſi maximè inſidiabantur, ac fraudes ipſius detegere cunctis hominibus ſatagebant, uti patet ex ſequentibus : Ἐπεὶ δὲ πολλοὶ τὸν νοῦν ἐχόντων, ὥσπερ καὶ ἐκ μέσης βυθείας ἀναφέροντες, σωίζεσθαι ἐπ' αὐτὸν, καὶ μάλιστα ὅσοι Ἐπικούρου ἑταῖροι ἦσαν, ἃ ἐν ταῖς πόλεσιν ἐπεφώρατο ῥήματα ἢ πάσαι μαγγανεία, καὶ συσκιὴ τὰ δεσμωτήρια, ἐκφέρει φόβητρον τι ἐπ' αὐτὰς, λέγων, ἀθέων ἐμπεπλῆσθαι, καὶ Χριστιανῶν τὸν πόλον, οἳ καὶ αὐτοῦ τολμῶσι τὰ κάκιστα βλασφημεῖν. ὃς ἐκέλευε λίθοις ἐλαύνειν, εἴγε ἐθέλουσιν ἵλεω ἔχειν τὸν θεόν.

Verum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Verum ubi jam plerique prudentes homines velut ex alta ebrietate emergentes, in ipsum conspirassent, maxime Epicuri sectatores: & in urbibus omnis præstigiatura, fictusque fabulæ apparatus deprehenderetur, quendam ipsis terrorem incutere voluit, dicens impiis & Christianis impleri Pontum: à quibus audacter maledictis pessimis impeteretur. Quos jussit lapidibus expellerent, si Deum habere propitium vellent.

Sic & Juliani tempore fictitius ille Apollo Daphnæus (interrogatus de causa silentii) respondebat, *se nulla posse dare Oracula propter mortuos* (inter quos erat Babylas Martyr) *circa eum locum sepultos.* Scilicet Christiani, quibus repleta erat Antiochia, aliique ejusdem religionis aliunde advenientes, visitabant quotidie sepulchra Martyrum, atque inprimis quidem Babylæ. Sub quo prætextu, dum loca illa ita frequentarent, cum subreperent etiam huic Oraculo, oculisque emissitiis omnia perlustrarent, ut sic detegerent impostura ac præstigias ibi exercitas, neque id ferrent ea tempora, ut vi expellere eos inde possent Antistites; illi sub prætextu à mortuis purgandi locum Dîs sacratum, cum Babyla aliisque, Christianos inde removere nitebantur.

Nihil enim magis aut citius detegere valebat Antistitum ejusmodi impostura, quam continuus concursus publicæque Panegyres, ob ludos aut festa publica ibi celebranda: si quarumcunque sectarum Philosophis, eorumve sequacibus ad illa pateret accessus. Atque hinc est proculdubio, quod Oraculum Jovis Olympii, quod Herodoti tempore adhuc responsa reddebat, Strabonis tempore, ac forsan diu admodum, ante ipsius ætatem, altum teneret silentium.

Si vero & ulterius consideremus veras ac genuinas causas, cur tandem in totum desierint cuncta ubique terrarum Oracula, inveniemus, puto, eas fuisse hasce sequentes. 1. Mendacia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

dacia eorum frequentia ; ac nulli, aut contrarii planè, prædictis eventus. 2. Corrupti pecuniâ aliisque Antistites, eorumque impostura ac scelera, ex talibus causis commissa manifestata. 3. Fraudes ac fallaciæ, artesque per Antra, Machinas & cætera præstigiarum instrumenta perpetrata, tandemque à Consultoribus aliisve detecta. 4. Adulteria quandoque & ejusmodi plura crimina horrenda, quibus sub prætextu Religionis ac pietatis, illudebant superstitiosis fœminis eorumque credulis maritis, à Prophetis Antistitibusque perpetrata. Cujus exemplum dedimus in Tyranno Saturni Sacerdote : ac cujusmodi est quod narrat lib. 18. Antiquitatum Judaicarum Fl. Josephus. 5. Philosophi, Peripatetici scilicet & Cynici aliique; atque inprimis Epicurei : qui omnem movebant quandoque lapidem ut hosce impostores pudefacerent. 6. Christiani, eorumque religio quocunque terrarum se diffundens. Qui homines, pio Zelo contra Idololatriam, non tantum, ubi poterant, Templa tam fatidica quam cætera demoliebantur: verum & cuncta Ethnicorum Mysteria detegebant, atque inde propalabant ; Irrisuique & ludibrio communi mundo exponebant ; atque ea de causa omnia adyta explorabant, ac si quid obscura ista templorum Oraculorumque operta occultarent, curatius in lucem palam protrahebant. Et hæc quidem præcipua causa fuit, atque ea ob quam in æternam ruinam interitumque paulatim delapsa sint.

Hisce 7. addi possent Jocularia illa ac verè ridenda, atque etiam alias frivola admodum, responsa nonnumquam per Prophetas Consultoribus data; si modo omnia illa, quæ ejusmodi naturæ proferuntur reverâ data sint (nam plurima talia fuisse conficta partim ex præcedentibus clarum est, partim ex aliis facillimè ostendi posset) inter quæ merito ponitur id quod affert Athenæus lib. 5. Nempe, *cum aliquis interrogasset: Quo pacto dives fiam, ô Jovis ac Latonæ fili? Ora-*

culum ludificans respondit : Si quod inter Sicyonem & Corinthum est possideas.

Adde huic & illud, quod secundum alios, Ægiensibus, secundum alios iterum, Megarensibus redditum fuit, uti volunt. Suidas, in ὑμεῖς, de eo ita loquitur:

Ὑμεῖς ὦ Μεγαρεῖς, οὔτε τρίτοι, οὔτε τέταρτοι.

Χρησμὸς κεμμάτιόν ἐστι παροιμιαζόμενον ἐπὶ τῶν.

Ἵππον Θεσσαλικὴν, Λακεδαιμονίην τε γυναῖκα·
Ἄνδρας δ' οἱ πίνουσιν ὕδωρ καλῆς Ἀρεθούσης·
Ἀλλ' ἔτι, ἐ τ' εἰσιν ἀμείνονες, οἵτε μεσηὺ
Τίρυνθ' ναίουσι καὶ Ἀρκαδίης πολυμήλου
Ἀργεῖοι λινοθώρηκες κέντρα πολέμοιο.
Ὑμεῖς δ' Αἰγινῆται οὔτε τρίτοι, οὔτε τέταρτοι,
Οὐτε δυωδέκατοι, ὅτ', ἐν λόγῳ, ὅτ' ἐν ἀριθμῷ.

Ἱστρεῖ δὲ Μυασέας, ὅτι Αἰγιεῖς οἱ ἐν Ἀχαΐᾳ καταναυμαχήσαντες Αἰτωλοὺς, καὶ λαβόντες πεντηκόντορον αὐτῶν δεκάτῳ Πυθοῖ ἀναθέντες, ἠρώτων τίνες εἶεν κρείττους τῶν Ἑλλήνων. ἡ δὲ Πυθία, ἔλεγεν αὐτοῖς τοὺς Φωκέας. καὶ Ἴων δὲ Αἰγιεῦσι δοθῆναι τὸν χρησμὸν ἱστορεῖ. τινὲς δὲ οἴονται τοῖς Μεγαρεῦσιν εἰρῆσθαι αὐτὸν, καὶ σοφίζονται, Ὑμεῖς δ' ὦ Μεγαρεῖς, οὔτε τρίτοι, οὔτε τέταρτοι. ὡς καὶ Καλλίμαχος ἐν τοῖς ἐπιγραμμαλίοις, Τῆς δὲ παλαίνης Νύμφης ὡς Μεγαρέων, ὁ λόγος οὐδ' ἀριθμός.

Vos ô Megarenses neque tertii neque quarti, frustulum est Oraculi quod cessit in proverbium, hoc modo:

Equam Thessalicam, & fœminam Lacedæmoniensem,
Viros qui bibunt aquam formosæ Arethusæ:
Sed istis etiam adhuc meliores sunt, qui meditullium
Tirynthis habitant & Arcadiæ ovibus abundantis
Argivi lineis induti thoracibus, . . . stimuli belli.

Vos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Vos verero Æginetæ neque tertii, neque quarti,
Neque duodecimi, neque in ulla ratione aut numero.

Narrat Mnaseas, Æginetas, qui in Achaia habitant, quum navali prælio devicissent Ætolos, ac navem quinque remorum cæpissent, decimas obtulisse Pythoni, atque interrogasse, quinam optimi essent Græcorum; At Pythia ipsis respondebat ea quæ modo allata sunt. Etiam Ion narrat Æginetis datum fuisse hoc Oraculum. Nonnulli tamen existimant Megarensibus pronuntiatum, ac proferunt:

Vos vero, ô Megarenses, neque tertii, neque quarti.
Ut etiam Callimachus in Epigrammatibus suis;
—— Miseræ vero
Nymphæ, veluti Megarensium, neque ratio [ulla] neque numerus.

At Scholiastes Theocriti id Megarensibus non solum attribuit, sed & auctius (cum Ttetze) producit, præmittendo versum sequentem:

Γαίης μὴν πάσης τὸ Πελασγικὸν Ἄργος ἄμεινον.

Post quem tum versus Ἵπποι Θρηϊκίαι, &c. sequuntur, quod narrat ex auctoritate Diniæ scriptoris: cui adstipulantur & Callimachus (uti ex Suida vidimus) & Theocritus in Idyllio 14.

Ἄμμες δ' ὅτι λόγῳ τινὸς ἄξιοι, ὅττ' ἀριθμητοὶ
Δύσσενοι Μεγαρῆες, ἀτιμοτάτᾳ ἐνὶ μοίρᾳ.

Plutarchus vero, (Symposiacorum Problematum libro v.) quibus horum amborum hæc adscribenda essent, dubitare videtur; dum ita loquitur: Τῶν δὲ Δημοκηλείων (ἔφη) σιδώ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

λων, ὥσπερ Αἰγινέων ἢ Μεγαρέων, ἀριθμὸς ἁδεὶς ἁδὲ λόγος. *Non ullo magis (inquit) Democriti imagines ſive ſpectra habenda ſunt in numero aut ratione; quam Æginetæ aut Megarenſes.* Niſi quis velit Plutarchum per hæc verba illud adagium, vel fabulam unde adagium traxit originem ſuam, ambobus attribuiſſe. Quod adhuc longe magis fabulæ fidem elevat.

Porrò, idem fatum fuit hujus Oraculi cum illo de *Puero Hebræo*, (de quo in ſecunda mea Diſſertatione) cunctis id aliter quam alii legentibus. Ubi enim verbi gratia, Euſebius habet ἅδας, Scholiaſtes Theocriti, ut & alii, habent Ἄργος. Ubi Euſebius Θρήϊκιαι, Tzetzes Θεσσαλικαί. Athenæus & alii: Ἵππον Θεσσαλικόν: atque eodem, modo ferè differunt in cæteris. Verum, dicat forſan aliquis, ergo nec majoris mihi ponderis erit; utpote æque quam iſtud ab aliquo confictum. Nil repugno. Sive enim hujuſmodi jocularia Oracula fuerint data per Antiſtites, ſive non data, res eodem recidit: Oracula ſcilicet per talia quam maximè facta fuiſſe ſuſpecta.

Si autem revera data ſunt, per talia occaſionem dabant hominibus Philoſophis, ipſis irridendi. Unde exemplum non inelegans habemus apud Philoſtratum lib. I. de vitis Sophiſtarum, in Polemone: Ἥκων ἦ εἰς τὸ Πέργαμον, ὅτε ἦ τὰ ἄρθρα ἐνόσει, καπέδαρθε μὲν ἐν τῷ ἱερῷ ὑπισχνοῦντος ἦ αὐτῷ ἔ Ἀσκληπιὸς ἢ προσιόντος ἀπέχεσθαι ψυχροῦ πότου· ὁ Πολέμων, βέλτιστε, εἰπεῖν, εἰ ἦ βοῦν ἐθεράπευες.

Et profectus Pergamum, cum articulari morbo ægrotaret, obdormiit in Templo [*Æſculapii.*] *cum autem Æſculapius ei appareret atque admoneret, ut à frigido potu abſtineret; Optime,* [*Deorum ſcilicet*] *Polemo, inquit, quid ſi bovem curares?*

Cum autem & *Oracula* [μαντεῖα] & *Batides*, & reliqui gene-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

generis *Prophetæ* atque *Harioli*, *Augures*, *Haruſpices*, *Somniorum interpretes*, eorumque fallaciæ, ſapientioribus tam benè eſſent perſpectæ; non verebantur eos Comici, cum maximo ſpectatorum riſu, traducere in theatris ſuis. Cujus rei non unum exſtat exemplum apud Ariſtophanem. Cujusque illa quæ habet in εἰρήνῃ, ut heic apponantur Lectori, non ingrata fore mihi confido. Sunt autem ſequentia:

Τρ. Ταυτὶ δέδρακας. πίθεσο τῶν μερῶν λαβών.
Ἐγὼ δ' ὑπὸ πλαγχνί' εἰμι καὶ θυλήματα.
Τρ. Ἐμοὶ μελήσει ταῦτα γ'. ἀλλ' ἥκειν ἐχρῆν
Τρ. Ἰδοὺ πάρειμι, μῶν ὑπισχεῖν σοι δοκῶ;
Τρ. Ὅπλα καλῶς νυὶ ταῦτα. καὶ γὰρ ἀτρεκὴ
Προσέρχεται δάφνη τις ἐστεφανωμένος.
Τὶς ἄρα πότ' ἐστίν; Τρ. ὡς ἀλαζὼν φαίνεται.
Μάντις τίς ἐστιν. Τρ. ἦ μὰ Δί. ἀλλ' Ἱεροκλέης.
Τρ. Ἀνθέσθε πᾶν θ' ὁ χρησμολόγος ἥξει ὥρᾳ.
Τί πὶ ἄρα λέξει; Τρ. δῆλος ἐθ' ἕξει γ' ὅτι
Ἐναιλιώσεται ἢ ταῖς Διαλλαγαῖς.
Τρ. Οὐκ ἀλλὰ κῆρυξ τὶν κνίσαν εἰσελήλυθεν.
Τρ. Μὴ νυῶ ὀρᾶν δοκῶμεν αὐτὸν. Τρ. δὶ λέγεις.
Τίς ἡ θυσία ποθ' αὕτη; Τρ. τῷ θεᾷν;
Τρ. Ὅπλα σὺ σιγῇ, καὶπαγ' ἀπὸ τ' ὀσφύος.
Τρ. Ὅτῳ γ' ἢ θυέτ' ἐ φεύξεθ'; Τρ. ἡ κέρκος ποιεῖ
Καλῶς. Τρ. καλῶς δητ' ὦ πότνι εἰρήνη φίλη.
Τρ. Ἄγε νυῶ ἀπάρχου. καῖα δὶς τὰ πρόγματα.
Τρ. Ὀπτᾶν ἄμεινον πρῶτον. Τρ. ἀλλὰ ταυταγί
Ἥδε ἐστὶν ὀπτά. Τρ. πολλὰ πρόπεις ὅσις εἶ.
Καθάπτεσθε. πᾶ τράπεζα; τὶν ἀτονδὶ φέρε.
Τρ. Ἡ γλῶττα χωρὶς τέμνεται. Τρ. μεμνήμεθα.
Τρ. Ἀλλ' οἶσθ' ὃ δρᾶσον; Τρ. ἦν φράσῃς. Τρ. μὴ Διαλέγου
Νᾷν μηδέν. εἰρήνη γὰρ ἱερὰ θύομεν.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

ιε. Ὦ μέλεοι ϑηβαῖ ϛ νήπιοι. τρ. ἐς κεφαλάς σοι.
ιε. Οἵπινες ἀφραδίῃσι ϑεῶν νόον οὐκ ἀΐοντες
Συνθήκας πεποίηϑ' ἄνδρες χαρόπισι πτήκοις.
ϑε. Αἰβοῖ αἰβοῖ τρ τὰ γελᾶς. ϑε. ἤϑελω χαρόπισι πτήκοις.
ιε. Καὶ κέπφοι τρήρωνες, ἀλωπεκιδεῦσι πίπειϑε.
Ὧν δόλια ψυχαί, δόλιαι φρένες. τρ. εἴϑε σε εἶναι
Ὤφελεν ὦ ἁλζὼν ἑτῶσι ϑερμὸς ὁ πλάμων.
ιε Εἰ γὰρ μὴ νύμφαις ϑεαὶ βάκιν ἐξαπάτασκον
Μὴ δὲ βάκις ϑνητάς, μήδ' ὦ νύμφαι βάκιν ὠΐδεν,
πρ. Ἐξώλης ἀπόλοι εἰ μὴ παύσαιο βακίζων.
ιε. Οὕπω ϑέσφατον ἦν εἰρήνης δέσμ' ἀναλῦσαι·
Ἀλλὰ τότε πρῶτον τρ τοῖς ἁλσίγε παρέα παλεῖ.
ιε. Ὁ γὰρ πω τᾶτ' ἐστι φίλον μακάρεσι ϑεοῖσιν
φυλόπδ ληξαι, πρίν κεν λύκ οἶν ὑμεναιοῖ.
Ὡς ἡ σφονδύλη φεύγουσα πονηρόταν βδεῖ·
Χ' ἡ κώδων ἀκαλανθὶς ἐπειγομένη τυφλὰ πάλῃ
Τραχάκις ἄπω λεχὴν τὼ εἰρήνω πεπιηάζ.
πρ. Ἀλλὰ τί λεχὴν ἡμᾶς; ἃ παύσαις πολεμῆνας;
Ἢ Δαναωνιάσιν, πότεροι κλαυσόμεθα μείζω;
Ἐξὸν ἀπειπομένοις κοινῇ τ Ἑλλάδ ἄρχειν.
ιε Οὔποτε ποιήσεις τ καρκίνον ὀρθὰ βαδίζειν
πρ. Οὔποτε δειπνήσεις ἔπι ξ λοιπᾶ γ' ἐν πρυτανείῳ
Οὐδ' ἅπι τῷ πραχθέντι ποιήσεις ὕστερον ἐδέν.
ιε. Οὐδέποϑ' ἂν ϑείης λεῖον τ τραχὺν ἐχῖνον.
πρ. Ἆρα φενακίζων πότ' Ἀθηναίους ἔπι παύσῃ;
ιε Ποῖον γὰ κ χρησμὸν σκαίσαιτε μῆρα ϑεοῖσιν;
πρ. Ὥσπερ κάλλιστον δή πε πεποίηκεν Ὅμηρ.
Ὃς οἱ μὲν νέφ ἐχθρὸν ἀπωσάμενοι πολέμοιο.
Εἰρήνῃ εἵλοντ. καὶ ἱδρύσαντ' ἱερεύῳ.
Λυκάρ ἐπεὶ κ μῆρ' σκάψῃ, κ σωλάγχν' ἐπάσαντ,
Ἐσπενδον δεπάεσιν. ἐγὼ δ' ὁδὸν ἡγεμόνευον.
Χρησμολόγῳ δ' ἀδεὶς ἐδίδ κώθωνα φαεινόν.

ιε. Οὐ

ιε. Οὐ μετέχω τούτων. ὁ γὼ ταῦτ' εἶπε Σίβυλλα.
τρ. Ἀλλ' ὁ σοφός τοι νὴ Δι' Ὁμηρος, δεξιὸν εἶπεν.
Ἀφρήτωρ, ἀθέμιστος, ἀνέστιός ἐστιν ἑκεῖνος,
Ὃς πολέμου ἔραται ἀπιδημίου ὀκρυόεντος.
ιε. Φοβέζεο δή. μή πώς σε δόλῳ φρένας ἐξαπατήσας
Ἰκτῖνος μάρψῃ. τρ. τοῦτ' μόνον τοι σὺ φυλάσσου.
Ὡς ἔστ' φοβερὸς τοῖς σπλάγχνοις ἐστὶν ὁ λιμός.
Ἔγχει δὴ σπονδήν. ἓ τ' σπλάγχνων φέρε δεῦρο.
ιε. Ἀλλ' εἰ ταῦτα δοκεῖ, κἀγὼ μαντῷ βαλανοῦσω.
τρ. Σπονδή. σπονδή.
ιε. Ἔγχει δὴ κάμοί, καὶ σπλάγχνων μοῖραν ὄρεξον.
τρ. Ἀλλ' ἅπω τοῦτ' ἐστὶ φίλον μακάρεσσι θεοῖσιν.
Ἀλλὰ πόδε σφέτερον σπένδειν ἡμᾶς. σὲ δ' ἀπελθεῖν.
Ὦ ποτνὶ εἰρήνη, σοῦ δαμένου τ' βίον ἡμῖν.
ιε. Πρόσφερε τοῦ γλῶσσαν. τρ σὺ δ' τοῦ σαυτοῦ γ' ἀπένεγκε.
ιε. Σπονδή. τρ. καὶ ταυτὶ μὴ σπονδῆς λαβὲ δεῦτον.
ιε. Οὐδείς δώσει μοι τ' σπλάγχνων; τρ. ὁ γὼ οἷόν τε
Ἡμῖν πελὸν διδόναι πελὸν κ' λύκος οἷν ὑμνωιοῖ.
ιε. Ναὶ πρὸς τ' γονάτων. τρ. ἄλλως ὦ τὰν ἱκετεύεις.
Οὐ γὰρ ποιήσεις λεῖον τ' τραχὺ ἐχῖνον.
Ἄγε δὴ θεατὴ δοῦρο συσπλαγχνεύεται,
Μεθ' νῶν. ιε. τί δ' ἔγωγε; τρ. τοῦ Σίβυλλαν ἔσθιε.
ιε. Οὔτοι μὰ τοῦ γῆν ταῦτα κατέδεσθον μόνω.
Ἀλλ' ἁρπάσομαι σφῶν αὐτά. κεῖτω δ' ἐν μέσῳ.
τρ. Παῖε, παῖε τ' βάκιν. ιε. μαρτύρομαι
τρ. Κἀγώγ' ὅτι τέυθης εἰ καλαζὼν ἀνήρ.
Παῖ' αὐτὸν ἐπέχων τῷ ξύλῳ τ' ἀλαζόνα
θε. Σὺ μὰν δῆν. ἐγὼ γὰ τοῦτι τ' κωδίων
Ἃ λάμβαν' αὐτὸς ἐξαπατῶν ἐκβολιῶ.
Οὐκ καταβαλεῖς τὰ κώδι' ὦ θυηπόλε;
ιε. Ἥκουσας ὁ κόραξ οἷος ἦλθ' ἐξ ὠρεῦ;
θε. Οὐκ ἀποπετήσῃ ταῦτον εἰς ἐλύμνιον.

Fa.] Hæc

Fa.] *Hæc ſunt peracta : crura jam curans cape :*
Nam viſo ad exta, diiſque polluctum paro.
Tr.] *Curabitur : ſed ventum opportuit ſtatim.*
Fa.] *Mox venio & adſum : num ſtrigans videor tibi?*
Tr.] *Nunc illa rite aſſare cures. neſcio*
Quis iſte lauro qui coronatus venit.
Quis ille tandem eſt? Fa.] *quam videtur arrogans!*
Vatum puto eſſe. Tr.] *Non is eſt, ſed Hierocles.*
Fa.] *Sortilegus ille forſan eſt ex Oreo :*
Quid volt ſibi ergo? Tr.] *apparet infeſtum bonis*
Sentire contra ſancta pacis fœdera.
Fa.] *Minime: ſed illum nidor iſte perculit.*
Tr.] *Fingamus hunc nos non videre. Fa.*] *Rectè ais.*
Hi.] *Quæ ſacra ſunt hæc? cui Deo fit victima?*
Tr.] *Tu tacitus aſſans dimove à luſtralibus.*
Hi.] *Dicturin' eſtis cui literis? Tr.*] *En, bene eſt,*
De pene. Fa.] *Amica diva Pax multum bene!*
Hi.] *Nunc ergo polluce, atque proſicias dato.*
Tr.] *Inſtare præſtat arſui prius. Hi.*] *Sed hæc*
Satis aſſa. Fr.] *multa, quiſquis es, ſatagis nimis.*
Age proſecato. Ubi ara? Libamenta fer.
Hi.] *Linguam ſeorſim incidite. Tr.*] *memores mones.*
Hi.] *Scin quid tu agas? Fa.*] *Si dixeris. Tr.*] *Verbum cave*
Faxis modo unum : ſacra nam Paci damus.
Hi.] *O miſeros ſtultoſque homines. Tr.*] *hoc deprecor in te.*
Hi.] *Qui Divûm ignari mentis (ſocordia tanta eſt)*
Terrificis cum ſimiolis ſic fœdus initis.
Fa.] *Papæ! Tr.*] *Quid rides? Fa.*] *de ſimiolis metuendis.*
Hi.] *Volpibus atque leve voltis confidere mergi.*
Mens animi quibus alta dolis pectuſque. Tr.] *Utinam tu*

Tam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Tam caldo pulmone ſuas jactator inanis.
Hi.] *Namque Bacin Nymphæ niſi decepere docentes,*
Nec Bacis ipſe homines, ſi nec Nymphæ Bacin ipſum.
Tr.] *Dii te eradicent, niſi deſinis uſque Baciſſans.*
Hi.] *Nondum erat in fatis diſſolvi vincula Pacis,*
Hoc tamen inprimis. Tr.] decet hæc ſale ſpargere primùm.
Hi.] *Nondum etiam ut fiat bellorum miſſio amicum eſt*
Dius ſuperis: prius ante lupo quam nupſerit agna.
Ut malè olet fugiens & viſſit putida blatta,
Ut generat cæcos properans arguta acalanthis [canis:]
Tempora ſic nondum Pacis matura fuerunt.
Tr.] *Quid faceremus enim, non finem imponere bellis?*
An ſortiri utri noſtrum graviora dolerent?
Imperium in Græcos fœdus cum ſpondeat iſtud?
Hi.] *At nunquam rectâ efficies incedere cancrum.*
Tr.] *Non te poſtidea victus manet in Prytanéo:*
Nec facies poſthac, Bello quæ ſtante ſolebas.
Hi.] *Non facies unquam ut levis ſiet aſper echinus.*
Hi.] *Quo freti Oraclo, divorum incenditis aras?*
Tr.] *Quod vates faciens pulchrè reſpondit Homerus:*
Sic inimica illi bellorum nube fugata
Pacem acceperunt, & ſuppoſuere bidenti:
Ac tandem toſtis ſtrebulis, extiſque comeſis,
Libarunt pateras læti, præeunte viam me:
Sed nullum vati memini præbere culignam.
Hi.] *Hæc ego non capio, nec enim eſt effata Sibylla.*
Tr.] *Ac ſapiens quondam ritè hoc prædixit Homerus:*
Exſors ille domus, pauperque extorris & exlex
Quem bellum civile juvat crudele, nefandum.
Hi.] *Aſpice ſis ne quid per fraudem frauſus in extis*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Subripiat milvus. Tr.] *quin hæc tua cautio ſola eſt:*
Nempe iſtuc metuunt Oraclum viſcera. Verum
Infunde hic libamen, & exta hic providus infer.
Hi.] *Si placet hoc vobis, mihi ero meus ipſe miniſter.*
Tr.] *Liba, liba.*
Hi.] *Funde etiam nobis, extorum & porrice partem.*
Tr.] *At nondum ſuperis placet immortalibus iſtuc;*
Sed libare prius nos expedit: ipſe faceſſe.
O Dea Pax tecum da poſſe extendere vitam.
Hi.] *Cedo ſis linguam. Tr.*] *Ipſe tuam refer atque remitte.*
Hi.] *Libamen. Tr.*] *Sed & hæc citò cum libamine ſuone.*
Hi.] *Nemone exta mihi? Tr.*] *Nulla id ratione queamus,*
Ante lupus quam connubio ſibi junxerit agnam.
Hi.] *At ſuplex oro. Tr.*] *Fruſtra oras ſupplice voce:*
Non facias etenim ut levis ſiet aſper echinus.
Agite ergo qui ſpectatis huc adeſte vos,
Unà exta edemus. Hi.] *Nil ne ego? Tr.*] *Sibyllam ut lubet.*
Hi.] *Haud, Ecere, iſta ſoli edetis in ſimul:*
Sed rapiam & ipſe; quippe quæ in medio jacent.
Tr.] *Feri, feri Bacin. Hi.*] *Hominum teſtor fidem.*
Tr.] *At ego quod es lurco atque vanus arrogans.*
Fuſte arrogantem reprimens iſtum feri.
Fa.] *Potes quidem iſtuc: aſt ego hunc quas accipit*
Deceptor ille ebulbitabo pellibus.
Pelleſne haruſpex haſce admiſſurus es?
Hi.] *Audin' quis ille Corvus eſt ex Oreo?*
Fa.] *Non avolabit ocyus in Elymnium?*

An autem hoc ſequens Oraculum inter Jocularia ponendum ſit, an vero inter ea, quæ per Antiſtites pretio corruptos data fue-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

fuerunt, ipse judicet Lector. Sic autem Oenomaus apud Eusebium. Ἔπαθον ἢ κ οἱ Κνίδιοι τοῦτο πεφυκότες, Ἅρπαγα ἐπ' αὐτοὺς στρατεύσαντα. τὸ γὰρ Ἰσθμὸν τὸ αὐχένα διακόπτειν ἐπιχειροῦντες, καὶ τὴν πόλιν νησοποιεῖν, τὰ μὲν πρῶτα εὖ ἔργα εἴχοντα ἐπεὶ δ' αὐτοῖς [οὐκ, forsan & plura desunt] ἀπήντα ἡ ἐργασία, ἀπεγοργύοντες ἤδη ἐχρῶντο. σὺ δ' αὐτοῖς εἶπας, Ἰσθμὸν μὴ πυργοῦτε μηδ' ὀρύσσετε. Ζεὺς γὰρ κ' ἔθηκε νῆσον, εἰκ' ἐβούλετο· καὶ οἱ βλάκες ἐπείθοντο. κ. ἀποστραπόμενοι παρέδωκαν ἑαυτοὺς τῷ Ἅρπαγι. τὸ δ' ῥᾳδιούργημα· ἐπεὶ γὰρ οὐκ ἦν βεβαίως ἀποφυγὴ ὀρύξασι, τοῦτο μὲν ἔπαυσας. ὡς δ' μὴ κελεύων ἔργα ἔχοιεν, ἐπαγγέλῃ τὴν ἀποφυγήν. τούτῳ δ' ὁ λαὸν εἶναι μὴ ὀρύξασι πεφοβήθης· ἀλλ' ὅπ ὁ δοκεῖ τῷ Διὶ νῆσον αὐτὴν εἶναι ἐν μὲν ἓν τῇ ἀποτροπῇ, ἀμφότερα ἰσόῤῥοπα· ἐν δ' τῇ πεφυτροπῇ, τὸ διαφυλάξαι πεφεῖχεν, ἓ δὴ ἀσφαλὲς ἦν τῷ Σοφιστῇ τὸ ἀνατρέπειν. ἕτως τὸ ἐδὲν εἰπὼν, ὧν ἕνεκα ἦσαν ἀφιγμένοι, ἀπέπεμψας οἰομένους ἀκηκοέναι π. Quibus addit ipse Eusebius: Ταῦτα δ' ἡγεμὼν τὸ ἀδρανὲς τ π χρώντων, κ τ χρωμένων ἀπελέγχειν αὐτάρκως, τὸ ὅπ μηδὲν ἀληθῶς ἔνθεόν ἐστιν λέγειν ἐν τοῖς δηλωμένοις.

Nec sane dissimilis Cnidiorum, Harpago adversus eos moventi, fortuna conditioque fuit. Isthmum enim illum, qui tum inibi erat, tollere ac rescindere, atque urbem insulam efficere aggressi, ubi rem, fausto licet initio, minus postea vidissent ex voto cedere, abjectis demum animis, Oraculum consuluere. Tu vero ad eos, ISTHMUM NEU MUNITE, NEU SUFFODITE: JUPITER ENIM SI VOLUISSET, INSULAM FECISSET. *Tibi porro vecordes ac stolidi homines fidem habuere, seseque Harpago, è suscepto deterriti consilio, dedidere. Istuc autem quam veteratorie! Nam quod, ne suffosso quidem Isthmo, certum eos receptum habituros videas, affectum opus inhibes: idemque simul, utpote nequaquam ejus instituendi auctor effugiendi spem ostendis aliquam. Neque tamen si à suffodiendo abstinuerint, lætiorem*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

exitum polliceris. Hoc unum affers, Jovi Urbem Insulam fieri non placere. Occurrebat nimirum, si dehortarere, parem in utramque partem responsi vim ; sin autem hortarere, expressam nimium consecuturæ salutis significationem futuram. Quare, dehortari modò, tutum imprimis ac securum Sophistæ visum est. Atque hunc in modum nihil prorsus ad ea respondens, quorum te ipsi caussâ convenerant, miseros dimisisti, qui se tamen abstulisse aliquid putabant.

Videmus igitur hujusmodi præstigiatorum nugas sapientioribus deridiculo habitas publicéque quandoque fuisse explosas. Id verò summa cum ratione fuisse factum nos ulterius docet Cicero, per plurima ac diversimoda exempla, è quibus hæc sequentia, à somniorum Interpretibus desumpta, sufficerint.

Cursor ad Olympia proficisci cogitans, visus est in somniis curru quadrigarum vehi. Mane ad Conjectorem. At ille, Vinces, inquit, id enim celeritas significat & vis equorum. Post idem ad Antiphontem. Is autem, Vincare, inquit, necesse est. An non intelligis quatuor ante te cucurrisse? Ecce alius Cursor (atque horum somniorum, & talium plenus est Chrysippi liber, plenus Antipatri. Sed ad Cursorem redeo) ad Interpretem detulit, aquilam se in somnis visum esse factum. At ille, Vicisti. Ista enim avi volat nulla vehementiùs. Huic equidem Antipho, Tu verò inquit, te victum esse non vides? ista enim avis insectans alias, & agitans, semper ipsa postrema est. Parere quædam matrona cupiens, dubitans esset ne prægnans, visa est in quiete obsignatam habere naturam, ad conjectorem retulit. Negavit eam, quoniam obsignata fuisset, concipere potuisse. At alter prægnantem esse dixit. Nam inane obsignari nihil solere.

Uti

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Uti igitur in Somniis, in Auguriis, in Haruſpicinâ, in Sortibus, cæteriſque Divinationum generibus nihil præter fraudes ac præſtigias humanis locum habuit : ſic neque in Oraculis per verſus, aut nutus, aut ejuſmodi alia, in Templis Fatidicis, per Pythias, alioſve, Prophetas ſcilicet atque Antiſtites, editis.

CAPUT XVIII.

De libris Romanorum Sibyllinis : uti & qui qualeſque luſus per iſtos luderentur ; donec tandem impoſturis illis per factiones in Republica detectis, ii plane evileſcerent, nec niſi dicis gratia (ut jam olim Auguria) conſulerentur : qui tandem Gentiliſmo nunc penitus in ruinam delapſo, per Stiliconem combuſti perierunt. De Oraculis cuique genti propriis ac quaſi domeſticis : quibus tandem de dente Aureo in puero Sileſiaco ſubjungitur hiſtoria ; quâ huic primæ Diſſertationi finis imponitur.

QUod quum probe noſſent Romani rerum Domini, gensque illa togata, Oracula habebant ſibi propria : atque in illa plenum ſibi reſervabant Dominium : Carmina videlicet illa, quæ Sibyllina appellabant, ac pro talibus à communi plebe haberi volebant. Atque in eâ re ſanè faciebant id quod magnitudine & majeſtate Reipublicæ, atque Imperio eorum verè dignum erat. Optimè quippe libri iſti primis Reipublicæ temporibus (uti notum poſt) per Duumviros, poſtea per Decemviros, poſtremo vero per XV viros (numero horumvirorum paulatim ſic, imò & ulterius, manente tamen appellatione XV virum, increſcente) accuratiſſima ſub cuſto-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

dia ſervabantur : neque aliter quam ex Senatus Conſulto (poſtea autem & Cæſarum juſſu) per hoſce XV viros, neque ullos alios præter eos ſub capitis pœna, inſpiciebantur : neque etiam aliter quam difficillimis Reipublicæ temporibus, caſibuſve maximi momenti, id ipſis à Senatu Imperatoribuſve injungebatur. Ac capitale erat aliquid de iis apud alios enuntiare, eorumve inſpectationem aliis hominibus permittere; quicquid ridiculè fingant ſuperſtitioſi librorum horum inter Chriſtianos patroni, de Virgilio, aliiſve ad illa Auguſti favore admiſſis; quum ne ipſi XV viri injuſſu Senatûs id facere auderent.

De uſu ipſorum (omiſſis aliis compluribus monumentis Hiſtoricis doctioribus ſatis notis) audiamus Dionyſii Halicarnaſſei verba ex libro 4. Roman. Antiquit. huc adducta. *Tarquinius verò Duumviros ex nobilium numero creavit, & duos publicos Miniſtros ipſis addidit, illiſque horum librorum cuſtodiam mandavit, quorum alterum, M. Atilium inquam, quod viſus fuiſſet non bona fide ſe gerere, & ab altero publico miniſtro parricidii accuſatus fuiſſet, in culeum inſutum, in mare projecit. Sed poſt Reges exactos, quum Reſpublica Oraculorum patrocinium ſuſcepiſſet, nobiliſſimis viris, quos eligebat, eorum cuſtodiam committebat : hi verò per totum vitæ tempus hoc munere funguntur, à militia & reliquis urbanis muniis liberi atque hæc publicè illis committit; ſine quibus non patitur quenquam Oracula inſpicere. Et ut rem paucis expediam, Romani nullam rem ſanctam ac ſacram æque diligenter atque Sibyllina Oracula cuſtodiunt. Ea autem conſulunt quoties Senatus id decernit, quum in Republica orta eſt ſeditio, aut in bello gravis aliqua & inſignis clades accepta, aut quum aliqua prodigia aut ſpectra (quæ ſæpè contigerunt) apparent, quæ magnum aliquod & cognitu difficile malum portendunt. Hi Oraculorum*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

lorum libri usque ad bellum Marsicum permanserunt incolumes, conditi sub terrâ, in templo Jovis Capitolini, in arca lapidea, à decemviris asservati. Sed post centesimam & septuagesimam Olympiadem, templo incenso, sive per insidias aliquorum, ut nonnulli arbitrantur, sive casu fortuito, hi quoque cum reliquis hujus Dei Donariis igne sunt absumpti. Oracula verò, quæ nunc extant, ex variis locis sunt comportata, alia ex Italicis urbibus allata, alia ex Erythris Asiaticis, ex Senatus Consulto missis legatis, qui ipsorum exemplar describerent, alia ex aliis urbibus, & à privatis hominibus transcripta, in quibus quædam supposititia, & carminibus Sibyllinis inserta reperiuntur, quæ deprehenduntur ex iis quæ Acrostichides nuncupantur. Dico autem ea quæ Terentius Varro in suis commentariis Theologicis memoriæ prodidit. ὁ᾽ ᾗ Ταρκυνίῳ τ̃ ἀϱχῶν ἀνδϱας ἐπιφανεῖς δύο ϖϱοχειϱοτόνησε, καὶ δημοσίᾳ αὐτοῖς δύο ϑεϱάποντας ϖϱοέζευξας, ἐκείνοις ἀπέδωκε τῳ᾽ τ̃ βιβλίων φυλακῇ, ὧν τ̃ ἕτεϱον Μάϱκων Ἀτόλιον, ἀδικεῖν τι δόξαντα ϖϱὸς τὴν πίστιν, ὑ μηνυθέντα ὑφ᾽ ἑνὸς τ̃ δημωσίων, ὡς πατϱοκτόνον εἰς ἀσκὸν ἐῤῥάψας βόειον, ἔῤῥιψεν εἰς τὸ πέλαγος. μ̃ ᾗ τῳ᾽ ἐκβολῇ τ̃ βασιλέων ἡ πόλις ἀναλαβέσϑαι τῳ᾽ τ̃ ϑεσμῶν ϖϱοσυσίαν, ἀνδϱας τὸς ἐπιφανεστάτους ἀποδείκνυσιν αὐτῶν φύλακας, οἱ δὲ βίᾳ ταύτῃ ἔχουσι τῳ᾽ ἐπιμέλειαν, ϖϱατεινῶν ἀφαιμάσσοι καὶ τ̃ ἄλλων τ̃ κ̃ τῳ᾽ πόλιν ϖϱαγμαλειῶν· καὶ δημοσίᾳ αὐτοῖς ϖϱοκαθίζησιν, ὧν χωλὺς οὐκ ἐπιτϱέπῃ τὰς ἐπισκέψεις τ̃ ϑεσμῶν τοῖς ἀνδϱάσι πιεῖσϑαι. σωελένδι δ᾽ εἰπεῖν, ἅδὲν ἅτω Ῥωμαῖοι φυλάττουσιν ἅτε ὅσιον κτῆμα ἅτε ἱεϱὸν ὡς τὰ Σιβύλλεια ϑέσφατα. ϑεῶνται δὲ αὐτοῖς ὅταν ἡ βουλὴ ψηφίσηται, ϛάσεως καταλαβέσης τὴν πόλιν, ἢ δυσχίμου τινὸς μεγάλης συμπεσούσης κ̃ πόλεμον, ἢ τεϱάτων τινῶν καὶ δυσδϱέτων αὐτοῖς φανέντων, οἷα πολλὰ συνέβη. ὅτι διέμειναν οἱ ϑεσμοὶ μέχϱι τ̃ Μαρσικὸ κλήϑεν πολέμου, κείμενοι κ̃ γῆς ἐν τῷ ναῷ τ̃ Καπιτωλίνου Διὸς, ἐν λιθίνῃ λάϱνακι, ὑϖ᾽ ἀνδϱῶν δέκα

Φυ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

φυλατθόμβοι. μὴ ἢ τὼ τελτὼ ὅπὶ ταῖς ἑβδομήκοντα καὶ ἕκαθν ὀλυμπάσιν ἐμπεπθένθ. ἔ ναὸ, εἴτ' ἐξ ὅπιθαλῆς, ὡς οἴονταί τινες, εἴτ' ἀπὸ τωὐτομάτα, σὺν τοῖς ἄλλοις ἀναθήμασι ἔ θεᾶ καὶ αὐτὸ διεφθάρηναι ὑπὸ ἔ πυρός. οἱ δὲ νυῦ ὄντες, ἐκ πολλῶν εἰσι σύμφοροι τ τόπων· οἱ μὲν ἐκ τ ἐν Ἰταλίᾳ πόλεων κομισθέντες· οἱ δὲ, ἐξ Ἐρυθρᾶς τ ἐν Ἀσίᾳ, κ δόγμα βαλῆς ἀποσταλέντων πρεσθύτων ὅπὶ τὼ ἀπογραφῶ· οἱ δ' ἐξ ἄλλων πόλεων, καὶ παρ' ἀνδρῶν ἰδιωτῶν μεταγραφέντες· ἐν οἷς δ' εἰσκοντά τινες ἐμπεποιημθοι τοῖς Σιθυλλείοις, ἐλέγχοντα ἢ τοῖς καλαμθαις ἀκροσιχίσι. λέγω δὲ ἀ Τερέντι. Οὐαρρων ἱστόρηκεν ἐν τῇ θεολογικῇ πραγματείᾳ.

Hi *decemviri* igitur (ac poſtea adaucto numero *Quindecimviri*) inſpiciebant libros iſtos ac referebant ad Senatum quid in iis, Dîs Deabuſve hiſce vel illis placandis, facto neceſſarium contineretur : aut potius, quæ ibi invenire perhibebant interpretabantur. Unde optime eos Livius lib. x. vocat *Carminum Sibyllæ ac fatorum populi hujus Interpretes.* Interpretabantur quippe illa prout Summo Romanorum Magiſtratui, Senatui aut Cæſaribus, id placere ſciebant. Exempla habemus in Julio Cæſare ac Maxentio. De Cæſare ita Suetonius :

Quin etiam valida fama percrebuit, migraturum Alexandriam, &c. Proximo autem Senatu L. Cottam quindecimvirum ſententiam dicturum : ut quoniam libris fatalibus contineretur, Parthos niſi à Rege, non poſſe vinci, Cæſar Rex appellaretur. Quæ cauſa conjuratis maturandi fuit deſtinata negotia, ne aſſentiri neceſſe eſſet. Plutarchus de hac re: Καί τι καὶ λόγον τινὰ κατάπεμψαν εἰς τ δῆμον οἱ παύτω καίσαρι τὼ τιμὼ προξενοῦντες, ὡς ἐκ γραμμάτων Σιθυλλείων ἀλώσιμα τὰ Πάρθων φαίνοιτο Ῥωμαίοις σὺν βασιλεῖ στρατευομθοις ἐπ' αὐτὰς, ἄλλως ἀφυκτα ὄντα, &c. *Et quidem rumorem in plebem vulgaverunt illi qui hoc honoris quærebant Cæſari, libris Sibyl-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Sibyllinis proditum, vinci Parthos à Romanis posse, si Rege duce bellum eis movissent, esse ipsis alioquin insuperabiles: ac redeuntem Alba ad urbem Cæsarem ausi fuere salutare Regem.

Hinc Cicero, qui Reipublicæ contra Cæsarem favebat, lib. 2. de Divinatione: *Sibyllæ versus observamus quos illa furens fudisse dicitur. Quorum interpres nuper falsa quædam hominum fama dicturus in Senatu putabatur, eum, quem revera Regem habebamus, appellandum quoque esse Regem, si salvi esse vellemus. Hoc si est in libris, in quem hominum, & in quod tempus est?* (NB.) *Callidè enim, qui illa composuit, perfecit, ut, quodcumque accidisset prædictum videretur, hominum & temporum definitione sublatâ. Adhibuit etiam latebram obscuritatis, ut iidem versus aliàs in aliam rem posse accommodari viderentur. Non esse autem illud Carmen furentis, cùm ipsum Poëma declarat (est enim magis artis, & diligentiæ, quam incitationis & motûs) tum verò ea quæ, ἀκροστιχὶς dicitur, cum deinceps ex primis versus literis aliquid connectitur, ut in quibusdam Ennianis, quæ Ennius fecit. Id certè magis est attenti animi, quam furentis. Atque in Sibyllinis ex primo versu cujusque sententiæ primis literis illius sententiæ carmen omne pertexitur. Hoc scriptoris est, non furentis, adhibentis diligentiam, non insani. Quamobrem Sibyllam quidem sepositam & conditam habeamus, ut, id quod proditum est à majoribus, injussu Senatus ne legantur quidem libri, valeantque ad deponendas potius, quam ad suscipiendas religiones: cum antistitibus agamus, ut quidvis potius ex illis libris quàm Regem proferant: quem Romæ posthæc nec Dii, nec homines esse patientur.*

In verbis autem Ciceronis hæc sequentia mihi notatu digna videntur. 1. Ciceronem habere illa pro callidis hominum impostorum

poſtorum inventis, ac ſtudioſe in eum compoſitis modum, ut omnibus perſonis, temporibus, caſibuſque pro libitu Interpretum, applicari poſſent; uti revera erant. 2. Ἀκροστιχίδας, ſic dictas, ejuſdem plane eſſe farinæ ac meriti. Ita ut hoc Cicerone auctore (neque eo ſolo, cum & Terentius Varro & Dionyſius Halicarnaſſeus ἀκροστιχίδας pro non Sibyllinis ſed fictitiis ac ſuppoſititiis habeant) magno conamine magnas nugas agant, qui pro ἀκροστιχίδι illa, quam in Oratione Conſtantini nobis profert Euſebius, Ciceronem hunc in teſtimonium ac patrocinium advocant: de quibus tamen Cicero ne per ſomnium quidem unquam cogitavit.

At quam multa multi viri docti de hac ἀκροστιχίδι, ut multa mira de lente (ne quid acrius addam) nugati ſunt! condonanda forſan iſtis ſua credulitas atque ablepſia, quod qui amant, ipſi ſibi ſomnia fingant; facillimè enim credimus quod libenter credimus; ac perſpicere tum nobis videmur quod ne uſpiam quidem eſt. Aſt non condonandum Schedio facinus ſuum, dum pro ipſius Ciceronis verbis hæc figmenta obtrudit: *Et Cicero libro* 11. *de Divination. Obſervemus libros Sibyllinos; vocandus eſt nobis Rex aliquis, ſi modo ſalvi eſſe volumus. Namque in carminibus Sibyllinis legebatur, quam primum Romani Regem Ægypti reduxiſſent, Dominum Orbis proditurum*, quibus tum hîc Schedius ſubjungit. *Quod & factum fuit: nam Ptolomæo à Gabinio reducto confeſtim naſcitur Jeſus.*

Atqui neque de Sibyllinis carminibus revera lectis, neque de Rege Ægypti, neque de Orbis Domino proditurο, Cicero aliquid, aut quod eo trahi poſſit, ibi commentatus eſt. Verum & poſt Gabinii illam expeditionem, (de qua, uti ex præcedentibus meridiana luce clarius patet, minimè gentium loqui in libris de Divinatione Cicero voluit) pluſquam 54. anni excurrerunt antequam naſceretur Jeſus.

Verum-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Verumenimvero dicat aliquis, non ſolum Schedium talia prodere, ſed imitatum ipſum, ut ſæpius aliàs, heic Mornæum; qui libro de Veritate Religionis Chriſtianæ quandoque errores, ſuper errores cumulat. Ita enim ille cap. 32. *Car Auguſte, comme dit Suetone, les avoit fait ſerrer en deux layettes dorées, ſous le baſe d'Apollo Palatin, où elles eſtoient difficiles à falſifier, & des le temps d'Origene, de Clement Alexandrin, & de Juſtin Martyr; c'eſt-à-dire, non fort long-temps aprés la predication des Apoſtres, ces meſmes livres eſtoient en lumiere; comme ſe voit par la diſpute de Celſus l'Epicurien; qui dit bien, qu'ils ſont ſuppoſez, mais ſans preuve: & Conſtantin l'Empereur teſmoigne en une ſiene harangue, les avoir veus, & leuz, & y renvoye les Gentils de ſon temps. Et qu'il y euſt pour le moins quelque choſe ſemblable, ne ſe peut nier.* CAR CICERON EN SES LIVRES DE LA DIVINATION, DIT CES MOTS, OBSERVANS LES VERS DE LA SIBYLLE. IL NOUS FAUT APPELLER QUELQU'UN ROY, SI NOUS VOULONS ESTRE SAUVEZ. *Et chacun ſcait toutefois, combien ce nom de Roy eſtoit odieux, & à tous les Romains, & à Ciceron meſme. Il faut auſſi mention de l'*ACROSTICHE *de la Sibylle; c'eſt-à-dire, de certains vers,* DONT LES LETTRES CAPITALES FAISOIENT LE NOM DE CE ROY LA, *tels que ceux que nous avons au 8. livre des Sibylles; & conclut de là qu'elles avoient l'eſprit ſain & raſſis. Et Conſtantin l'Empereur teſmoigne que Ciceron avoit tourné le livre de l'Erythrée; & qu'Antonius l'avoit voulu abolir. En ces meſmes livres eſtoit dit, que ſi toſt que les Romains auroient remis en ſon entier le Roy d'Egypte, le Monarque de l'univers naiſtroit: & pourtant Ciceron eſcrivant à Leutulus, qui briguoit ceſte charge, luy touche c'eſt Oracle: & les Romains faiſoient doubte de le reſtituer à cauſe de cela: & de*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

ce touchant les Sibylles au 2. livre quelque mot. Et de fait, apres que le Senat en eut bien conteſté, Gabinius remit Ptolomée, & en ce meſme temps naſquit Jeſus. Virgile qui par la faveur d'Auguſte avoit eu accez à ces livres, à fait une Eclogue, &c.

Quæ ab ipſo Auctore verſa ita ſonant Latinè : *Auguſtus enim ut eſt apud Suetonium, in duabus aureis capſulis ſub baſi Apollinis Palatini recondendos tradiderat, quo non uſque adeo falſariis penetrare facile: & quo tempore Origenes, Clemens Alexandrinus, Juſtinus Martyr floruere ; id eſt, paulò poſt Apoſtolorum prædicationem, hi ipſi libri* (NB.) *in luce hominum verſabantur, ut ex Celſi Epicurei diſputationibus liquet, qui ſubditicios aßerit, non probat: & Conſtantinus Imperator in quâdam Oratione ſe vidiße & legiſſe teſtatur, & ad eorum teſtimonia Ethnicos ejus ætatis ablegat. Quod vero nonnulla ſaltem continerent, ab hiſce qui hodie extant, non aliena, vix ambigi poſſit. Nam Cicero in lib. de Divinat.* OBSERVEMUS, *inquit*, LIBROS SIBYLLINOS : VOCANDUS EST NOBIS REX ALIQUIS, SI MODO SALVI ESSE VOLUMUS. *Quanquam Regis nomen quàm odioſum eſſet cum Romanis omnibus, tum præſertim Ciceroni, cuivis notum. Idem Acroſtichidem Sibyllæ memorat, id eſt, carmina certo numero, quorum capitales literæ Regis illius nomen componebant, qualia libro Oraculorum* 8. *habemus: ex quibus Sibyllam mente conſtitiſſe Cicero colligit. Et Conſtantinus Imperator teſtis eſt, Ciceronem librum Erythrææ vertiſſe, quem Antonius abolere conatus fuerit. In iiſdem legebatur, cumprimùm Romani Regem Ægypti reduxiſſent, Dominum orbis proditurum : cujus quidem Oraculi veſtigia exſtant in epiſtolis Ciceronis ad Lentulum, qui illud munus reducendi Regis ambibat; & Romani idcircò in deferendo cunctabantur, & hoc lib.* 2. *Sibyllæ noſtræ attingunt.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

gunt. Et verò post multa ultro citròque verba Gabinius Ptolomæum reducit, & confestim nascitur Jesus. Virgilius, cui verisimile est aditum ad illos libros per Augusti benevolentiam patuisse, Eclogam scripsit, quæ mera Sibyllæ translatio est, &c.

An non pœnè quot verba tot errores ? Satis clarè fateor patere videtur, sua Schedium ex hisce desumpsisse; at non in melius sed in pejus adhuc ea mutavit. Optime dicas de Amborum verbis huc adductis, *Pergula pictoris, veri nihil, omnia ficta.* Certè ex Ciceronis epistolis ad Lentulum, Religionem in ea causa tantum obtentui sumptam, (legantur modo attentè 7. priores) non obscurè patescit. Cui minimè quoque contradicit Dion Cassius; cujus verba super hoc negotio Ægyptiaco quin adducam mihi temperare nequeo : sunt autem hæc sequentia : Τοῖς γὰρ Σιβυλλείοις ἔπεσιν ἐντυχόντες, ἔρον ἐν αὐτοῖς γεγραμμένον αὐτὸ τοῦτο, Ἂν ὁ τῶν Αἰγύπτιοι βασιλεὺς βοηθείας τινὸς δεόμενος ἔλθῃ; τοῦτον μὲν φιλίαν οἱ μὴ ἀπαρνήσασθε, μήτε μάχαις καὶ πολέμῳ τινὶ ἐπικωλύσετε. εἰ δὲ μή, καὶ πόνους καὶ κινδύνους ἕξετε. Καὶ τοῦτο τοῦτον συντυχίαν τῶν ἐπῶν πρὸς τὰ τότε γιγνόμενα ξυμβάσαντες, ἀπεψεφίσαντο τὰ περὶ αὐτοῦ ἐγνωσμένα, Γαΐῳ Κάτωνι πειθόμενοι δημάρχῳ. Ταῦτα δὴ ἐχρήσθη μὲν ὕστερον· ἐδημοσιώθη δὲ (ὁ γὰρ ἐξελὼν εἶδεν τὰ Σιβυλλείων, εἰ μὴ ἡ βουλὴ ψηφίσαιτο, ἐς τὸν πολέμου ἐξαγγέλλεσθαι) Δι' ὃ Κάτωνος. ἐπειδὴ γὰρ τάχιστα ὁ νεὼς τῶν ἐπῶν διεθρυλλήθη (ὥσπερ εἴωθε γίνεσθαι) ἔδεισε μὴ συγκρυφθείη· καὶ ἐς τε τὸ ὅμιλον τοὺς ἱερέας ἐσήγαγε, κἀνταῦθα πολλὰ ὅτιοῦν τοῦ μαντείου ἐπ' αὐτοῖς μηχανήσας, ἐξεβιάσατο σφᾶς ἐκλαλῆσαι τὸ λόγιον. ὅσῳ γάρ τοι μᾶλλον οὐκ ἐδόκει σφίσιν ἐξεῖναι, τοσούτῳ πλέον τὸ πολὺ ἠχάλλε. καὶ ἐκεῖνο μὲν ἔσχεν ὕστερον, καὶ ἐς τοὺς τῶν Λατίνων γλώσσαν μεταφρασθὲν ἀνεκηρύχθη. γνώμας δὲ αὐτῶν μὴ τοῦτο ποιουμένων, ἐς τὸ μὲν, ἀνδρὸς μεγάλου τοῦ Σπινθῆρος τοῦ δὲ Πτολεμαίου καθόδου πρεσβευόντων, τὸ δὲ καὶ τὸ Πομπηΐου μὴ ῥαβδούχων δύο καθαγεῖν αὐτὸν κελευόντων (ὁ, τε γὰρ Πτολεμαῖος μαθὼν

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

τὸ ἀρχαῖον, ἠξίωσε τᾶτα τυχεῖν, ἢ τὰ γεγράμματα Αὐλῳ πλαύτῳ ἐς τὸ κοινὸν δημαρχῶν ἀνέγνω) δείσαντες οἱ βυλευταὶ μὴ μείζων ἔθ' ὁ Πομπήϊος ἢ ἀπ' ἐκείνης γένηται, ἀντέπραξαν αὐτῷ, τῇ ἕξ σίτου προφάσει ἀρκεσάμενοι. *Quum enim Romani libros Sibyllinos adirent, ita scriptum in iis invenerunt. Si Rex Ægypti alicujus auxilii indigens venerit, amicitiam ei ne denegaveritis, nullis autem copiis eum adjuveritis: Sin secus feceritis, labores & pericula habebitis. Admirati igitur id carmen ita ad rem præsentem congruere, omnia quæ de eo decreta fuerant facta, antiquaverunt, C. Catonem Tribunum plebis secuti. Atque id ipsum Oraculum in populum evulgatum est Catonis operâ. Non enim licebat Sibyllinum ullum carmen populo enuntiare nisi id Senatus decrevisset. Nam ut primùm Oraculi sententia, (quod fieri assolet) vulgo innotuit, veritus Cato ne id supprimeretur, Pontifices ad plebem produxit: ac priusquam Senatus quicquam statueret, eos coëgit Oraculum exponere. Quanto enim minus id eis licere videbatur, tanto plebs ægriùs rem ferebat. Igitur ea sententia fuit Oraculi, redditumque Latine enuntiatum est. Quum deinde sententiæ dicerentur, aliique à Spinthere sine exercitu juberent Ptolemæum reduci, alii id a Pompejo duobus cum Lictoribus fieri vellent (nam Ptolemæus Oraculo intellecto id ita fieri petebat, ejusque litteras Plautius Tribunus plebis publicè recitavit) veriti Senatores, ne hæc res ipsa Pompejum adhuc majorem efficeret, sub prætextu mandatæ annonæ ei obstiterunt.*

Videmus sanè ex hisce Dionis verbis, atque ex iis quæ de isto Reipublicæ statu legenda occurrunt apud eorum temporum Historicos, totam hanc rem ab utraque parte actam fuisse partium studio; atque ut Cicero ad Lentulum, *rem actam non religione*, [à Senatu] *sed malevolentia, & illius Regiæ largitionis invidiâ, opinionemque fuisse populi Romani, à Lentuli*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

tuli invidis atque obtrectatoribus nomen inductum fictæ religionis, non tam ut ipsum Lentulum impedirent, quam ut ne quis propter exercitus cupiditatem Alexandriam vellet ire. Quæ res tamen æquè ad Pompejum (uti ex Dione vidimus) quam ad Lentulum pertinebat. Noverant plurimi, si non omnes, quantum pecuniæ Rex potentioribus profundebat, quodque ipsum Pompejus in domum suam Regem recepisset. Quod autem Cato, Tribunus ille, populum ita commoveret, inde proculdubio factum, quod inter ipsos XV viros essent qui, non quidem directè verum indirectè, suarum partium hominibus prætensi istius Oraculi sententiam eliminassent: quod in tam turbido Reipublicæ & factionibus scissæ statu, magis impune facere poterant. Indicatque populi fervor, cum non usquequaque fidem habuisse relationibus istis quas de hujusmodi Oraculis Senatus ad populum faciebat: præsertim vero quum videret rem & largitionibus à parte Ptolemæi, & Ambitione, avaritia, malitia ac partium studio à parte Senatus aliorumque Magnatum agi: à quibus tamen nec ipse populus (sive Plebs Romana) satis libera erat; instigante, uti vidimus, Catone. Nec suspicione caret, (tam ex iis quæ apud Dionem sequuntur, quàm quæ apud Ciceronem habentur) Quindecimviros sententiam prætensi istius Oraculi, aut metu, aut gratia motos apud populum immutasse, vel ipsius placitis ita accommodasse, ut relatione ipsius ad Senatum factâ, statim in omnia alia, quam antea ab ipso decreta fuerant, iretur: (Cum tamen Pontifices inter Quindecimviros, contrariæ factionis jam talia eliminassent: unde Cottæ & aliis occasio data fuit populum commovendi,) imò & nomen inductum fictæ religionis à Senatu populum opinatum, adeoque planè nihil quidem, quod hûc pertineret, à XV viris inventum ex Cicerone satis clarè eluceſcit. Verum & ex sequentibus verbis hujus ipsius Dionis, collatis cum iis quæ jam

antea

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

antea ex Cicerone & aliis protulimus, ſumma cum ratione populum talia fuiſſe ſuſpicatum, patebit.

Λόγε γὰ πνὸς, εἴτ' ἐν ἀληθὲς εἴτε κὴ ψεῦδὲς (οἷά πε φιλεῖ λογοποιεῖᾳ) θελθόντ@, ὡς τ ἱερέων τ πεντεκαίδεκα καλεμένων ἀμαθροάντων, ὅτι ἡ Σιβύλλη εἰρηκυῖα εἴη, μήποτ' ἂν τὲς πάρθες ἄλλως πῶς, πλεὼ ὑπὸ βασιλέως ἁλῶναι, κὴ μελλόντων ἀμὰ τέτε αὐτῶν τὴν ἀπόκλησιν ταύτην τᾷ Καίσαρι δοθῆναι ἐσηγήσεᾳ· τέτό τε πεῖθόντες ἀληθὲς εἶναι, & ὅτι κὴ τοῖς ἄρχεσιν (ὥνπερ & ὁ Βρέτ@ κὴ ὁ Κάσι@ ἦσαν) ἡ ψῆφ@, ἅτε κὴ ὑπὸ τηλικέτε βελεύμαθ@, ἐπαχθήσοιτο, καὶ ἅτ' ἀντειπεῖν τολμῶντες, ἅτε σιωπῆσαι ὑπομένοντες, ἔσπευσαν τὴν ἀπόκλειν, πρὶν κὴ ὑπὲρ αὐτῶ ἀζημιαθῆναι.

Nam quia rumor quidam, ſive verus, ſive falſus, (ut fabulæ nonnunquam conſingi ſolent) paſſim emanaret, quaſi Pontifices illi, dicti quindecimviri, palam perhiberent, Sibyllam dixiſſe, nunquam Parthos aliter, quam à Rege ſuperari poſſe, quaſique propterea de appellatione Regis Cæſari tribuenda relaturi eſſent, tum hoc ipſum verum eſſe perſuaſit, tum etiam Magiſtratibus, in quorum numero Brutus & Caſſius erant, impoſitam iri neceſſitatem dicendæ in conſultatione tam gravi ſententiæ, jamque nec audentes contradicere, nec tacere ſuſtinentes, inſidias antequam de negotio quicquam ſtatueretur, maturarunt.

Quæ Dionis verba quam valide confirmant ac declarant latius ea quæ ſuperius ex Suetonio, Plutarcho, atque Cicerone attulimus. Namque antequam Cotta aliive quindecimviri in Senatu ea denuntiare valerent, Cæſar ille, cujus inſtinctu talia perhibebantur, occiſus fuit. In cauſa Regis Ptolemæi libri hi à xv viris inſpecti fuerant, eâ occaſione, quod Statua Jovis in Albano monte fulmine cœlitus tacta fuerat. At in hac poſteriori cauſa id ſolâ auctoritate, aut directione Cæſaris, qui & Imperator & Pontifex Maximus erat, factum videtur;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

detur; (si modo factum fuit & non sparsum in vulgus studiose per Cottam) licet antea id nunquam injussu Senatus (consentiente saltem eo) fuisse factum comperiatur. Hinc Cicero: *Quamobrem Sibyllam quidem sepositam & conditam habeamus, ut, id quod proditum est à majoribus, injussu Senatus ne legantur quidem libri; valeantque ad deponendas potius, quam ad suscipiendas religiones.* Ne vana scilicet per eos populo injiciatur superstitio, quæ in damnum redundet Reipublicæ.

Senatus autem jussu aut instinctu (saltem præcipuorum ex ipsius numero) solitum injungi Decemviris, quid ex iis proferrent, non obscurè indicant sequentia. *Cum antistitibus agamus, ut quidvis potius, ex illis libris, quam Regem proferant.*

Quam magnum vero detrimentum cœperint hæc Oracula, eorumve auctoritas, per ejusmodi motus Reipublicæ intestinos, quibus occasio dabatur qua horribile illud arcanum, tantâ cum cura eousque conservatum, cordatioribus cunctis detegeretur, facillimè ex jam dictis perspici potest.

At antiquis temporibus populum ipsorum auctoritate commodissime regebant; atque inde rarissimè permittebant, Reipublicæ causa, externa adiri consulique χρησήρια: ne, scilicet, ii qui erant extra ipsorum Imperium ista occasione turbas ullas excitare valerent, dum hostibus aut inimicis populi Romani faverent, vel ab ipsis pretio corrupti essent.

Hinc ne quidem intra ipsam Italiam atque in conspectu ferè urbis id fieri, Reipublicæ causa, passi sunt. Nam *Lutatius*, (ut Valerii Maximi verbis utar) *qui primum bellum Punicum confecit, à Senatu prohibitus est sortes Fortunæ Prænestinæ adire. Auspiciis enim patriis, non alienigenis, Rempublicam administrari oportere judicabant.*

Quod autem magnæ auctoritatis viris, ac Pontificibus iis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

qui viri ſacris faciundis eſſent, horum arctiſſima cuſtodia ita demandata fuerit; ut priuſquam vulgo illorum ſententia innoteſceret, Senatui eam, neminique extra hunc, aperire deberent; ſatis clarè id manifeſtat, ſenatum qui ipſorum Dominium obtinebat, ea quæ ſibi è Republica viſa forent, ut evulgarentur curaſſe. Unde & C. Cato qui non audebat in totum illa fictionis coarguere; priuſquam ad Senatum per XV viros deferrentur, à populo inſpectos voluit.

Secundum verò, de quo dixeram, exemplum ſuppeditat nobis Zoſimus, hiſtoriarum libro ſecundo: ex quo quoque verſutiam horum deprehendere queamus Interpretum, callide per ambiguitates verborum & Maxentium ludentium, & ſibiipſis, in tam lubrico atque ambiguo Reipublicæ ſtatu, probe conſulentium. Verba Zoſimi ſunt: Μαξέντιος ὁ ἀναπολείστως ἑαυτὸν, τοῖς θεοῖς ἱερεῖα προσήγαγε, καὶ τὰ ἱεροσκόπων περὶ τῆς πολέμου τύχης ἀναπυθόμενος, καὶ τὰ Σιβύλλης διερευνᾶτο. ἐπεὶ δὲ θέσφατον ἔρρωνε σημαῖνον ὡς ἀνάγκη τὸν ὑπὲρ βλάβης πραγμάτων Ῥωμαίων, οἰκτρῷ θανάτῳ περιπεσεῖν, περὶ ἑαυτοῦ τὸ λοιπὸν ἐλάμβανεν, ὡς δὴ τὸς ἐπελθόντας τῇ Ῥώμῃ καὶ παύτῃ ἀφανισμένους ἐλεῖν ἀμφιβόλως.

Maxentius intra muros incluſus Diis victimas offerebat, & extiſpices de belli eventu conſulebat, ipſis quoque Sibyllinis Oraculis perveſtigatis. [per XV viros ſc.] *Quumque reperiſſet Oraculum, quo ſignificaretur in fatis eſſe, ut qui ad perniciem populi Romani ſpectantia deſignaret, miſerabili morte periret; de ſemetipſo id accipiebat, quaſi qui Romam eo rtos, eamque capere cogitantes, propulſaret.*

In hiſce exemplis prædictiones habemus horum Carminum Sibyllinorum; cum aliàs ferè ſemper ſolum indicarent, quid faciendum, ſi aut ſeditio, aut calamitas, aut prodigium, aut magna quædam conſternatio ac timor; aut aliud aliquid hujuſce naturæ, ad conſulendos hoſce libros Senatum vel Cæſares

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

sares impulisset ! uti patet ex sequenti exemplo : quod quoniam & ritum consulendi hos libros clarius quam alibi (quod sciam) apud veteres, ob oculos ponit, huc, licet longiusculum, adducere non verebor, extat id in Vopisci Aureliano hisce verbis contentum : *Postea tamen ipsi quoque Marcomanni superati sunt. In illo autem timore, quo Marcomanni cuncta vastabant, ingentes Romæ seditiones motæ sunt, paventibus cunctis, ne eadem quæ sub Gallieno fuerant, provenirent. Quare etiam libri Sibyllini, noti beneficiis publicis, inspecti sunt, inventumque ut in certis locis sacrificia fierent, quæ Barbari transire non possent. Facta denique sunt ea quæ præcepta fuerant in diverso ceremoniarum genere: atque ita Barbari restiterunt, quos omnes Aurelianus carptim vagantes occidit. Libet ipsius Senatusconsulti formam exponere, quo libros inspici Clarissimorum jussit auctoritas.*

Dietertio Idus Jan. Fulvius Sabinus Prætor urbanus dixit: Referimus ad vos P. C. Pontificum suggestionem, & Aureliani Principis literas, quibus jubetur ut inspiciantur fatales libri quibus spes belli terminandi, sacrato Deorum Imperio, continetur. Scitis enim ipsi, quotiescunque gravior aliquis exstitit motus, eos semper inspectos : neque prius mala publica esse finita, quam (NB.) *ex iis sacrificiorum processit auctoritas. Tunc surrexit primæ sententiæ Ulpius Syllanus, atque ita locutus est : Serò nimis P. C. de Reipubl. salute consulimus, serò ad fatalia jussa respicimus, more languentium, qui ad summos Medicos, nisi in summa desperatione, non mittunt : proinde quasi peritioribus viris major facienda sit cura, quum omnibus morbis occurri sit melius. Meministis enim P. C. me in hoc ordine sæpe dixisse, jam tum quum primum nuntiatum est Marcomannos erupisse, consulenda Sibyllæ decreta, utendum Apollinis beneficio, inserviendum Deorum immortalium præceptis: recusasse vero quosdam, & cum in-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

genti calumnia (NB.) *recusasse, quum adulando dicerent, tantam Principis esse virtutem, ut opus non sit Deos consuli; proinde quasi & ipse vir magnus non Deos colat, non de Diis immortalibus speret. Quid plura? audivimus literas quibus rogavit opem Deorum, quæ nunquam cuiquam turpis est, ut vir fortissimus adjuvetur. Agite igitur, Pontifices, quâ puri, quâ mundi, quâ sancti, quâ vestitu animisque sacris commodi, veteranis manibus libros evolvite, fata Reipub. quæ sunt æterna, perquirite: patrimis matrimisque pueris carmen indicite: nos sumptum sacris, nos apparatum sacrificiis, nos agris ambarvalia indicemus. Post hæc interrogati plerique Senatores sententias dixerunt, quas longum est innectere. Deinde aliis manus porrigentibus, aliis pedibus in sententias euntibus, plerisque verbo consentientibus, conditum est Senatusconsultum. Itum est deinde ad templum, inspecti libri,* PRODITI VERSUS, *lustrata urbs, cantata carmina, amburbium celebratum, ambarvalia promissa: atque ita solennitas, quæ jubebatur, expleta est. Est Epistola Aureliani de libris Sibyllinis: nam ipsam quoque indidi ad fidem rerum. Miror vos, Patres Sancti, tamdiu de aperiendis Sibyllinis dubitasse libris, perinde quasi in Christianorum Ecclesia, non in templo Deorum omnium, tractaretis. Agite igitur. & castimonia Pontificum, ceremoniisque solennibus juvate Principem necessitate publicâ laborantem. Inspiciantur libri: quæ facienda fuerint celebrentur: quemlibet sumptum, cujuslibet gentis captivos, quælibet animalia regia non abnuo, sed libens offero. Neque enim indecorum est Dius juvantibus vincere. Sic apud majores nostros multa finita sunt bella, sic cœpta. Si quid deest sumptuum, datis ad Præfectum ærarii literis decerni jussi. Est præterea vestræ auctoritatis arca publica, quam magis refertam esse reperio quam cupio.*

Ne verò diutius hisce immoremur, notabo solum hæc verba in Oratione Ulpii Syllani: *Recusasse verò quosdam, & cum ingen-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

ingenti calumniâ recusasse; cum adulando dicerent, tantam Principis esse virtutem, &c.

Ex quibus liquido patet, non æquè magnam apud omnes eos libros tunc obtinuisse auctoritatem: ac quæ illi qui recusabant, contra hanc inspectionem objicerent, pro calumnia in Libros Sibyllinos Syllano habita. Cum ii, uti Augustinus postea lib. 3. cap. 17. de Civitate Dei, cum Cicerone sentire viderentur, *In eo genere Oraculorum, magis interpretibus, ut possunt sive volunt, dubia conjectantibus, credi solere:* vel potius, *omnia ab ipsis confingi ad lubitum Dominantium;* proindeque istam consultationem esse inutilem.

Ut autem Romani sua sibi ex istis libris petebant pro Republica Oracula, sic Germani, à *Velleda* (atque aliis ad id constitutis, sive virginibus, sive mulieribus) pro Republica, imò & pro privatis ut videtur, petebant Responsa. De qua Velleda inter alia Tacitus lib. 4. histor. *Sed coram adire, alloquique Velledam negatum. Arcebantur adspectu quo venerationis plus inesset. Ipsa editâ in turre,* [vel ut alii, *ipsa adyta intrare*] *dilectus è propinquis, consulta responsaque, ut internuntius numinis portabat.*

Ut autem Germani, præter Dryadas suas Fatidicas (de quibus Celeb. Salmasius ad historias Augustas) Oraculum sibi publicum ac proprium habebant in *Velleda*: sic ferè cuncta Regna ac Respublicæ, præter illa, quæ ferè commune vulgus, ac de rebus quibuscunque consulebat, (sæpe tamen & ipsi Magnates) sua sibi propria; ac quæ Reipublicæ causa ab ipsis consulebantur, habebant. Etiamsi quandoque, sed rariùs, etiam ad alia, per Orbem maximè decantata, Oracula, eos quibus fidebant, mitterent consultum. Quod & exemplis admodum claris demonstrare valerem:

Sed jumenta vocant, & Sol inclinat, eundum est.

Quamobrem & illa, & alia huc spectantia, alii tempori atque occasioni reservo.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Quis, interim, Amice Lector, ex iis quæ hactenus disserui, non perspicit satis clarum esse atque apertum; Oracula non Diaboli præternaturalibus præstigiis, sed hominum vafrorum constitisse fraudibus & artificiis: qui dum & Opes & Honores, Auctoritatemque sibi inde parare valerent, stultæ plebeculæ, imò sæpiùs quoque Magnatibus, per illa imponebant? Quibus accedebant interim & plurimæ nihil planè in se veritatis continentes narratiunculæ: atque hinc tam apud Veteres quam recentiores, fuisse gratis ferè assumptum id quod in quæstione erat; ac de διότι fuisse disputatum & concluſum, antequam de ipso ὅτι ullo modo constaret. Ita enim sæpius contingit, ut multi priusquam constet de veritate hujus illiusve prætensæ historiæ, comminiscantur facti causas: quas si penetrare se posse desperent, statim ad supernaturales & miraculosas confugiunt. Atque ita investigant ac supponunt quandoque causas istarum rerum, quæ nunquam fuerunt in rerum natura, imò sæpe nec esse queant. Exemplum hujus rei notabile admodum habemus, in puero illo Silesiaco, cum prætenso dente suo aureo; qui Medicos ac Physicos illius temporis per aliquot annos inter se commisit; donec tandem fraus detegebatur. Quam historiam, quia ferè inter solos Medicos & Physicos nota est, atque huic rei apprime quadrat, ipsius Sennerti verbis hic annectere volui.

Anno Christi 1593. circa festum Paschatis rumor innotuit, puerum quendam annorum septem, *Christophorum Mullern*, in pago *Weildorst* in Silesia, cum ipsi dentes excidissent, ultimi molaris loco dentem aureum succrevisse; cujus rei historiam post anno Christi 1595. descripsit & publicè edidit *D. Jacobus Horstius*, Medicinæ Professor in Academia Helmstadianâ, qui ipsum partim pro naturali, partim pro prodigioso habuit, & solatii loco Christianis à Turcâ tum afflictis adhibitum esse statuit. Eodem anno 1595. ejusdem aurei dentis historiam edidit *Martinus Rulandus*, cui se opposuit

Joh.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
366 F 33

Joh. Ingolſteterus anno 1597. contra quem ſuum judicium eodem anno defendit *Martinus Rulandus*. De eodem aureo dente ſcribit etiam *Andreas Libavius* part. 2. ſingular. Differt. 7. qui Diſputationes illas, in partem utramque habitas recenſet; quas ut huc afferam operæpretium non eſſe puto. Non entis enim nullæ ſunt affectiones, & dens ille aureus nullus fuit, ſed fucus merus, qui Vratiſlaviæ demum detectus fuit. Ejus rei hiſtoriam ad me perſcripſit *Dn. D. Michaël Doringius*, ſicut illam ex *D. Danielis Bucretii* Phyſici quondam Vratiſlavienſis relatione accepit, quæ talis fuit. Puer ille cum Vratiſlaviam deductus fuiſſet; & omnes novitatis iſtius miraculoſæ (ut putabatur) cognoſcendæ ac videndæ deſiderio tenerentur, factum eſt, ut in Doctorum virorum conventum ac concionem, cui inter alios plures *Cl. D. Chriſtophorus Rhumbaumius* P. M. etiam interfuit, vocaretur. Acciti & admiſſi dentem ſedulò contemplati ſunt, qui ſplendore aurum Rhenanum repræſentavit. Adfuit ſimul aurifaber. Is juſſus frictione lapidis Lydii dentem examinavit. Linea affrictione inducta exiſtimabatur revera eſſe aurum Rhenanum. Aurifaber igitur rei veritatem penitiùs exploraturus, ipſi illevit pigmentum aureum, &, ecce linea illa abſumpta diſparuit. Protinus ergo de fraude ſuſpicio concipitur. *D.* vero *Rhumbaumius*, ut erat ingenioſus & cautus, inſpectionem repetit, atque ſupernè dentem non integrum ſed foraminulo pertuſum conſpicatur. Spatula igitur ferrea admotâ, nunquid lamina aliqua Orichalcea ſolùm denti eſſet inducta, explorat. Rem ita ſe habere certiſſimè invenit, & reliquis ſpectatoribus oſtendit. Lamina enim illa per ſpatulam movebantur, nihilque erat aliud quam medietas (& forſan inaurata) globuli, quales crumenis & marſupiis olim à fœminis in Sileſia geſtari ſolitis appendi conſueverint. Detraxiſſet prorſus à dente laminam illam *D. Rhumbaumius*, ni deceptor reſtitiſſet, & ſe cum puero

ſub-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

ſubduxiſſet. Fraudis enim hæc detectio peſſime habuit pueri iſtius circumductorem, utpote qui nummos corrodendi occaſionem ſibi ereptam eſſe videbat: atque ita cum aureo iſto dente evanuit ac diſparuit. *Quæ hiſtoria* [rectè idem præcedentibus addit] *omnes naturæ ſcrutatores meritò monere debet, ne cauſas rei, & τὸ διότι prius quærant, quam τὸ ὅτι ſit manifeſtum, & de* reipſâ *planè conſtet. In quâ re tamen non rarò peccatur, dum de* non Entis *affectionibus & cauſis ſæpè acriter & magno conatu diſputatur.*

Hæc ſunt, Cordate Lector, quæ de Oraculis eorumque auctoribus pro hâc vice differere & volui & potui. Multa me prætervidiſſe nullus dubito: at multa quoque ſtudio credas me prætermiſiſſe: cum putarem hæc ſufficere poſſe iis, qui non nimium ſuperſtitione, (quæ quantum abſit à vera ac rationali Religione, quantumque ſemper iſti obfuerit, cuncti norunt prudentiores) aliiſve præjudicatis opinionibus, occœcati ſunt. Si quis tamen, contraria & meliora edoctus, etiam me docere iſta velit, habebit facilem me atque obaudientem. Finiam, igitur & dicam cum Horatio:

Vive, vale ſi quid noviſti rectius iſtis,
Candidus imperti: ſi non, his utere mecum.

—— —— λοιδορεῖσθ' ὅτ' ἂ τρέπῃ
Ἄνδρας ποιητὰς, ὥσπερ ἀρτοπώλιδας.

DE

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

DE ORACULORUM ETHNICORUM Duratione atque interitu; DISSERTATIO SECUNDA.

CAPUT I.

De prætenſis Porphyrii teſtimoniis circa Gentilium Oracula, ratione ipſorum durationis, ex Euſebio. Quæ mens hic fuerit Porphyrii. Quam levi de cauſa hæretici nomen olim impoſitum fuerit hominibus non circa omnia cum multitudine ſentientibus. Quid de Oraculorum duratione atque interitu adhuc ſentiant vulgo eruditi. Argumenta ab Euſebio pro ipſorum ceſſatione ex Plutarcho allata, de magno Pane mortuo, &c. examinantur.

POſt tractationem de Oraculorum origine & auctoribus, non male faciemus ſi perpendamus quoque ipſorum Durationem atque Interitum: eò quod omnes fere, qui aliquid de Oraculis ſcripſerunt, pro indubitata habeant veritate, Oracula Ethnicorum, cum adventu noſtri Salvatoris Jeſu Chriſti, quin & propter ipſius adventum, defeciſſe; vel ideo ſaltem ſenſim, ac brevi quidem, exaruiſſe.

Hujus autem opinionis auctorem ac patronum ſibi habent Euſebium: neque eum ſolum; verum ipſum, ut putant,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Porphyrium, Gentilem certe atque infensum, si quis alius, Christianorum ac Christianismi hostem: ut qui, apud Eusebium lib. V. cap. 1. Præparationum Evangelicarum, ita loquatur: "Ακουε τοιγαρῦν αὐτῶν Ἑλλήνων ὁμολογούντων ἐκλελοιπέναι αὐτῶν τὰ χρηστήρια, καὶ ἀλλοτε ποτὲ ἐξ αἰῶνος ἢ νῦν τὰς χρόνους τῆς σωτηρίου καὶ διαγγελικῆς διδασκαλίας, τοῦ ἑνὸς θεοῦ καὶ σωτῆρος Χριστοῦ πλατυνθείσης ἐν γῇ, φωτὸς δίκην πασιν ἀνθρώποις ἀνατειλάσης. αὐτίκα γὰρ μᾶλλα ὅσον οὐδέπω θεωρήσομεν, ὡς ἄρα μετὰ τὴν ἐπιφάνειαν αὐτοῦ, καὶ θανάτοι τῶν δαιμόνων ἱστορήσουσιν, καὶ τὰ θαυμαστὰ καὶ τὰ πάλαι βοώμενα χρηστήρια ἀφανισθέντα. *Audi nunc igitur ipsos Græcos fatentes, ipsorum defecisse Oracula, neque ab alio unquam ævo quàm tempore salutis & Doctrinæ Euangelicæ, quæ unius Dei ac Salvatoris Christi fidem per mundum divulgavit, atque omnibus hominibus veluti lux exorta est. Jam statim ergo, ut adhuc nunquam factum est, ostendemus, quomodo post adventum ejus, & Dæmonum mortes narratæ fuerint, & admiranda illa ac decantata Oracula defecerint.*

Ac paulò inferiùs.

Νεκρὰ γὰρ καὶ ὑπὸ τῶν δαιμόνων πάντα χρηστήρια τε καὶ μαντεύματα. οὐδέ τις εἰς τοσοῦτον ἀνθρώπων μέμψεται νῦν, ἐξ οὗπερ εἰς πάντας φωτὸς δίκην ἐξέλαμψεν ἡ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἔνθεος καὶ διαγγελικὴ δύναμις, ὡς τολμᾶν τοῦ τοῦ φιλτάτου φόνου καὶ ταῖς δι' ἀνθρωποθυσιῶν σφαγαῖς, τὰ φονικὰ καὶ φίλαιμα καὶ μισάνθρωπα δαιμόνια ἐξιλεοῦσθαι. οἷα πεφάτευεν τοῖς πάλαι σοφοῖς τε καὶ βασιλεῦσι δαιμονῶσιν ὡς ἀληθῶς φίλον ἦν. νῦν δὲ τοῦ μηκέτι δύνασθαί τι καὶ ἰσχύειν τὰς φαύλας δαίμονας, μετὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν εἰς ἀνθρώπους παρουσίαν, καὶ αὐτὸς ὁ καθ' ἡμᾶς τῶν δαιμόνων κατήγορος ἐν τῇ καθ' ἡμῶν συσκευῇ, τοῦτόν τε λέγων μαρτυρεῖ τὸν τρόπον. Νῦν δὲ θαυμάζουσιν, εἰ τοσούτων ἐτῶν κατείληφε τὴν πόλιν ἡ νόσος, Ἀσκληπιοῦ μὲν ἐπιδημίας καὶ τῶν ἄλλων θεῶν μηκέτ' οὔσης. Ἰησοῦ γὰρ παρόντος ἀδεμιᾶς πω θεῶν ὠφελείας ἤσθετο.

Mor-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Mortua verò sunt Omnia à Dæmonibus profecta Oracula & Vaticinia. Neque ex quo tempore instar lucis omnibus affulsit vis divina atque Euangelica nostri Servatoris, aliquis eo usque insaniit, ut ausus sit cæde illius, quod sibi esset dilectissimum, & hominum mactatione, illos cædem & sanguinem sitientes, hominesque odio habentes placare Dæmonas. Qualia lubenti animo perpetrabant Veteres Sapientes & Reges, verè Dæmonibus acti & obsessi. Quod verò pravi Dæmones non amplius aliquam vim aut potestatem, post Servatoris nostri adventum habeant, etiam ipse (Porphyrius) qui contra nos Dæmonum patronus extitit, adstipulatur; dum in tractatu, quem contra nos conscripsit, tali modo loquitur: Nunc verò ipsos admiratio subit, si per tot annos Urbem (Romam) morbus occupaverit. Cùm non amplius ulla præsentia ibi sit Æscalapii, aut aliorum Deorum: nam postquam Jesus cultus fuit, nemo aliquid manifestum aut publicum sensit Deorum auxilium.

Quæ heic ponuntur ab Eusebio sunt, primo, Oracula post Christum natum, atque ob ejus in terras adventum, obmutuisse. Secundo, id etiam Ethnicos ac nominatim quidem Porphyrium, cujus verba, uti videmus, adducit, apertè confiteri. Nam quæ de Anthropothysiis seu victimis humanis, non ultra Euangelii deprædicationem mactatis, addit, nihil faciunt ad Oracula eorumve defectum. Ex iis tamen videbimus etiam, quàm parùm tuto, sine justo examine, fides adhibeatur huic nimium credulo, atque incauto sæpius, scriptori. Porphyrii verba (hinc enim incipiam) si quis ea attente legat, nihil minus loquuntur, quam de Oraculis eorumve defectu, (neque ignorare ullo modo poterat Porphyrius ipsius ætate adhuc multa ac celeberrima supereſſe, per diversas mundi plagas, γενησόμενα. quod ex sequentibus, spero, notissimum fiet) sed clarè satis, de miseriis, cladibus, devastatio-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

nibus, peſte aliiſque morbis, quæ jam longo tempore Urbem atque Imperium Romanum afflixerant, quorumque cauſas Ethnici imputabant Chriſtianis [hos enim ipſorum ritibus, cæremoniis ac reliquis moribus Idololatriæ connexis adverſos, atque irridentes illa quotidie ſentiebant, hincque odium immortale contra ipſos exercebant, ac quidquid in ipſorum damnum ac ruinam excogitari atque agitari poſſet, omni molimine contra ipſos, præſertim vero, ſacerdotes Ethnici, quorum è re id maxime erat, deleri hoſce Antagoniſtas exercebant] quaſi ex propagatione iſtius ſectæ ac Doctrinæ, ira atque indignatio Deorum in omne genus hominum eſſet effuſa. Legamus modo Arnobium, videbimus, in ipſo libri primi principio, eas fuiſſe ſolennes Gentilium querelas; ita enim ipſos loqui ſolitos teſtatur: *Poſtquam eſſe in mundo gens Chriſtiana cæpit, terrarum orbem periiſſe, multiformibus malis affectum eſſe genus humanum: ipſos etiam cælites derelictis curis ſolemnibus, quibus quondam ſolebant inviſere res noſtras, terrarum ab regionibus exterminatos.*

Eodem modo loquuntur, ſeu potius Ethnicos inducunt conquerentes, Origenes in Matth. cap. 24. Cyprianus initio libri ad Demetrianum, Auguſtinus pluſquam uno loco; item alii: ſed ſingulari, inter eos, cum emphaſi Tertullianus, Apologetici ſui cap. 40. cujus verba quoque hîc apponam: *„At è contrario illis nomen factionis accommodandum eſt, qui in odium bonorum & proborum conſpirant, qui adverſum ſanguinem innocentium conclamant, prætexentes ſanè ad odii defenſionem illam quoque vanitatem, quod exiſtiment omnis publicæ cladis, omnis popularis incommodi Chriſtianos eſſe cauſam. Si Tiberis aſcendit in mœnia, ſi Nilus non adſcendit in arva, ſi cœlum ſtetit, ſi terra movit, ſi fames, ſi lues, ſtatim Chriſtianos ad Leonem.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
366 F 33

At poſtea apud Chriſtianos eadem invidiâ laborabant Ethnici, ſive, (uti poſt aliquot Chriſtianiſmi ſecula vocabantur) Pagani: & cum ipſis ſimul Judæi, Samaritani atque hæretici [quorum hæreticorum definitionem diſcimus ex Cod. lib. 1. cap. 5. ubi Impp. Grat. Valent. & Theodoſ. inter alia dicunt: *Hæreticorum autem vocabulo continentur, & latis adverſus eos ſanctionibus ſuccumbere debent, qui* VEL LEVI ARGUMENTO *à judicio Catholicæ religionis & tramite detecti fuerint deviare.* En quo diſcordia cives diduxit miſeros!] quod patet ex Novella III. Theodoſii de Judæis, Samaritanis, Hæret. ubi ita habetur: *An diutiùs perferimus mutari temporum vices, iratâ cœli temperie? quæ, Paganorum exacerbata perfidiâ, neſcit naturæ libramenta ſervare. Unde enim ver ſolitam gratiam abjuravit? unde æſtas meße jejunâ, laborioſum Agricolam in ſpe deſtituit ariſtarum? unde hyemis intemperata ferocitas, ubertatem terrarum penetrabili frigore ſterilitatis læſione damnavit? niſi quod ad impietatis vindictam tranſit lege ſuâ naturæ decretum.*

Vide hîc, quæſo, quàm facile una pars alteram ſibi adverſam unius ejuſdemque criminis ream peragat: Ethnici ſcilicet Chriſtianos, quaſi ante Chriſti adventum, nullæ clades, nullæ ruinæ, nullæ miſeriæ, aut calamitates orbem terrarum afflixiſſent; ac tum demum, neque alia de cauſa, *exceſſiſſent adytis arisque relictis Di quibus imperium eorum ſteterat:* Chriſtiani è contra Paganos, Judæos, Samaritanos & hæreticos accuſabant, quaſi dum illi adhuc ſubſiſterent, ipſorum culpa totus Orbis jam vergeret in ruinam, totaque natura corrupta & inverſa deficeret, non in pœnam eorum à quibus iſta mali labes, adverſariorum judicio, orta, ſed in illorum noxam qui alios ſic criminabantur. At cui paulo cordatiori hîc non veniat in mentem illud Juvenalis:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Accuſat Manilia dum rea non eſt?

Verum redeamus in viam nobis propoſitam.

Clarius adhuc, quam ſuperius oſtenſum eſt, liquet, ex ipſo Porphyrio (imò ex ipſo Euſebio Porphyrium verbotenus citante) eum hîc minime loqui de Oraculis. Nam lib 4. cap. ult. præparat. Euangel. diſcimus ex hujus Porphyrii verbis, ab Euſebio ibi adductis, eum, uti & alibi, aſſerere, *quæcunque Oracula ullibi reddita fuerint, ea non per Deos, ſed per malos Dæmonas reddita: quorum Principem ait eſſe Serapin.* Hinc cauſam deducit, unde homines per Oracula illa fallantur, imò ad omnia prava ac ſceleſta, homicidia, adulteria, &c. perducantur, nihil adjumenti vero, ſed plurima nocumenta ac damna creduli homines per ea ſemper acceperint. Quæ certe non bene conveniunt nec in una ſede morantur, ſed plane diſcrepant, imò contraria ſunt.

Quis ergo non videt, eum in verbis ab Euſebio citatis, minime loqui de Oraculis eorumve defectu: ſed è contra noſtrum Euſebium per ea ſemetipſum fallere ex nimia incogitantia aut præjudicio?

Hæc tamen, uti jam jam evicimus, ita nimis temere aſſerta, ut admodum facile id in doctorum oculos incurrat, minime gentium ab aliis, de Oraculorum defectu loquentibus redarguuntur, Æl. Schedio, nempe, P. Mornæo, Hoſpiniâno, Boiſſardo, cæteriſve eam materiam directè aut indirectè tractantibus; ſed ut argumenta ſatis valida aſſumuntur: dum ex iis æque temere quam ipſe Euſebius, oſtendere nituntur Oraculorum defectum & circa Servatoris noſtri nativitatem, & ob nativitatem iſtam, accidiſſe. Ideoque nunc aſſerunt, nato Chriſto, Oracula, ac nominatim quidem Delphicum, ſiluiſſe; nunc tempore Hadriani Cæſaris, nunc alio; nunc denuò, perduraſſe quædam illorum uſque ad Julianum Apoſtatam: cum ſubinde & de Delphico dicant, id jam ante Ciceronem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

ronem (ipsum Ciceronem citantes testem) cessasse: nec sibi ullo modo constent, sed, sine ullo debito ac justo examine, asserant quicquid fere ipsis de iis occurrerit apud Veteres: atque inde modo affirment, modo negent, modo dubitent, denique, atque hæreant; quod suos nimis secure sequantur Duces, qui nec ipsi sibi magis constant.

Imò magnus ille P. D. Huetius tom. secundo, Propositi. 9. cap. 4. disertis verbis tempore Christi plane obmutuisse ea asserit. ejus verba sunt: *Huc adjungendus Oraculorum defectus, cujus causam curiosè scrutati sunt, cum alii scriptores, tum potissimum Plutarchus: ex quo discas*, PAULATIM EA CONTICESCERE COEPISSE, AD CHRISTI USQUE TEMPUS, QUO OBMUTUERUNT: *quasi fractâ tum penitùs Dæmonum vi, silentioque ipsis impositio.* An vero talia nos doceat Plutarchus, imò unquam somniasse videatur, videbimus paulo inferius. Isaacus quoque Vossius in tractatu suo *de Sibyllinis*; (quod mireris sane in hoc tanto viro, ac tam plurimæ lectionis tamque acris judicii) *ut manifestum sit, non potuisse hæc ab aliis quam à Judæis vulgari, qui sub nomine fatidicarum mulierum, & quarum apud Gentes magna esset auctoritas, ea in lucem edidere, quæ ipsi è Prophetarum suorum hausissent Oraculis. Nec successus horum defuit Vaticiniis, & quidem tantus*, UT (NB.) CÆTERARUM GENTIUM PROTINUS CESSARINT ORACULA.

Vide sis hîc mecum, Lector, quam multa à multis pro veris affirmentur, quæ, si modico subjicerentur, examini hisce assertoribus ipsis ne speciem quidem ullam veritatis habere viderentur. Sed ita fit: Viderint titulum libri Plutarchiani de Oraculorum defectu: quid opus ulterius legere aut perlegere librum ipsum, cum ex titulo solo concludere quis valeat, Oracula, jam Plutarchi ætate, defeciisse. Viderint Eu-

sebium

sebium citantem Porphyrium, quid opus verba ipsius examinare Porphyrii? Itane mendax fuerit Eusebius, itave aut hebes aut stupidus, ut intelligere nequiverit, quid Porphyrius de ea re vel scripserit vel intellexerit? & licet ipse quoque adducas illius verba uti habentur apud Eusebium; nonne sufficiat ea sic intellexisse ut Eusebius illa intellexit? Certe si hoc modo agamus etiam cum iis quæ apud Ciceronem, Plutarchum, aliosque habentur, aut ex iis ab aliis citantur, nec ulteriori examine defungamur; longe commodius ac minori negotio scribimus libros, quam si laborioſe admodum investigemus, an bene vel male citati, intellecti, aut versi fuerint Porphyrius, Plutarchus, Cicero, Juvenalis, aliique, de quorum verbis oriri posset controversia. Quam pauci, interim, lectores inquirunt & rite examinant ea quæ sic adducuntur; ac non potius credunt hujusmodi scriptoribus? interim patitur veritas. Sed à quonam tempore hoc novum fuit?

Verum redeamus ad Eusebium, ac videamus quam firmiter secundo argumento, ab Ethnicis ex Plutarcho desumpto, demonstret Oracula circa Christi nativitatem defeciſſe: illud autem quod tam avide omnes fere arripiunt, est Historiola illa seu potius fabula (ut statim ostendetur) quæ narratur à Cleombroto in Dialogo de Oraculorum defectu, hoc modo. Περὶ ἧς ἔγωγε θαυμάζω τῶν πάλαι λόγον ἀνδρὸς οὐκ ἄφρονος ἀλλ' ἀλαζόνος, Αἰμιλιανὸν γὰρ ἔφη ῥήτορα, ὃς ἐξ ὑμῶν ἔνιοι μεμνήσθαι, Ἐπιθέρσης ὦν πατὴρ, ἐμὸς πολίτης καὶ διδάσκαλος γραμματικῶν· ἔτος ἔφη, πότε πλέων εἰς Ἰταλίαν ἐπιβῆναι νεώς, ἐμπορικὰ χρήματα καὶ συχνὸς ἐπιβάτας ἀγούσης. ἐπεσέρας δὲ ἤδη πρὸς τὰς Ἐχινάδας νήσους ἀπνοῆναι τὸ πνεῦμα, καὶ πρὸν ναῦν παραφερομένην πλησίον γενέσθαι Παξῶν ἐγρηγορέναι δὲ τοὺς πλείστους, πολλοὺς δὲ καὶ πίνειν ἔτι δεδειπνηκότας· ἐξαίφνης δὲ φωνὴν ἀπὸ τῆς νήσου τῶν Παξῶν ἀκουσθῆναι θαμὰ τὸν Θαμοῦν βοῇ καλοῦντος ὥστε θαυμάζειν· ὁ δὲ Θαμοῦς Αἰγύπτιος ὢν κυβερνήτης, καὶ τῶν ἐμπλεόντων γνώριμος πολλοῖς

ἀπ'

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

ἀπ' ὀνόματος. Δὶς μὲν ἂν κληθέντα σιωπῇσομαι, τὸ δὲ τρίτον ἀνακόσομαι τοῦ καλοῦ κἀκείνου, ὅπ πλείσταις τοῖς φανλοις εἰπεῖν, ὅτι, ὅπαν γένηται τὸ Παλαῖδες, ἀπάγγελον ὅτι Πὰν ὁ μέγας τέθνηκε. τοῦτ' ἀκούσαντας ὁ Ἐπιθέρσης ἔφη πάντας ἐκπλαγῆναι, καὶ διδόντας ἑαυτοῖς λόγον, εἴτε ποιῆσαι βέλτιον εἴη τὸ προστεταγμένον, εἴτε μὴ πολυπραγμονεῖν, ἀλλ' ἐὰν ἄτως, γνῶναι τὸν Θαμοῦν, ἐὰν ὡς ἡ πνεῦμα, παραπλεῖν ἡσυχίαν ἔχοντα νεωτερίας δὲ καὶ καινότητος οὐδὲ τὸν τόπον γνωρίζοντος, ἀνεπιτήδειον ὁ ἄνεμος ἦν ὡς ἂν ἐχρῆτο καὶ τὸ Παλαῖδες, ἅτε πλοίμαρχος ὄντος, ἅτε κυβέρνης, ἐκ πρύμνης βλέποντα τὸν Θαμοῦν πρὸς τὴν γῆν εἰπεῖν, ὥσπερ ἤκουσεν, ὅτι ὁ μέγας Πὰν τέθνηκεν. ὁ Φάναι δὲ παυσάμενον αὐτὸν, καὶ φωνὴν μέγαν ἐκ ἑνός, ἀλλὰ πολλῶν συναγμὸν, ἅμα θαυμασμῷ μεμιγμένον· οἷα δὲ πολλῶν ἀνθρώπων παρόντων, ταχὺ τὸν λόγον ἐν Ῥώμῃ σκεδασθῆναι, καὶ τὸν Θαμοῦν φωνὴν μεταπεμφθῆναι ὑπὸ Τιβερίου Καίσαρος. ἔτι δὲ πιστεῦσαι τῷ λόγῳ τὸ Τιβέριον, ὥστε διαπυθέσθαι καὶ ζητεῖν περὶ τοῦ Πανός. εἰκάζειν δὲ τοὺς περὶ αὐτὸν φιλολόγους συχνοὺς ὄντας, τὸ ἐξ Ἑρμοῦ καὶ Πενελόπης γεγονέναι· ὁ μὲν δὴ Φίλιππος εἶχε καὶ τῶν παρόντων ἐνίους μάρτυρας, Ἀμιλιανοῦ τοῦ γέροντος ἀκηκόοτας.

Quæ sic vertuntur à Doctissimo Turnebo: *De Dæmonum porrò obitu narrationem quandam de homine nec stulto nec vano accepi. Nam Æmiliani Rhetoris, ex quo nonnulli etiam vestrum hoc audierunt, Epitherses fuit Pater, municeps meus, Grammaticæ Professor. Is narrabat quum aliquando Italiam cogitans navigium conscendisset, quod non solum mercium magnam vim, sed vectorum etiam magnam turbam ferret, sub vesperam ad Echinades insulas penitus flatum siluisse navique in salo fluitante, & tandem ad Paxas delata, plurimis tum vigilantibus, multis etiam post cœnam compotantibus, è Paxis repente vocem auditam esse, cujusdam Thamum inclamantis. Erat autem Thamus Ægyptius gubernator multis qui in navi erant nomine ignotus. Bis igi-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

tur inclamatum ſiluiſſe, tertium vocanti paruiſſe: illum majore vocis contentione imperaſſe, ut, cum ad Palodes pervectus eſſet, Pana magnum mortuum eſſe nuntiarent. Hoc audito Epitherſes conſternatos omnes ſtupore dicebat. Quumque deliberarent quod imperatum erat, faciendum eſſet nec ne, hac de re ſic Thamum cenſuiſſe; ſi flatus ſpiraret ſilentio prætervehendum eſſe, ſin à ventis eſſet eo in loco quies & tranquillitas, quod audiverat eſſe prædicandum. Igitur ad Palodes perlatis, quum aura nulla eſſet nec unda, proſpectantem è puppi Thamum exclamaſſe ut audierat, Pana magnum eſſe mortuum: continuoque quum vixdum finiſſet, ſecutum eſſe ingentem non unius, ſed multorum, gemitum admiratione mixtum: & quod multi adfuiſſent narrabat rei famam celerrime diſſipatam eſſe Romæ, Thamumque à Tiberio Cæſare accerſitum: Tiberium verò uſque adeo huic rei fidem adjunxiſſe, ut quis ille Pan eſſet, interrogaret & quæreret. Doctos verò homines, quos circa ſe frequentes habebat, cenſuiſſe Panem eum eſſe qui ex Mercurio & Penelope natus eſſet. Atque hæc quidem Philippus, quorundam etiam qui aderant memoria atteſtante, qui de Æmiliano Sene ſe audiviſſe dixerunt.

Fabula hæc, uti revera eſt, ſicut ex ſequentibus manifeſtum fiet, ab Euſebio non ſolùm citatur, ſed etiam à viris jam ſupra nominatis (atque etiam à Joachimo Oudaan in Dialogo quarto de Potentia Romana, ſive, ut Belgicè libro huic nomen dat, **De Goomſche Mogentheyt**/) pro vera habetur Hiſtoria: ac quidem præcipue quod prætenſa iſta Hiſtoriola dicatur Tiberii Cæſaris ſub Imperio contigiſſe, adeóque cum tempore mortis Servatoris noſtri ipſis congruere videatur; ad cujus mortem & Boiſſardus & alii hanc Hiſtoriolam referunt: ad Dæmonum ſeu Diaboli mortem, ratione Oraculorum, ut quæ antea longe magis vigebant, alii:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

alii : quamvis alii denique aliter hæc interpretentur & applicent.

Ex hiſce audiamus, quæſo, primo loco Boiſſardum in hunc modum loquentem , libro de Divinatione & Magicis præſtigiis: *Quidam exiſtimant vocem illam locutam fuiſſe de Chriſti Servatoris morte : cum audita ſit anno* DECIMO NONO *Imperii Tiberii Cæſaris, quo Chriſtus crucifixus eſt. Et hunc credimus univerſæ naturæ , & totius mundi Dominum & formatorem, verum Verbum Dei, per quod Deus omnia creavit. Et ipſi Arcades Pana vocarunt* τὸν τῆς ὕλης Κύριον : *non ſolum ſylvarum Dominum, ſed univerſæ ſubſtantiæ materialis Dominatorem (ut ſcribit Macrobius) cujus materiæ vis univerſorum corporum , ſeu illa divina ſint , ſive terreſtria , componit eſſentiam. Ideo Pan dictus eſt Deus univerſi. Neque male ſuſpicantur multi (ſive fuerit Angeli boni , ſive Dæmonis alicujus) per Pana Magnum intellexiſſe Jeſum Chriſtum , qui ſub Tiberio paſſus eſt. Nam & Dæmones ſæpius vera ſolent proloqui , verbis tamen ambiguis , ut homines magis ac magis in errores inducant.*

Mirum ſanè ſi per Angelos bonos hæc fuerunt annunciata, neque Thamum neque Epitherſen reliquoſve vectores , aut aliquos ſaltem inter eos, neque ipſum Tiberium, nec quos ſuper hac re conſulebat Sapientes, nec denique ipſum Æmilianum , Plutarchum alioſve , quibus hæc narrarunt tanto poſt paſſionem , ac prædicationem Euangelii Jeſu Chriſti , intervallo, conjectaſſe ea de Chriſto Servatore noſtro, fuiſſe prolata.

Aſt fuerit vox Dæmonis, ut homines ita magis ac magis in errores induceret, (ut alii volunt) cui uſui ipſi hæc proloqui ſolùm inter iſtos homines qui ne minimam quidem Jeſu Chriſti notitiam habebant ? ac quidnam nocumenti accipere

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
366 F 33

poterat Doctrina Euangelii, si Ethnici crederent Magnum aliquem Dæmonem, sive Pana illum (qui nunquam fuit) sive alium quendam mortuum esse? ac cur non potiùs è contrario vereri debebant, si tale quid annuntiaretur, hoc in ipsorum, non Jesu Christi, damnum cedere debere: cum ita de propria Religione Ethnici, ut dubitare inciperent, induci possent atque, audito Euangelio, eo facilius ad illud transire deliberarent: præsertim cum inde minus mirum ipsis videri deberet, Filium Dei mortem obiisse, eo quod & ipsorum Dæmones idem paterentur?

Ac quomodo Diabolus per hæc verba, de Magni Panos morte, ita præoccupare potuit Aures hominum, quo minus intelligerent aut crederent, (ut alii putant,) mortem Christi; cum Historiola hæc à Plutarcho, ut communi mundo minus nota, iisque quibus eam sub persona Philippi narrat, ignota, adducatur?

De Dæmonum morte, aut ad minimum perpetuo silentio, Eusebius aliique hæc interpretantur. Hinc Mornæus, post multa alia quibus Defectum Oraculorum circa & ob nativitatem Christi adstruere nititur, (etiam ex ipsorum Dæmonum prætensis Oraculis aut responsis) narrata denique Historiola illá de Epitherse, (quam memorabilem vocat Historiam atque ut omninò veram ex Plutarcho allegat,) hæc addit: *Mais remarquons que c'estoit soubs Tibere, soubs lequel fut crucifié Jesus, & que ce Pan estoit un des principaux Dæmons des Gentils: comme se voit par son Oracle,*

Ren te voeux ô Mortel, a Pan le Dieu cornu, Sauvage, chevre pied, &c.

Et de fait à Diocletian Apollo respond, que les justes le rendent muet; & le Prestre lui dit: que par les justes il entendoit les Chrestiens, dont il se mit à les persecuter, &c.

Latina (pro ut ab ipso hæc ex idiomate Gallico in eam con-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

converſa ſunt) ita ſonant: *Notemus verò ſub eodem Tiberio crucifixum Jeſum; Pana verò in gentilitiis Dæmonibus inſignem locum tenuiſſe, ut ex ipſius Oraculo apud Porphyrium liquet.*

Χρυσόκερως Βλοσυρῶπις Διωνύσου θεραπὼν πὰν
Βαίνων ὑλήεντα κατ' ὄρεα χθιζὸς κραλαιῇ, &c.

PAN AUREIS CORNIBUS TRUCIS DIONYSII MINISTER,
GRADITUR PER MONTES SILVOSOS, &c.

Itaque reſpondet Apollo Diocletiano, juſtos illi os obturare, quo minus oracula edere poſſit: & Sacerdos juſtos Chriſtianos interpretatus eſt, quos idcirco Imperator perſequi cœpit. [Conferat quæſo Lector ambarum callens linguarum hæc Latina cum Gallicis quæ præcedunt.] Petrus Molinæus verò qui alias (ubi tractat de Oraculorum defectu, in Vate ſuo lib. 3. cap. 11.) cæteris cordatior eſt. Non dubitat etiam, poſt fabellam hanc narratam, ſequentia hæc ei ſubjungere:

Huic narrationi fidem creat circumſtantia temporis: incidit enim hæc res in tempus quo Chriſtus mortuus eſt. Eſtque veriſimile ejulationes Dæmonum inde ortas, quod ſcirent morte Chriſti Satanæ regnum concidiſſe. Eſt enim Pan vox aptiſſima ad ſignificandum Dominum univerſi qui eſt Omnia in omnibus, ut ait Paulus 1 *Cor.* 15. 28.

Vide hic jam aliam cauſam: Diabolus nimirum qui ipſe per ſe hæc non poterat ſociis ſuis, qui hujus rei neſcii erant, nuntiare, ſed miniſterio hominum ad hoc opus habebat, mandabat hæc Thamo; atque hinc, poſt rem illam ipſis nunciatam, tam triſtes ejulationes. Sed relinquamus ipſi hanc veriſimilitudinem.

Quis enim è Plutarcho, licet maxime ponamus Hiſtoriam hanc eſſe veram, nobis oſtendet eam, tempore paſſionis contigiſſe?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

tigisse? cum ipse Plutarchus solùm dicat: [*Epitherses*] *narrabat quum* ALIQUANDO *Italiam cogitans, &c.* Et tamen audacter admodum Boissardus asserit, *hoc eo ipso anno* 19. *Imperii Tiberii Cæsaris fuisse factum.*

Optandum esset, sane homines tam multæ lectionis, atque alias, quantum apparet; minimè malos, non tam in transversum actos fuisse aut studio partium, aut asserendi apud alios, id quod ipsi tam libenter credebant esse verum; ut non contenti iis, quæ seu vera, seu falsa apud alios invenerant, sui muneris esse putassent, multa illis affingere.

Cordatior hîc Baronius; qui, dum ad annum Domini nostri 34. hanc recitat fabulam, utitur hisce verbis: *Qualiacunque sint, fides esto penes auctorem, &c. Et sanè quidem si rei gestæ fidem adhibendam esse putamus.* Sed cordatiores adhuc Centuriatores Magdeburgenses qui Cent. 1. lib. 2. cap. 15. hæc plane ridicula æstimant, dum de Eusebio hæc ex Plutarcho in testimonium adducente dicunt: *Ubi & de Pane sub Tiberio mortuo ridicula narrat.*

Habent igitur eam narratiunculam, uti revera est, pro fabulâ: At si fabula hæc secundum Boissardum, Molinæum, & cæteros pro vera Historia sit habenda, eo quod Plutarchus tantus Vir, eam pro vera Historia narret; cur non & ea, quæ sequitur ibidem, ejusdem ponderis aut veritatis habeatur, ab iis qui hîc non solùm Plutarchum, sed & Eusebium citant? Eusebius enim eam non omittit, quasi ejusdem cum jam recitatâ veritatis, uti & certe est, ac merito illam nullo dato interstitio subsequitur: ita enim pergit: ὁ δὲ Δημήτριος ἔφη τῶν περὶ τὴν Βρεττανίαν νήσων εἶναι πολλὰς ἐρήμους ἀποῤῥάδας, ὧν ἐνίους Δαιμόνων καὶ Ἡρώων ἐνομάζεσθαι, πλεῦσαι δὲ αὐτὸς ἱστορίας καὶ θέας ἕνεκα, πομπῇ δ' Βασιλέως, εἰς τὴν ἔγγιστα κειμένην τῶν ἐρήμων, ἔχουσαν ὀ πολλὸς ἐποικοῦντας, ἱερὸς ἦ καὶ ἀσύλους πάντας ὑπὸ τῶν Βρεττανῶν ὄντας. ἀφικομένῳ ἦ αὐτῷ νεωστὶ, σύγχυσιν μεγά-

μεχάλω πρὸς τὸν ἀέρα, καὶ δυσημείας πολλὰς γενέσθαι, καὶ πνεύματα καταῤῥαγῆναι καὶ πεσεῖν περιπέτειας. ἐπεὶ δ' ἐλώφησε, λέγειν τὰς νησιώτας ὅτι τῶν κρειττόνων τινὸς ἔκλειψις γέγονεν. ὡς γὰρ λύχνου ἀναπτόμενον φάναι δεινὸν ὀδὲν ἔχει, σβεννύμενον δὲ πολλοῖς λυπηρόν ἐστιν, ὅτως μεχάλας ψυχὰς τὰς μὲν ἀναλάμψεις δύσεις καὶ ἀλύπους ἔχειν, αἱ δὲ σβέσεις αὐτῶν καὶ φθοραὶ πολλάκις μὲν ὡς νῦν πνεύματα καὶ ζάλας τρέπεσι, πολλάκις δὲ λοιμικοῖς πάθεσιν ἀέρα φαρμάττουσιν. ἐκεῖ μέντοι εἶναι νῆσον ἐν ᾗ τὸν Κρόνον κατείρχθαι φρουρούμενον ὑπὸ Βριάρεω καθεύδοντα δεσμὸν γὰρ αὐτῷ τὸν ὕπνον μεμηχανῆσθαι, πολλοὺς δὲ περὶ αὐτὸν εἶναι δαίμονας ὑπηρέτας καὶ θεράποντας. Ὑπολαβὼν δὲ ὁ Κλεόμβροτος, Ἔχω μὲν (ἔφη) καὶ ἐγὼ τοιοῦτόν τι διελθεῖν. ἀρκεῖ δὲ πρὸς τὴν ὑπόθεσιν, τὸ μηδὲν ἐναντιοῦσθαι, &c.

Demetrius autem narravit earum insularum quæ sunt prope Britanniam, plerasque desertas ac sparsas esse, quarum nonnullas Dæmonibus & Heroibus esse dicatas. Sese autem cognoscendi causâ, Imperatore mittente, navigasse ad unam desertis proximam, paucis habitatam cultoribus, quos Britannis sacrosanctos & inviolatos omnes esse: non multo autem postquam evenisset fœdam cœli perturbationem & prodigiosam tempestatem esse coortam: procellas in abruptum lapsas cecidisse, ardentium fulminum jactus fuisse: quibus sedatis insulanos dixisse, aliquem è præstantioribus interiisse. Nam ut lucerna dum accenditur noxia neminiest, dum extinguitur, multis tetrum odorem afflat; sic animos magnos dum accenduntur, propitios & innoxios esse; dum extinguuntur & intereunt, sæpenumero, ut modò, ventos ac procellas miscere, interdum pestilenti lue cœlum inficere. Jam verò insulam illic quandam esse, in qua Saturnus carcere clausus à Briareo custodiatur sopitus: somnum enim illi esse pro vinculo. Multos autem ei Dæmones esse circum pedes atque servos. Tum Cleombrotus, ipse etiam talia quædam,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

dam, inquit, commemorare poſſim: nunc ſatis eſt propoſito nihil repugnare, &c.

Quæ heic obiter notanda veniunt, ſunt verba illa Mornæi ubi de Pane loquitur: *Et que ce Pan eſtoit un de principaux Demons des Gentils, &c.* Vel ut in verſione Latina habetur, *Pana in Gentilitiis Dæmonibus inſignem locum tenuiſſe.* Aſt Pan ille *Deus Arcadiæ*, quem Virgilius Poëta inducit *Sanguineis ebuli baccis minioque rubentem*, minime ex Dîs majorum gentium, ſed ex plebe Deorum erat. Hinc Ovidius in Ibin, poſt verſus hos,

Dî maris & terræ, quique his meliora tenetis,
Inter diverſos cum Jove regna polos, &c.

Poſtea ſubjungit:

Vos quoque PLEBS SUPERUM *Fauni, Satyrique, Lareſque,*
Fluminaque & Nymphæ, Semideûmque genus.

Imò & Pan ille de ſeipſo,

Nos vappæ ſumus & puſilla,
Culti ruris minima. ——

Unde non mirum ſane Simichida, apud Theocritum, ut ruſticum, canere in hunc modum:

Τόν μοι Παὰν, ὁ μόλας ἐρυθὸν πέδον ὅστε λέλογχας,
Ἄκλητον κείνοις φίλας ἐς χεῖρας ἐρείσαις,
Εἴτ' ἔς ἄρ ὁ φιλῖνος ὁ μαλθακὸς, εἴτε τις ἄλλος.
Κλῦθι μὰν ταῦθ' ἕρδοις, ὦ Παὰν φίλε, μή τύ τι παίδες
Ἀρκαδικαὶ σκίλλαισιν ἰσὸ πολυρρὰς τε καὶ ὦμες
Ταυίκα μαστόδιεν, ὅτε κρέα τιθὰ παρείη·
Εἰ δ' ἄλλως νεύσαις, κἤθ' μὰν ἕρσα πάνθ' ὑνύχεσσι
Δακνόμενος κυάσαις, καὶ ἐν κνιδαισι καθεύδοις.

Εἴης

Εἴης σ' Ἡδωνῶν ὄρ' ἐν ἄρεσι χείματι μέσῳ,
Ἕβρον παρ ποταμὸν τετραμμένος, ἐσχάθεν ἄρκτου·
Ἐν δὲ θέρει πυμάτοισι παρ' Αἰθιόπεσι νομεύοις
Πέτρας ὑπὸ βλεμύων, ὅθεν ἀκέτι Νεῖλος ὁραᾶς.

Hunc mihi Pan, Homoles amabile ſolum qui ſortitus es,
Non vocatum illius charas in manus ſiſtas:
Sive is eſt tener Philînus, ſive quiſpiam alius.
Et, ſi hæc facies, ô Pan Chare, ne te pueri
Arcadici ſquillis ſub latera & humeros
Tunc flagellent, quum carnes paucæ adſunt:
Sin aliter annues: tunc per totum corpus unguibus
Morſus ſcalparis, & in urticis dormias.
Sis autem Edonorum quidem in montibus hyeme mediâ,
Ad Hebrum fluvium verſus, prope Septentrionem:
Æſtate verò ultimos apud Æthiopas paſcas,
Sub ſcopulum Blemyorum, unde non amplius
Nilus videri poteſt.

At *Pana* illum, objiciat quiſpiam, apud Arcades, *univerſæ ſubſtantiæ materialis Dominum habitum*, ex Macrobio videlicet, qui ita de Pane Saturnal. lib. 1. cap. 22. *Pan ipſe quem vocant Inuum, ſub hoc habitu quo cernitur, Solem ſe eſſe prudentioribus permittit intelligi. Hunc Deum Arcades colunt appellantes* τὸν τῆς ὕλης κύριον: *non Sylvarum Dominum, ſed univerſæ ſubſtantiæ materialis Dominatorem ſignificari volentes. Cujus materiæ vis univerſorum corporum, ſeu illa divina ſeu terrena ſint, componit eſſentiam.* At Pan ille Myſticus diverſus longe à Pane iſto qui Mercurii ac Penelopes filius habebatur. Nec talem Myſticum Pana ſomniabant ſapientes iſti à Tiberio accerſiti (ſi modo unquam accerſiti ſunt: imo reverâ nunquam ſunt, quia purum putum figmentum ac fabula eſt tota hæc Hiſtoriola) quum univerſi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Dominus mori (hoc est interire) minimè queat. Dum è contra quicquid natum fuerit denuo moriatur.

Quam gemina autem sunt hæc illis quæ in Philopseude suo, ac vera Historia, narrat talium falsus derisor Lucianus!

Videmus ergo ex hisce quam facile se duci sinat Eusebius, umbramque inanem pro vero corpore persequatur, multique alii eum in talibus sequantur, nec sufficere aut sibi aut aliis existiment, nisi & de suo aliquid addant.

Non felicior est idem ille Eusebius, in eo quod Victimas humanas, post Christi nostri adventum non amplius mactatas, sed hoc genus sacrificii abolitum, affirmet. Nam Tacitus, Plinius, Plutarchus ac Lampridius non solum, sed etiam Sidonius Apollinaris, Procopius aliique ipsis longe juniores, contrarium planè, ac quidem de suis temporibus, testantur, de Germanis, Suevis, Britannis, Persis, aliisque pluribus populis; ostenduntque hæc horrenda sacrificia usque ad Justinianum, imò & ad Henricum Aucupem, perdurasse. Quod verò in ipsa urbe Roma usque ad ipsius Eusebii ætatem hæc peracta fuerint, patet (ut Tertullianum ac Minucium Felicem, qui de suis temporibus id testantur, præteream) ex Porphyrio & Lactantio; Porphyrium etiam ipso adducente Eusebio, in libro de Laudibus Constantini, hisce verbis utentem: Ἀλλ' ἔτι καὶ νῦν τις ἀγνοεῖ καθ' ὅλην μεγάλην πόλιν τῇ τοῦ Λατιαρίου Διὸς ἑορτῇ σφαγιαζόμενον ἄνθρωπον, *Sed etiam nunc, quis ignorat, in magna illa Urbe* [Româ] *Jovis Latialis Festo pro Victima jugulari hominem?*

Addamus huic Porphyrio, qui ante Eusebium vixit, Lactantium Eusebii contemporaneum; qui de suo (Lactantii nempe, adeoque ipsius Eusebii, ipsique satis noto, uti ex Chronico patet) tempore, hoc ipsum quoque affirmat, lib. 1. de falsa religione hisce sequentibus: *Apud Cypri Salaminem humanam hostiam Jovi Teucrus immolavit: idque sacrificium*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

cium posteris tradidit. Quod est nuper Hadriano imperante sublatum. Quibus paulò pòst subjungit : *Nec Latini quidem hujus immanitatis expertes fuerunt. Siquidem Latialis Jupiter* (NB.) *etiam nunc sanguine colitur humano.* Quibus addamus postremò & Prudentium : qui libro 1. contra Symmachum,

Incassum arguere jam Taurica sacra solemus :
Funditur humanus Latiali in munere sanguis, &c.

I nunc & crede Eusebio absque prævio & exacto examine. Ex talibus enim exemplis, quæ plura dari possent, facilè quivis queat cognoscere, quantum fidei sit tribuendum iis, quæ de Oraculis eorumque defectu scribit : de aliis etiam procedente nostro discursu videbimus.

CAPUT II.

Suidæ, Cedreni, ac Nicephori testimonia de puero Hebræo; ut & de Augusto Oraculum Delphicum consulente, examini subjiciuntur : istaque occasione de veterum quorundam (Justini, aliorumque) credulitate, quandoque nimia, agitur : sicut etiam de Tiberii prætensa erga Christum nostrum pietate.

SEd uti argumenta pro Oraculorum defectu petuntur ab Ethnicis, (quo successu jam examinavimus) sic etiam pro ea sententia in testimonium adducitur ipse Diabolus : qui alias mendaciorum Pater; tamen hic coactus, veritatem confessus sit.

Edidit ergo, uti volunt, diversa Oracula, seu responsa,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

de Oraculorum defectu non ſolum, ſed & de Chriſto Salvatore noſtro: imprimis tamen illud, tam ab omnibus fere decantatum, quod Auguſto Delphis ſciſcitante eum dediſſe perhibent.

Nimirum Suidas, Nicephorus & Cedrenus (quorum poſtremus etiam illud ex Euſebio citat, quanquam, ſaltem hodie, id apud eum, quod ſciam minime inveniatur) narrant Cæſari Auguſto, hoc fuiſſe redditum quum, jam Senex & anxius de ſucceſſore, profectus ad Apollinem Delphicum Oraculum ejus ſuper ea re conſuleret; cuique poſt iteratas Hecatombas cauſam taciturnitatis ἀρρησίας illius inquirenti, datum hunc ſequentem, tradunt, reſponſum.

Παῖς Ἑβραῖός με κέλεται μακάρεσσιν ἀνάσσων
Τὸν δὲ δόμον λιπεῖν, καὶ ἀΐδδην αὖθις ἰκέσθαι
Λοιπὸν ἄπιθι σιγῶν ἐκ δόμων ἡμετέρων.

Me puer Hebræus, jubet hinc, Rex ille Deorum
Tartareos remeare domos, hac æde relicta.
Poſt terga ora tenens, altaria noſtra relinquas.

Ita in Diſſertatione 33. de fide Divinationibus adhibenda vertit Joh. Maria Maraviglia, alii aliter. Græca verba ſic exprimit Suidas: Nicephorus tamen in primo verſu pro θεοῖς legit (uti & Cedrenus) θεὸς; additque in ſecundo τε, ſc. poſt λιπεῖν; item ἀΐδδος pro ἀΐδδην; pro quo ἀΐδδην Cedrenus ſcribit ἄδδην: qui & poſtremum verſum ſcribit, (ſaltem in editione Græco-Lat. Baſilienſi.)

Ἄπιθι λοιπὸν ἐκ δόμων ἡμετέρων,

cum cæteri habeant:

Λοιπὸν ἄπιθι σιγῶν, &c.

Quos verſus ſic (ratione metri) malè conceptos, alii, ex recentio-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

centioribus hujus præteritique ævi Scriptoribus, diversimodè corrigunt. Hinc magnus ille J. Scaliger, & post ipsum, Isaac. Casaubonus, rejiciunt vocem παῖς & legunt Ἐξ ἀῖδῶ κέλεταί με Θεὸς, &c. Ubi tunc versus quidem constat, sed totus ille puer, ac tantus quantus ille est aut fuit unquam, evanescit, seu potius Metamorphosi subita in Deum mutatur: qui tamen, citantibus Nicephoro ac Cedreno, & puer simul & Deus prætenso isti Apollini habitus ac nominatus fuerat.

Sic in secundo, καὶ ὁδὸν πάλιν αὖθις ἰκέσθαι tertium, (quem pro duobus prioribus affecto, post Eusebii tempora, habent) cum Cedreno legunt: Schedius, sicut & Peucerus, legunt in secundo quoque καὶ αἶδλω αὖθις ἰκέσθαι, ac tertium hoc modo, λοιπὸν ἄπιθι σιγῶν ἐκ βωμῶν ἡμετερέων: ubi Peucerus tamen, in fine, ἡμετερέων habet. Unusquisque, scilicet, pro libitu ac gustu, versus istos aut concinnat, aut transformat.

At, dicat forsan aliquis, transformatio illa non impedit, quominus sint vere Diaboli versus, sub Apollinis nomine Cæsari Augusto editi. Nam talis aut non multum dissimilis diversitas occurrit sæpe, vitio exscriptorum aut sciolorum, in auctoribus minime suppositiis, eave suspicione laborantibus. Atque hinc tam diversa corrigendi emendandique prurigo inter hodiernos oritur Criticos. Fateor. Sed consideratis quoque iis, quæ jam dicturus sum, puto eam diversitatem, quæ in verbis hisce prætensi, sive Apollinis, sive Diaboli comparet, fore quoque notam manifestam malæ mercis malignè nimium credulis obtrusæ.

Verum addamus antea & ea quæ huic fabulæ adduntur, per eos qui ipsam nobis narrant: Augustum, scilicet, cum hoc responso reversum Romam, ibi in Capitolio erexisse magnam aram tali inscriptione Latinâ ornatam: HÆC EST ARA PRIMIGENITI DEI. Quæ vox *Primigeniti* tamen nullibi in præ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
366 F 33

tenſo iſto Oraculo comparet : ſic ut eam inde minimè haurire Auguſtus Cæſar potuerit: unde etiam tanto magis patet impoſtoris , qui hæc primo confinxit , mendacium : Sive hic Suidas fuerit , ſive alius quiſpiam , à quo Suidas nimis avidè hæc hauſit.

Hodie , quod ſciam , nullibi hoc apud Euſebium , ut jam dictum eſt, invenitur. Cedrenus id primus tradit: quem poſtea Nicephorus & Suidas, atque hoſce iterum recentiores , ſecuti ſunt. Sed ponamus cum Caſaubono , olim in ſcripto aliquo Euſebii hæc extitiſſe , quoniam Cedrenus ipſum citat auctorem , rejiciemus tamen illa tam ob rationes jam datas quam haſce ſequentes.

Primò enim non ſiluiſſent hæc in Apologeticis ſuis Juſtinus, Tertullianus, Theophilus , Tatianus aliique Scriptores Eccleſiaſtici : ut qui omnia quæ ab Ethnicis eorumque moribus aut actis deſumpta pro Re Chriſtiana afferre poterant , avidè admodum, ac quandoque majore cum Zelo (bono licet) quam judicio, arripuerunt , & contra Ethnicos ipſos defendendæ Doctrinæ Chriſtianæ attulerunt.

Secundo quod hîc non magis credendus Euſebius eſſet, quam ubi de Acroſtichide Sibyllæ teſtatur , apud Ciceronem ejus fieri mentionem : quum ex illa Acroſtichide videamus eam opus eſſe hominis per otium in Muſæo ſuo aliorum credulitati illudere ſtudentis : ſicut & ſucceſſum nacta fuit iſta fraus , non ſolùm in Euſebio & Auguſtino , ſed & multis aliis eos hîc nimis inconſideratè ſequentibus. Nec magis hîc credendus eſſet Euſebius quam ubi refert (quod tamen & poſt ipſum fecit , eodem errore , Hieronymus) Flavium Joſephum ſcripſiſſe , eo tempore (atque eodem quoque die) quo crucifixus eſt Dominus noſter Jeſus Chriſtus , ex adytis Templi voces erupiſſe dicentium , *Migremus ex his ſedibus :* quum tamen conſtet ex ipſo Joſepho , eum minimè hanc hiſtoriam refer-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

referre ad tempus Paſſionis, ſed ad poſtrema tempora obſidionis Hieroſolymitanæ, quæ annis circiter 40. poſtea accidit. Euſebius tamen, quamvis æque bene, quam nos hodie, in Joſepho, quem legerat, niſi plane cœcus, videre id potuerit, ita loquitur: Ἰώσηπος δὲ ἱστορεῖ κατὰ τὴν αὐτὴν ἡμέραν τῆς τοῦ Κυρίου σωτηρίου κλύσιν ἀνυπαδείκτως πρῶτον, ἔπειτα φωνῆς ἀθρόας ἔνδοθεν ἀκοῦσαι ἀπὸ τ' ἐσωτάτου τοῦ ἱεροῦ, METABAINΩMEN ENTEYΘEN. *Joſephus narrat, eo ipſo* (NB.) *die, quo cruci Dominus affixus fuit, primò ſonitum cœpiſſe, mox verò magnam vocem ex adytis Templi fuiſſe auditam*, MIGREMUS HINC.

Verum uti modo dictum eſt, non invenitur hæc Hiſtoria magis in ſcriptis Euſebii quam ea quæ ab ipſo de tempore Paſſionis referuntur, in ſcriptis Joſephi. Credere tamen poſſet aliquis hæc aliquando in Euſebii uno alterove ſcripto extitiſſe; nec veriſimile eſſe id abſque ratione aut veritate tam audacter aſſerere Cedrenum. At non novum eſt talia inveniri ab ipſo citata quæ nullibi inveniantur: aut ſi quando inventa fuerint, ſolùm extitiſſe ea in talibus ſcriptis, quæ pro falſis ac ſuppoſititiis jam ante multa ſæcula damnata fuerunt atque abolita. Hoc patet ex inſulſis iſtis fabulis, quas, uti ex Clemente Romano illo, quem Sanctus Apoſtolus Phil. 4. v. 3. nominat *inter cooperarios ſuos, & quorum nomina ſunt in libro vitæ*, nobis narrat pro veriſſimis hiſtoriis: &, ut alia multa præteream, ex illis quæ narrat de Simone Mago, ipſiuſque miraculis ac diſputationibus cum Apoſtolo Petro; fuiſſe nimirum ad fores iſtius Simonis canem prægrandem catena vinctum, cujus opera Simon arcebat quoſcunque ad ſeſe accedere nollet; idque primum Miraculum occurriſſe ad Simonem intraturis. Petrum vero cernentem canem ita efferatum & aſperum, ac cognito multos ab eo fuiſſe interfectos, quod ante juſſum Simonis eo ingredi eſſent conati, ipſum apprehendiſſe,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

hendiſſe, ſolutumque ad Simonem ut intraret juſſiſſe, utque humanâ voce uſus, diceret Petrum ſervum Chriſti cupere ipſum conventum : quo audito, canem ſtatim intro accurriſſe, atque ita eſſe locutum : adeóque obſtupuiſſe eos qui tum temporis Simoni aderant, ac percontatos, quiſnam iſte Petrus, & quænam ejus eſſet tanta poteſtas ? Simonem vero reſpondiſſe, non debere hoc ipſos ita mirari, nam ſe idem eſſe præſtaturum ; ac ſimul cani mandaſſe, uti humana voce Petrum introire juberet : quod cum & canis ille feciſſet, ita ad Simonem intraſſe Petrum. Cum porrò edendis miraculis certarent, Petrum ſanandis morbis ſuperiorem fuiſſe, multoſque fidem amplexos fuiſſe baptizatos, &c. At, hiſce non contentus narrat quoque alia mirabilia non ſolum ſed ſtupenda hujus Simonis miracula : eum nempe, ſtatuæ ut incederent, feciſſe; ipſum in ignem conjectum inde non fuiſſe aduſtum; in aërem ſubvolaſſe, lapides in panem convertiſſe; in draconem ſe transfiguraſſe; in aurum; in angues atque in alia animalia ſe convertiſſe; duas facies ſimul geſtaſſe quandoque; fores occluſas & vectibus armatas aperuiſſe; ferrea vincula diſſolviſſe, aliaque hiſce ſimilia, apud eundem Cedrenum videnda, perpetraſſe: Sed tædet pigetque, imò & pudet me pœne, harum ineptiarum.

Credatne aliquis, non nimia credulitate obſeſſus, talia ſcripſiſſe hunc Clementem ? At credidit Cedrenus : Sed impoſuerunt iſti bono Viro Recognitionum libri, ſeu praxeis Petri tam malignè atque inſulſe editæ ſub Clementis nomine, quam temere ei adſcriptæ, atque incogitanter creditæ : de quibus operæ pretium eſſet (niſi jam plus ſatis extra viam divertiſſem) audire Photii Judicium : qui non immeritò μυρίων ἀπηνημάτων τὴν πραγματείαν ταύτην γέμειν aſſerit. Sed quid mirum poſt tot ſæcula inventos fuiſſe homines, ex credulitate ſimul ac Zelo, quamvis non malo niſi in quantum nimis improvido,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

providò, ea aſſumentes ſibi, aliiſque obtrudentes, quæ apud magis perſpicaces ac cautos ſæpè ne minimam ſpeciem veritatis continerent : quoniam & in primis Chriſtianiſmi ſeculis, non defuere Viri, alias non magni nominis ſolùm, ſed & revera magni, qui ſatis incautè ſe, in iis, quæ aliquid pro veritate vel auctoritate Religionis Chriſtianæ facere videbantur, decipi paſſi ſunt Exempla ſi ſint adducenda, offerunt ſeſe illa in Juſtino, Clemente Alexandrino, pluribuſque aliis. Notum ſatis eſt quod Juſtinus narrat ut rem certiſſimam (duobus in locis Apologiæ ſuæ ſecundæ) ſtatuam, ſcilicet, erectam fuiſſe Simoni Mago Romæ ſub Claudio Cæſare, inter duos pontes in amne Tiberis, cum hac inſcriptione Latinâ, SIMONI DEO SANCTO; cum conſtet inter eruditos ibi (in Inſula illa) erectam quidem fuiſſe ſtatuam; aſt non *Simoni*, ſed alii Deo minorum gentium inter Sabinos, nec cum tali, qualem perhibet, inſcriptione, ſed hac ſequenti,

SEMONI
SANCO
DEO. FIDIO
SACRVM
SEX. POMPEIVS. SP. F.
COL. MVSSIANVS
QVINQVENNALIS
DECVR
BIDENTALIS
DONUM. DEDIT.

Ita enim habetur ea in Theſauro Gruteri pag. 96. deſcriptoribus Ciophano & Lipſio. Vide hîc ablepſiam Juſtini ex Zelo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

nimis improvido ortam, (cui hîc non incommodè applices iſtud Virgilii :

Fallit te incautum pietas tua.)

Si nimirum ipſe legerit inſcriptionem ibi præſens : aut illius Viri (ſi Juſtinus hæc habuit ab alio) qui talia ipſi narravit. Si modo non aliquis noſtro bono Juſtino talium avido ac credulo, mendacio hoc illuſerit ; Uti fecerunt iſti Alexandrini, qui eidem Juſtino oſtenderunt (ſicut narrat, in Cohortatione ſuâ ad Græcos) Veſtigia domuncularum 70. in quibus illi tam decantati 70. Interpretes Sacra Biblia in Græcam linguam, ſic ſeparati ab invicem, tranſtulerant. Niſi velis illos ipſos talium narratores jam antea deceptos, hæc ſeriò affirmaſſe Juſtino. Certè Hieronymus quàm minime hiſce aſſenſum præbuerit patet ex Epiſtola ejus 104. ad Demetrium, ubi hoc modo loquitur : *Neſcio quis primus Auctor 70. cellulas Alexandriæ mendacio ſuo exſtruxerit, quibus diviſi eadem ſcriptitarunt : cum Ariſtæas Ptolomæi* ἐπιφανέστερος, *& multo poſt tempore Joſephus, nihil tale retulerint ; ſed in unicâ Baſilicâ, congregatos contuliſſe ſcribant, non prophetaſſe.*

Forſan regeret hîc aliquis, non veriſimile eſſe primos hujuſce prætenſæ hiſtoriolæ auctores, ita audaces fuiſſe, imò imprudentes, ut fingerent, Aram talem cum tali inſcriptione publicè in ipſo Capitolio erectam, quæ tamen nunquam ibi comparuerit. Imò audire mihi videor aliquem dicentem ſe credere Tiberium non minus ex iſta inſcriptione, quam ex Epiſtolâ Pilati commotum fuiſſe, ut referret ad Senatum de conſecratione Jeſu Chriſti, ac relatione in numerum Deorum. De qua re non Cedrenus ſolum, aut Nicephorus, ſed præter Oroſium (qui tempore Auguſtini, id eſt, circa annum Domini 400. vixit) atque Euſebium, etiam ipſe Tertullianus, (ex quo Euſebius id refert) diſertis verbis teſtatur.

Verùm

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Verùm eſt, fateor, Tertullianum id habere (imò & primum habere) in Apologetici ſui cap. 5.

Sed (condonabit, ſpero, Lector paulò commodior, crebris meis digreſſionibus, quæ ex occaſione natâ à me forſan nimis frequenter hiſce diſſertationibus inſeruntur. Nam quoniam figmenta illa, ac, ſic dictæ, piæ fraudes ut Zizaniæ genus aliquod ex agro Antiquitatis, quo mihi per illud itineranti, occurrant, meo judicio, omni ſtudio ſint evellenda, eo facilius ac crebrius eo delabor) ſed, dico, quamquam addi poſſit, non eſſe veriſimile, Tertullianum, Virum literatum ac Jurisconſultum; imò & tantæ lectionis, ut ferè omnia legiſſe videatur, atque omnia auditu digna audiviſſe, talia voluiſſe Scriptis ſuis, quæ Pontificibus Ethnicis dedicavit, inſerere quæ falſa eſſe ipſi ſtatim deprehenderent ex annalibus aut actis publicis: Hîc optimè regerere poſſem, abunde notum eſſe iis qui vel leviter in Sacrâ profanâque Hiſtoria verſati ſunt, quam multa multi, tam ex antiquis (ſive Eccleſiaſticis ſive aliis) Scriptoribus, quam ex hodiernis, aliorum credentes traditiunculis, tradant pro veriſſimis: quæ ſi paulò attentius conſiderentur, ne ſpeciem quidem ullam habeant veritatis. Sed talia eo facilius creduntur quo magis aliquid facere videantur huic illive Opinioni aut ſectæ defendendæ vel confirmandæ ac ſtabiliendæ. Quale quid hîc Tertulliano accidiſſe ex ſequentibus, puto, fiet manifeſtum. Quæ narrat inveniuntur Apologetici (uti jam dictum) cap. 5. hiſce verbis comprehenſa: *Tiberius ergo, cujus tempore nomen Chriſtianum in ſeculum introivit, annunciatum ſibi ex Syria Palæſtina, quod illic veritatem illius Divinitatis revelaverat, detulit ad Senatum cum prærogativâ ſuffragii ſui. Senatus, quia non in ſe probaverat, reſpuit. Cæſar in ſententia manſit, comminatus periculum accuſatoribus Chriſtianorum.*

Novimus omnes, qui unquam viderunt pueros in nive ludentes, naturam pilarum quæ, è nive confectæ, de tegulis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

nive contectis devolvuntur ; eas ſcilicet, quò longius decurrant, tantò majus capere incrementum. Idem accidit & huic ſanè Hiſtoriolæ.

Nam Euſebius & Cedrenus, & præter ipſos Nicephorus, heic admetiuntur Pilatum, eundemque hæc ſcripſiſſe Tiberio : idque ita inveniri apud Tertullianum. Aſt videat Lector cordatus an ex ipſius verbis, modò allatis, tale quid exſculpere queat : vel an alibi apud ipſum, id quod iſti ſic affirmant, compareat.

Quæ Euſebius de hac re habet in Chronico ſunt ea quæ ſequuntur : Τῶν δὲ Πιλάτου τοῦ Τιβερίῳ περὶαὐτοῦ τῆς χριστοῦ, καὶ τὰ περὶ ἀναστάσεως αὐτοῦ κοινωσαμένου, ὁ Τιβέριος (καθὼς ἱστορεῖ Τερτυλλιανὸς, ἐν τῇ ὑπὲρ τῶν χριστιανῶν ἀπολογίᾳ) καταπλαγεὶς ἀνήγγειλε πάντα τῇ συγκλήτῳ, καὶ ἠβουλήθη ἀφ' ἑαυτοῦ βασιλικῷ τύπῳ ἀναγορεῦσαι αὐτὸν θεόν. ἡ δὲ σύγκλητος οὐ προσήκατο, πεισθαρχεῖν νόμῳ παλαιῷ λέγουσα, μὴ πρότερον θεοποιῆσαί τινα εἰ μὴ ψήφῳ καὶ δόγματι παρ' αὐτῆς ἐγκριθείη ὁ δὲ τὸν μὲν νόμον τῶν ἐθνῶν ἐδέξατο, ἐκέλευσε δὲ μηδένα ἐμποδίζειν τῷ χριστοῦ κηρύγματι. καὶ μέντοι καὶ θάνατον προσηπείλησε τοῖς κατηγορεῖν τολμῶσι τοῦ κυρύγματος.

Cum autem Pilatus & Chriſti miracula & ea quæ circa reſurrectionem ejus acciderant, Tiberio communicaſſet, Tiberius (uti narrat Tertullianus in Apologiâ ſuâ pro Chriſtianis) terrefactus omnia illa enarravit Senatui, & voluit ipſum ex Cæſareo decreto referre inter Deos. At Senatus id non admiſit, dicens ſe heic obſequi Veteri Legi quæ prohibet aliquem referre in numerum Deorum, antequam ex conſenſu & decreto ipſius [Senatus] iis adſcriberetur. Et ille quidem [Tiberius] legi iſti acquievit, at ſimul juſſit ne quis prædicationi Chriſti impedimento eſſet. Quin & mortem comminatus eſt iis, qui hujus prædicationis accuſationem ſuſcipere auderent. Hæc narrat in Chronico : quæ pluribus verbis habet Hiſtoriæ Eccleſiaſt. lib. 2. cap. 2. uti & quæ hic

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

hic ſupra de Pilato narrat, ac de lege apud Romanos obtinente: in quâ re poſteriori (ea Lege ſcilicet) Tertullianum ut Juriſconſultum Romanum hujuſque rei gnarum advocat teſtem. Ex cujus Euſebii quoque verbis ſatis apparet eum iſtam Hiſtoriolam non habere ex ſolo Tertulliano: ſicut & ex Oroſio patet, qui eam multis circumſtantiis adauctam hoc modo refert lib. 7. cap. 3. & 4. *At poſtquam paſſus eſt Dominus Jeſus Chriſtus, atque à mortuis reſurrexit, & diſcipulos ſuos ad prædicandum miſit; Pilatus præſes Paleſtinæ provinciæ ad Tiberium Imperatorem,* ATQUE AD SENATUM, *rettulit de paſſione & reſurrectione Chriſti, conſequentibuſque virtutibus, quæ vel per ipſum factæ fuerant, vel per diſcipulos ipſius in nomine ejus fiebant; & de eo quod, certatim creſcente plurimorum fide, Deus crederetur, Tiberius cum ſuffragio magni favoris retulit ad Senatum, ut Chriſtus Deus haberetur. Senatus indignatione motus, quod non ſibi prius ſecundum morem delatum eſſet, ut de ſuſcipiendo cultu prius decerneret, conſecrationem Chriſti recuſavit* [Euſebius in Hiſtor. Eccleſiaſt. ἀπώσατο,] *edictoque conſtituit ex Urbe exterminandos eſſe Chriſtianos: Præcipuè cum &* SEJANUS PRÆFECTUS TIBERII *ſuſcipiendæ religioni obſtinatiſſime contradiceret. Tiberius tamen edicto accuſatoribus Chriſtianorum mortem comminatus eſt. Itaque paulatim imminuta eſt* ILLA TIBERII CÆSARIS LAUDATISSIMA MODESTIA *in pœnam contradictoris Senatus, &c.*

Hoſce Auctores hæc omnia de ſuo addidiſſe, vel potius finxiſſe (etiamſi plurima) non admodum quidem veriſimile eſt: multa tamen velut ex Tertulliano eos adducere, quæ ipſe Tertullianus non narrat, ex collatione hujus cum iſtis abunde liquet: ac quæ ab aliis hauſta adducunt, ea à credulis valde, ſuique omninò ſimilibus, hauſiſſe mihi certiſſimum eſt. Si porrò conſideremus Oroſii verba; quam multa in iis, contra

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

omnem ſpeciem veritatis dicta ſunt! ſaltem iis quibus ex Tacito, Suetonio, Dione atque aliis, & tempora & ingenium Tiberii aliquomodo perſpecta ſunt.

Quis enim neſcit, Senatum, ab initio ejus principatus, in adeò ſerviles delapſum adulationes aſſentationeſque continuas; progreſſuque temporis eas uſque in tantum auctas, Senatumque hunc adeo dependiſſe ab illius nutibus, ut non admiratio tantum ſed & ſtupor invadat legentes?

Sic enim Tacitus libro 3. de ipſo, atque eo tempore quo Mater ejus Livia adhuc vivebat, loquitur: *Cæterum tempora illa adeo infecta & adulatione ſordida fuere, ut non modo primores civitatis, quibus claritudo ſua obſequiis protegenda erat; ſed omnes Conſulares magnaque pars eorum qui præturâ functi, multique etiam pedarii Senatores, certatim exſurgerent, fœdaque & nimia cenſerent. Memoriæ proditur, Tiberium, quoties curiâ egrederetur, Græcis verbis in hunc modum eloqui ſolitum:* O HOMINES AD SERVITUTEM PARATOS! *Scilicet etiam illum, qui libertatem publicam nollet, tam projectæ ſervientium patientiæ tædebat.*

Quis neſcit ipſius animum planè irreligioſum? adeò ut non tantum *externas cæremonias atque Ægyptios Judaicoſque ritus compeſcuerit* [at ex Judæis & inter Judæos erat Salvator noſter Jeſus Chriſtus, neque eo tempore adhuc inter Ethnicos Chriſtiani nomine à Judæis diſtincti erant.] Sed quod aliàs quoque *circa Deos, ac religiones negligentior fuerit.* Talis autem cum fuerit, credatne aliquis, judicio præditus aliquo, eum tantò cum favore, imo & ardore, erga Salvatorem noſtrum accenſum fuiſſe?

Quis denique ignorat ingenium immite, acerbum ac ſævum, quo etiam in ipſa juventute πηλὸς αἱμαλῆ πεφυρμένος nominatus fuit? de quo ingenio audiamus, quæſo, Tacitum lib. 6. Annalium teſtantem; *Morum quoque tempora*, (inquit,) *illi*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

illi diverſa : egregium vitâ famaque quoad privatus, vel in Imperiis, ſub Auguſto fuit : occultum ac ſubdolum fingendis virtutibus, donec Germanicus ac Druſus ſuperfuere. Idem inter bona malaque mixtus, incolumi matre : inteſtabilis ſævitia, ſed obtectis libidinibus, dum Sejanum dilexit timuitve. Poſtremo in ſcelera ſimul ac dedecora prorupit, poſtquam, remoto pudore ac metu, ſuo (NB.) *tantùm ingenio utebatur.*

Ubi igitur laudatiſſima illa modeſtia Tiberii, & quidem eo tempore, quo jam Sejanus dudum erat extinctus? ille enim anno 31. à Chriſti nativitate & ſic antè ipſius paſſionem, periit. Et tamen de ejus paſſione non ſolum, ſed & reſurrectione, &c. cum referret Tiberius ad Senatum, Sejanus refragatus eſt! *O medici mediam pertundite Venam!*

Ac quis credat Pilatum, qui, æque ac Herodes, hoſtis Chriſti vocatur, Actor. 4. v. 27. quem de ſuo (ut dicunt tamen, ex Tertulliano) huic addunt hiſtoriæ Euſebius, Cedrenus ac Nicephorus (quique in gratiam Judæorum, quos tamen aliàs oderat, Dominum noſtrum, poſt multa ludibria cruci affigendum curaverat) hæc ſcripſiſſe Tiberio, atque id talibus cum circumſtantiis quales ab Euſebio in Hiſtoria ſua Eccleſiaſtica, ab Oroſio, Nicephoro ac Cedreno, afferuntur?

Pilatum ſcilicet, cum jam longè latéque increbuiſſet Servatoris noſtri aſcenſio in Cœlos, animi anxium, quod de his quæ evenerant Miraculis nihil ad Imperatorem retuliſſet, TANDEM NECESSITATE ADACTUM *Tiberio Cæſari perſcripſiſſe, quæ circa ipſius è mortuis reſurrectionem acciderant, atque alia ipſius Miracula, quodque poſt reſurrectionem à multis jam Deus eſſe crederetur, &c.* Metu ac neceſſitate adactum hæc retuliſſe Tiberio Pilatum affirmat heic noſter Cedrenus. At idem ille bonus vir, ſui & ſuorum, paulo ante, dictorum oblitus, poſt unam alteramve pagi-

Early European Books. Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

paginam (nam hæc dixerat pag. 155. Edit. Basil. quæ vero sequuntur pag. 158.) narrat, *Tiberium justitiæ observantissimum Præfectis Urbium, missis literis, mandasse,* UT SI QUID SCRIBENS IPSE CONTRA LEGES FIERI JUBERET, NE TUM SIBI OBTEMPERARENT. *Itaque Pilatum cui Imperatoris studium veritatis & justitiæ,* [τὸ φιλαληθὲς καὶ φιλοδίκαιον] *cognitum erat, miracula Christi omnia, ejusque de religione doctrinam,* [τὰ περὶ τοῦ Χριστοῦ πάντα, καὶ τὰ τῆς εὐσεβείας δόγματα αὐτῷ δι' ὑπομνήσεως ἀνεκινώσατο, καθὼς ἱστορεῖ Τερτυλλιανὸς ἐν τῇ ὑπὲρ Χριστιανῶν ἀπολογίᾳ] *compendio ad eum perscripsisse, &c.*

Hic Pilatus longè alia ex causa talia Imperatori Tiberio perscripsit.

I nunc & crede talibus ac tantis nugatoribus! Perpendamus hîc quoque obiter, quando mortuus fuerit Pilatus, quando Tiberius.

Pilatus mortuus est sub Claudio, anno 41. post Christi nativitatem.

At Tiberius anno 37. annos 4. ad summum post ipsius passionem, resurrectionem, &c. Prima autem persecutio Discipulorum ejus incepit cum morte Stephani, postquam & dispersio Discipulorum facta fuit per Judæam ac Samariam, atque ista occasione etiam annuntiatio Euangelii, sed primò solum Judæis, neque ullis Ethnicis antè revelationem Petro factam, nisi quis Eunuchum illum, cui Philippus prædicaverat, in numero piorum Gentium habere velit, cui non repugnabo.

Prima autem illa persecutio facta fuit *Tiberio jam mortuo,* anno primo, scilicet, Caligulæ: Revelatio illa Petro facta, atque inde conversio Cornelii & initium prædicationis inter Gentes (nam antè Stephani mortem ea adhuc intra Jerusalem conclusa erat) anno Caligulæ quarto: nec antè commorationem Pauli Antiochiæ, quæ fuit anno tertio Claudii, *Christianorum*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

rum nomen ullibi auditum fuit : licet Tertullianus dicat, *Tiberii tempore nomen Christianum in seculum introiisse*, (quæ ejus verba igitur commodâ egent interpretatione.) Imò diu admodum sub nomine Judæorum inter Ethnicos veniebant Christiani : quoniam præcipuè (imò primis initiis, per aliquot annos solùm) ex Judæis eorum numerus esset compositus, ac postea, usque ad eversionem Templi Hierosolymitani Judaici ritus, inter eos Christianos, qui ex Judæis erant, exercerentur : ut ex exemplo ipsorum Apostolorum ac virorum Apostolicorum patet, Galat. 2. v. 14. Act. 10. v. 28. item cap. 18. v. 18. cap. 21. v. 23, 24. & alibi.

Sed latius atque admodum dilucidè hæc ostendit J. Seldenus, in eximio illo opere de Synedriis.

Videmus ergo esse meram fabulam quæ de Tiberii studio ac fervore erga Salvatorem nostrum (repudiante id Senatu Romano) cæterisque circumstantiis istius Historiolæ, narrantur à Scriptoribus Ecclesiasticis.

Verum aliam longè viam ingressus est Celeberrimus Isaacus Vossius, ut hic sartam ac tectam conservaret Auctoritatem Tertulliani; ac longè aliter hunc Scriptorem interpretatus est: Senatum, scilicet, ideo hunc honorem recusasse Christo, quod ipse Tiberius recusasset Divus appellari. Sed audiamus ipsum Vossium, in tractatu suo de Sibyllis pag. 57. ita loquentem: *Desinant itaque hodierni Christiani Veteribus illudere Christianis, eorumque fugillare credulitatem. Si illos rideamus, meritò quoque ipsos rideamus Prophetas, è quorum libris pleraque hæc* [loquitur de Oraculis Sibyllinis] *deprompta fuere Oracula. Sed profectò nullos Religio Christiana infensiores habet hostes, quam ipsos Christianos, cùm vix ullum apud antiquos de Christo aut Vaticinium, aut testimonium invenias, quod non complures etiam Doctissimi Viri labefactare, aut etiam penitùs evertere, sint conati. Argumento sint non ea tantùm quæ de* SIBYLLIS *&* SIBYLLINIS, *ex Cice-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

rone, Virgilio & Suetonio aliisque attulimus loca, sed & quotquot alibi de Christo occurrunt loca: adeo illa eludere & falsis interpretamentis enervare conati sunt, ac si illa ipsa quam profitentur, odio iis fuisset Religio. Exemplo sit locus Tertulliani in Apologetici cap. 5. TIBERIUS ERGO, *&c. Tertulliani hujus loci mentio fit apud Eusebium in Historia Ecclesiastica, ubi tamen non satis bene Græcè redditur. Sed neque Georgius Syncellus, aut alii è Græcis rectè hæc intellexere. Ut autem hæc verba absurditatis convincant, quid non comminiscuntur, quid non moliuntur Viri Docti? Sensus attamen est manifestissimus. Dicit enim Tertullianus, cum miracula, quæ in Syria Palæstina edidisset Christus, nunciata essent Tiberio, eum persuasum de hujus Divinitate, voluisse Christum Deorum adscribere numero, hancque voluntatem suam ad Senatum detulisse cum prærogativa suffragii sui. Senatum verò servili adulatione,* EÒ QUOD IPSE TIBERIUS RECUSASSET DIVUS APPELLARI, *noluisse Christum, exoticum numen, inter Deos recipere. Tiberium nihilominus in sententia, ut Christus Dius accenseretur, perstitisse; & comminatum esse periculum accusatoribus Christianorum.*

Videmus hic longè alium sensum verborum Tertulliani. Sed ne Tertullianum explicemus ulterius ex Eusebio aliisve Græcis scriptoribus, imò ne quidem ex Orosio, non Græco scriptore, sed Latino; explicemus Tertullianum ex ipso Tertulliano, solum paulò altiùs ejus verba repetendo. Ita ergo loquitur: *Ut de Origine aliquid retractemus ejusmodi legum Vetus erat decretum,* NE QUIS DEUS AB IMPERATORE CONSECRARETUR NISI A SENATU PROBATUS, *Ut M. Æmilius de Deo suo Alburno. Facit & hoc ad causam nostram, quod apud vos de humano arbitratu divinitas pensitatur. Nisi homini Deus placuerit, Deus non erit: homo jam Deo propitius esse debebit. Tiberius, ergo, cujus tempore*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

pore nomen Christianum in seculum introivit, annunciatum sibi ex Syria Palæstina, quod illic veritatem illius divinitatis revelaverat, detulit ad Senatum cum prærogativa suffragii sui. Senatus, quia non in se probaverat, respuit.

Recusavit igitur Senatus consecrationem ex vi illius legis, non ex adulatione in Tiberium, sed quod, cum super hac re inter se non convenirent, major pars evicerat ne Jesus inter Deos haberetur. Si ita quis explicet Tertullianum quid absurdi hæc explicatio continet? quum ipse Tiberius, apud Tacitum lib. 4. Annalium, fateatur se, Asiæ civitatibus potentibus ut sibi *ipsi & matri* Templa consecrarent, id permisisse illis?

Verum sit sensus Tertullianei hujus loci qualiscunque demum sit, nihil interest: modo convincamus mendacii hanc Historiolam, quæ magnos tamen viros decepit: quod fecimus, ut puto, per ea quæ jam dicta sunt; atque alias ex solo Suetonio confici queat; qui, cap. 36. vitæ Tiberii, non tantum ait eum *externas ceremonias, Ægyptios Judaicosque ritus compescuisse, &c.* Sed & hæc verba addit: *Judæorum juventutem per speciem Sacramenti, in provincias gravioris cæli distribuit: reliquos gentis ejusdem,* VEL SIMILIA SECTANTES *urbe submovit, sub pœna perpetuæ servitutis, nisi obtemperassent.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

CAPUT III.

Responsum de Puero Hebræo, quum jam Apollo dudum versus facere desiisset (sicuti nec unquam Latine locutus fuit); uti & prætensa illa consultatio Augusti Delphis, quum jam senex esset, examinantur. Quam varie istud Responsum neoterici concinnaverint. De Aris, &c, huic Augusto, ut Deo, consecratis. De Oraculo Thulidi, ut perhibent, dato: circa quod æque ludunt neoterici addendo & mutando. Post quod afferuntur & alia Oraculorum Responsa, ab Eusebio aliisque (cum ex Porphyrio, tum ex aliis) allata: quæ tamen hic nihil ad rem facere ostenduntur; sicut & Ciceronis testimonium non pro, sed contra Oraculorum tam durationem, quam Auctoritatem, facit.

SEd redeamus denuò in viam: nam licet alia multa hisce fabellis refutandis præter jam dicta adduci possent, non tanti res illa est ut ei diutius immoremur; igitur rursus veniamus ad Oraculum illud Augusto, ut volunt, datum.

Si ipsum consideremus responsum; id metris conceptum traditur, ut vidimus supra. Quod tamen non concedat Cicero; qui testatur jam dudum antè ipsius tempora, prætensum illum Apollinem, quem falsè satis deridet, non amplius carmine respondisse. Ita enim loquitur lib. 2. de Divinatione: *Primum Latine Apollo nunquam locutus est: deinde ista sors inaudita Græcis est. Præterea Pyrrhi temporibus jam Apollo versus facere desierat.* Qui Pyrrhus 270. annos antè Christi nativitatem denatus est.

De suo tempore non solum, sed & de ipsum antecedentibus, testatur idem quoque Plutarchus: lib. cur nunc Pythia non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

non reddat Oracula carmine, pag. 707. tom. præced. edit. Steph. Καθόλε δὲ εἰπεῖν, ὑμᾶς τὸ Ἐπικέρε προφήτας (δῆλο γὸ εἰ κ αὐτὸς ὑποφεύμο) οὐκ ἔτι ἀφευγεῖν, ἀλλὰ κακίας αἰτιᾶδε τὰς πάλαι ποφήτιδας, ὡς φαύλοις πιήμασι χεωμένας, κ τὰς νῦν καταλογάδην κ ἀπ' ὀπιτυχόντων ὀνομάτων τὰς χησμὰς λεγούσας, ὅπως ὑμῖν ἀκεφάλων κ λαγαρῶν μέτρων κ μειόρων ἀθύνας μὴ ὑπέχωσιν.

Universè ut dicam, vos Epicurei Vates (de quibus te quoque esse apparet) effugere non licet: sed vitio datis priscis Antistitis, quod malis usæ sint versibus: itemque eas quæ HODIE PROSA ORATIONE ET QUIBUSVIS VOCABULIS RESPONSA DANT; *ne cogantur apud vos causam dicere, propter mutilos elumbesve versus.*

Video tamen mihi aliquem ex eodem hoc Plutarcho posse regerere, etiam adhuc ipsius Plutarchi tempore nonnulla Oracula carmine reddita fuisse; dum in tractatu eodem sic loquitur, post aliquot enarrata Oracula solutâ Oratione data: ὃ δ' ἔστι μέγιστον, αἱ ῥῆτραι δι' ὧν ἐκόσμησε τὴν Λακεδαιμονίων πολιτείαν Λυκοῦργος, ἐδόθησαν αὐτοῖς καταλογάδην. Ἀλυσίε πίνων κ Ἡροδότε, κ Φιλοχόρε κ Ἴσρε, τῶν μάλιστα τὰς ἐμμέτρες μαντείας φιλομηθέντων σωαγαγεῖν ἅπαν μέτρον χησμὸς γεγραφότων, θεόπομπο ὀδενὸς ἧττον ἀνθρώπων ἐπιδακὼς περὶ τὸ χηστήριον, ἰσχυρῶς ὑπιλίμηκε τοῖς μὴ νομίζεσι κ τὸ τότε χρόνον ἔμμετρον τὴν Πυθίαν θεσπίζειν· εἶτα τὸν βελόμενον ἀποδεῖξαι, πανταχόθεν ὀλίγων χησμῶν ὑπόρηκεν, ὡς τῶν ἄλλων κ τότε ἤδη καταλογάδην ἐκφερομένων. Ἐνιοι δὲ κ νῦν κ μέτρων ἐκτέχασιν, ὧν ἕνεκα κ πρᾶγμα περιβόητον πεποίηκε. μισθὸν γὸ Ἡρακλέος ἱερόν ἐστιν ἐν τῇ Φωκίδι, κ νομίζεται, &c.

Quod vero maximum est, rhetræ illæ, secundum quas Lacedæmoniorum rempublicam Lycurgus composuit, soluta oratione ei datæ sunt. Jam quum Alyrius, Herodotus, Philochorus & Ister, qui maximè in id incubuerunt, ut carmine

mine dicta Oracula conscriberent, Oracula etiam prosa oratione edita retulerint; Theopompus, quo nemo hominum diligentius Oraculi hujus res scrutatus est, vehementer eos reprehendit, qui putarent istis temporibus Pythiam carmine non respondisse: & quum demonstrare vellet suam deinde sententiam, pauca Oracula potuit proferre: quia nimirum reliqua jam tum solutâ Oratione ederentur. Nonnulla tamen hodieque carmine redduntur: quorum causa etiam rem celebrem fecit. Est in Phocide templum Herculis multerum osoris, &c.

At si quis paulo accuratius consideraverit verba hæc Plutarchi, facillime videbit hæc non pertinere ad ipsius Plutarchi tempora, sed Herodoti, Alyrii, aliorumque: quod planum sit ex formula illa loquendi, *istis temporibus.*

Sic quæ de nonnullis etiam Plutarchi tempore redditis carmine responsis narrantur, non ad Oraculum Delphicum, sed longè alia pertinent: ut ex subsequenti exemplo, quod de Templo in Phocide affertur, abunde patet: ita ut nec Ciceroni, nec sibi ipsi, hîc contradicat Plutarchus.

Sed quod caput est, ostendant nobis Patroni istius prætensi Oraculi, Cæsarem Augustum, cum jam senex esset, &c. adiisse Delphos; aut post profectionem illam in Græciam, à qua anno 19. antè Christi nativitatem reversus fuit Romam, unquam denuò istas adiisse regiones: quod nunquam facient. Hoc enim fuit 34. annos antequam moreretur.

At qualis etiam tunc inde rediit Augustus? nempe quamprimum reversus fuit Romam, ille qui passus est ut (teste ipso Tiberio apud Tacitum ac Dion. Cassium, lib. 51.) non solùm ab Asiaticis urbibus sibi Templa erigerentur ac consecrarentur, sed & ludi Sacri celebrarentur; imò & Romæ ei, ob felicem reditum, *Fortunæ reduci* ara consecraretur, diesque reditus ejus inter ferias censeretur; ipse ille *Marti Ultori* templum, quod in itinere suo decreverat, perfecit in Capitolio;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

lio ; ubi & *Jovi Tonanti* templum exſtruxerat. Quam benè igitur applicari poteſt huic Hiſtoriolæ illud,

Pergula pictoris, veri nihil omnia ficta!

Mirum ſanè quod homines alias ſatis perſpicaces ſibi tam facilè hæc à Suida perſuaderi patiantur. At magis mirum id eſſet, ſi non longè magis abſurda ſibi, multi ex iſtis ab eodem Suida obtrudi paterentur. Exemplo ſit Hiſtoriola illa ab ipſo narrata in voce Θέλις ; quam avidiſſime arripuerunt, ulteriusque adornaverunt (quaſi peccatum fuiſſet non aliquid addere de ſuo) hodierni ſcriptores, qui aliquid de Oraculis ac Divinationibus commentati ſunt.

Verba Suidæ autem ſunt hæc ſequentia :

[Θέλις] ἔτος ἐβασίλευσε πάσης Αἰγύπτου καὶ ἕως τοῦ ὠκεανοῦ, καὶ μίαν τῶν ἐν αὐτῇ νήσων ἀπὸ τοῦ ἰδίου ὀνόματος ἐκάλεσε Θέλιν. ἐπαρθεὶς δὲ τοῖς κατορθώμασι προσῆλθεν εἰς τὸ μαντεῖον τοῦ Σαράπιδος· καὶ θυσιάσας ἐρώτα ταῦτα, Φράσον ἡμῖν. πυθόμενος ἀψόφῳ, μάκαρ ὁ τὸν ἀνθέριον μετακλίνων δόμον. τίς ἔσται μετ' ἐμὲ τῆς ἐμῆς βασιλείας ἐδωρήθη τοσαῦτα ; ἢ τὶς ἔσται μεθ' ἐμέ ; καὶ ἐδόθη αὐτῷ χρησμὸς ἔχων ὅτω. Πρῶτα Θεὸς· μετέπειτα Λόγος, καὶ Πνεῦμα σοὶ αὐτοῖς. σύμφυτα δὲ πάντα καὶ εἰς ἓν ἰόντα· ἃ προέτος αἰώνιον. ὠκέσι ποσὶ βάδιζε θνητέ, ἄθλιον ἀμνύων βίον. καὶ ἐξελθὼν ἐκ τοῦ μαντείου ὑπὸ τῶν ἰδίων ἐσφάγη ἐν τῇ τῶν Ἄφρων χώρᾳ.

Quæ ab Æmilio Porto vertuntur in hunc modum : *Thulis. Hic totius Ægypti regnum ad Oceanum uſque tenuit, & unam inſulam in eo ſitam de ſuo nomine Thulem appellavit. Secundis autem rerum ſucceſſibus elatus, ad Serapidis Oraculum ivit, factâque re divina hæc quæſivit, Dic nobis ignipotens vera, Beate qui curſum æthereum inclinas [ac mutas.] Quis antè meum regnum potuit tantum? Aut quis erit poſt me? Datum autem ipſi reſponſum hujuſmodi. Primum Deus, deinde Sermo & Spiritus cum ipſis. Concreta*

autem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

autem [*ſunt hæc,*] *Omnia* [id eſt, *hæc tria*] *& in unum euntia* [*Sancta ſcilicet Trias ſive Trinitas*] *cujus potentia eſt æterna. Velocibus pedibus vade mortalis, incertam transigens vitam. Egreſſus autem ex templo à ſuis in Afrorum regione jugulatus fuit.*

Non ſufficiunt hæc ſic narrata Boiſſardo, Mornæo, aliiſque: ſed addunt (uti fecerant Oraculo Auguſto, uti perhibent, dato) ac complent, ſi quid ipſis in hac fabella deficere videatur, & pro verâ Hiſtoria tradunt. Boiſſardus enim ait: *Ad Serapidis prædictiones hoc refertur reſponſum, quod Thulidi Ægyptiorum Regi* (NB.) SCISCITANTI DE VERO DEO, QUIS ESSET ET QUOMODO SIBI INSERVIRI POSTULARET, Πρῶτα Θεὸς, &c. *datum eſt.*

Hîc Dæmon fatetur unum Deum tribus perſonis diſtinctum, Patris, Filii & Spiritus Sancti, &c.

At quiſnam, quæſo, ex Suidæ verbis exſculpere queat interrogatiunculam talem, qualem nobis hîc repræſentat Boiſſardus?

An quoque ex hujus Suidæ verbis argumentum aliquod, pro doctrina Trinitatis commodè peti poſſit, facillimè pervideri poteſt ex Tractatu noſtro de auctoribus Oraculorum, quem huic de ipſorum duratione ac defectu præmittere nunc volui.

Interim Lector, linguæ Græcæ levem tantummodò notitiam nactus, nullo negotio animadvertet, Boiſſardum verba hujus prætenſi Oraculi interpretatum quidem fuiſſe ita uti volebat, vertiſſe autem minimè uti debebat. Ubinam enim in iis apparent nomina hæc, *Patris, Filii, ac Spiritus Sancti?* Quamvis minimè negare velim, eum qui primo hæc conſinxit (ut ſic eo melius Trinitatis dogmati patrocinaretur,) hæc ita finxiſſe, ut facillimè à rerum talium avidis ſic capi atque explicari poſſent. Quod etiam videmus in Boiſſardo, Mornæo, Sche-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
366 F 33

Schedio, & Æmilio Porto. Tantæ nimirum molis erat Doctrinam Trinitatis adstruere, ut etiam fictitius ille Serapis (nam procedente hoc nostro discursu, ostendam, mera hominum constitisse fraude, non Serapidis, seu sub ipsius nomine Diaboli, hoc & alia prætensi Serapidis aliorumque responsa: imò & plurima ne quidem data fuisse unquam, sed à vafris impostoribus conficta) in auxilium ac patrocinium vocari debuerit.

Apud neminem (quod sciam) extra Suidam extat hoc prætensum Oraculum. Ita ut etiam hac de causa Mornæus in margine libri sui *de la Verité de la Religion Chrestienne*, Suidam ut hujus responsi primum ac solum narratorem adducat. Qui Mornæus quoque, cum Suidas solum de simplici interrogatiuncula loquatur, eo non contentus addit, *l'adjurant bien fort de ne le point tromper*. Sanè si tali ac tanta in vertendo liceat uti libertate, nil obstat quominus omnes auctores ferè omnia dicant ad libitum ac gustum nostrum. Præsertim & si liceat ipsa scriptorum verba immutare, adaugere, atque ita sensum formare ex istis, prout nostræ magis commodum sit opinioni: uti fit à Mornæo & Schedio, forsan & ab aliis: nam in editione Porti ita absque ulla discrepantia habentur ut in Aldi editione comparent: quorum primus, (Mornæus) secundum versum & reliquos hoc modo immutat:

Πάντα ἢ σύμφυτα, πάντα κ᾽ εἰς ἓν ἰόντα πίτνημι,
Οὗ κράτος αἰώνων· ποσὶν ὠκέσι, θνητὲ βάδιζε·
Τὸν βίον ἄδηλον ἀφανύων, σὺ πολὺ κρείσσων.

Schedius autem in secundo versu ac tertio,

Πάντα ἢ σύμφυτα ταῦτα, κ᾽ εἰς ἓν ἰόντα πίτνημι,
Οὗ κράτος αἰώνιον, cætera verò ut Mornæus: hincque ita vertit ea Schedius;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Primùm Deus, dein verbum & Spiritus cum ipſis,
Omnia verò cognata illa & in unum compacta,
Cujus poteſtas æterna: citis pedibus mortalis abi;
Vitam qui ignotam transegit, te potior eſt multo.

Mornæus vero:

Un Dieu, puis la Parole, & leur Eſprit enſemble.
Tous ce trois ne ſont qu'un & vienrlent en un point;
Sa force eſt eternelle, homme và t'en, & tremble;
Plus eſt heureux que toy cil qu'on ne cognoiſt point.

Si quis autem hæc, tam quæ Schedius quam quæ Mornæus in verſionibus ſuis exhibent, expendat, quam multum diverſa inveniet ea ab Æmylii Porti verſione! quæ (demptis ipſis per Parentheſes atque alias literarum figuras ibi additis gloſſis, alias) ſatis accurata eſt.

Non ſufficiunt hujuſmodi figmenta nimis credulis Patribus, eorumque in illa re ſequacibus. Sed afferunt quoque ex aliis, non ſolùm Ethnicis, verum & ex Chriſtianiſmi infenſiſſimis inimicis hoſtibuſque apertis, Reſponſa Apollinis, imò & querimonias ſuper ſilentio ſibi impoſito, per Servatorem noſtrum.

Hinc præter alios plures ex Euſebio (ſicut Euſebius antea ex Porphyrio) illa affert, cum tali Præfatiuncula, Schedius; (pag. 251.) *Sanè ſub adventum Chriſti ubique Oracula exaruere,* UT PASSIM EJUS ÆVI SCRIPTORES TRADUNT, ET IPSE APOLLO CONFITETUR, *dum valedicit loco ſuo, ubi tamdiu vixerat.*

Οἰ οἵ μοι τρίποδες στιναχήσετε, οἴχεθ' Ἀπόλλων,
Οἴχεθ' ἐπεὶ φλογόες με βιάζεται δεῖνον Φῶς,
Ἥν Ζεὺς ἐσί τε νυῦ καὶ ἔσεται. ὦ μεγάλε Ζεῦ.
Οἰ οἵ μοι λεσχῶν καταλείπεται ἠλιθίεια.

Quæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Quæ vertit :

Hei mihi Tripodes congemiſcite, abiit Apollo,
Abiit, quia flammeum me cogit cæleſte lumen.
Erat Jupiter, & nunc eſt, & erit : Magne Jupiter!
Hei mihi, Oraculorum deficit me claritas.

Secundum verò eſt hoc ſequens :

Πυθῶνος δ' οὐκ ἔστιν ἀναῤῥῶσαι λάλον ὀμφὴν
Ἤδη γὰρ δολιχοῖσιν ἀμαυρωθεῖσα χρόνοισιν,
Βέβληται κληῖδας ἀμαυσεύτοιο σιωπῆς·
Ῥέξατε δ' ὡς ἔθος ἐστὶ θεόπροπα θύματα Φοίβῳ.

Non poteſt fieri ut convaleſcat vox Pythiæ,
Jam enim longis temporibus emarcuit,
Conjecta in claves ſilentii non vaticinantis.
Facite verò, ut mos eſt, ſacrificia Phœbo, qualia Deo conveniunt.

Quibus recitatis, ſuperaddit Schedius : *Auguſtus inſuper, erectâ arâ* PRIMIGENITO DEI FILIO, *teſtatur hunc eſſe colendum. Hinc Porphyrius cauſam taciturnitatis explicat:* NON MIRUM QUOD URBES PESTE VEXENTUR, CUM ÆSCULAPIUS, ET DII AB IIS PROCUL ABSINT. NAM EX QUO JESUS COLITUR, NIHIL JAM UTILITATIS A DIIS (*potius Dæmonibus*) CONSEQUIMUR. Quæ conferantur quoque cum jam antè dictis à me ſuper prætenſa ara, & illis Porphyrii, apud Euſebium, exſtantibus verbis.

Ex quo Porphyrio tamen etiam hoc ſequens producunt reſponſum, quo oſtendant Oracula jam ſub adventum Salvatoris noſtri, atque iſta ex cauſâ, porrò tacuiſſe; nec poſt illud tempus reſponſa ulterius dediſſe. Sacerdos nimirum aliquis petebat ab Apolline, ut perhibent, cauſam taciturnitatis. Is verò ipſi his verſibus reſpondit :

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Μὴ ὄφελόν πύματόν με καὶ ὕστατον αὖθις ἐρέσθαι
Δύσπολε πρεσβόλων θεῖ θεσπεσίᾳ γενέτηρος,
Ἀμφί τε τηλυγέτοιο πανομφαίᾳ βασιλῆος
Καὶ πνοιῆς, ἣ πάντα περίξ βοτρυδὸν εἴληχε,
Οὔρεα, γαῖαν, πλαμύς, ἄλα, τάρταρον, ἠέρα, πῦρ τε.
Ἦ μ' ἐκ τοῦδε θέλοντα δόμων ἀπὸ τῶνδε διώξει,
Αὐτίκ' ἐρημαῖον δὲ λελείψεται ἕδος ἀφήτωρ.

Quæ ita vertit Mornæus : at non ſatis benè :

Ne me extremum & ultimum velis ipſe rogare
Infelix ſacerdos de divino Genitore,
Deque CHARO ET UNICO FILIO *celeberrimi Regis*
Et Spiritu, qui omnia circum affatim continet,
Montes, terram, fluvios, Mare, tartara, aërem,
ignem.
Hei me etiam nolentem Spiritus ille his ædibus expellit :
Actutumque deſertum linquetur limen hoc fatidicum.

Omittam hîc quæ ex Sibyllinis Oraculis proferuntur Oracula : addam ſolum quæ etiam quaſi de Chriſto Jeſu, ejusque reſurrectione & aſcenſione in cœlum, afferuntur ab Euſebio ex jam ſæpius nominato Porphyrio, quæque inſerta nollem annotationibus eximiis, ad librum de Veritate Religionis Chriſtianæ, à viro omni laude majori, quique caput inter alios Doctos, ne dicam Doctiſſimos, extulit :

Quantum lenta ſolent inter viburna cupreſſi.

Sunt vero hæc ſequentia, ac primum,

Ὅτι μὲν ἀθανάτη ψυχὴ μετὰ σῶμα θεοδαίνῃ
Γιγνώσκῃ σοφίη τελέμβιος· ἀλλά γε ψυχὴ
Ἀνέρος εὐσεβίῃ θεοφερεστάτη ἐστὶν ἐκείνη.

Morte

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Morte carere animas exutas corpore, novit
Quemcunque exornat ſapientia; ſed pietate
Eſt anima illius quæ longè excelluit omnes.

Secundùm verò,

Σῶμα μὲν ἀδρανέσιν βασάνοις αἰεὶ πεδέβλητο·
Ψυχὴ δ' εὐσεβέων εἰς ἀρήιον πόλον ἵζει.

Illius invalidos corpus tulit uſque dolores,
Aſt anima adſcendit cœleſtia templa piorum.

[Quæ duo poſtrema Oracula, quamvis minus hujus loci ſunt, adduxi ut appareat, quam facilè primi Chriſtiani, imo multi quoque poſt eos minimè ex fæce vulgi, arripuerint, quæ pro ſe facere aliquid exiſtimabant, ubi id etiam planè non neceſſarium erat.]

In hiſce, ſcilicet, Porphyrio ejuſque ſimilibus, infenſiſſimis Chriſti Chriſtianæque doctrinæ adverſariis, labor fuit, conſervare nobis ea non ſolum, quæ de ſilentio Oraculis impoſito ipſi teſtati ſint Dæmones; verùm & iſta quæ de Chriſti noſtri perſona, &c. elocuti ſint.

Uſque adeóne ſtupidi fuerunt hi Philoſophi, ut planè neſcierint ſeſe ſic Chriſtianis, hoſtibus ſuis, ſubminiſtrare talia arma quibus jugulare poſſent ipſos cæteroſque Ethnicos? Non ſanè, meo judicio, *adeo obtuſi geſtarunt pectora* hi homines, in aliis tamen ſatis acuti.

Verumtamen protulerit Porphyrius iſta prætenſa Oracula: non enim ullo modo crediderim ipſum Euſebium (licet alias ſatis credulus fuerit) alioſve Chriſtianos, Auguſtinum alioſque, id ita finxiſſe. Quanquam id igitur verum ſit, opponere poſſum hîc Porphyrio Porphyrium, & Oracula Oraculis, eumque & illa ſic convincere mendacii, niſi ſtatuamus Oracula illa, non notato ullo puncto aut interſtitio temporis vel temporum (ſive ſeculorum) quo data ſunt, ab ipſo in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

medium fuisse producta ; ita etiam ab Eusebio errore judicii, scilicet, aut defectu, qui non semel in ipsius scriptis sese manifestat, contra Ethnicos adducta. Non autem circa idem tempus, nec circa Servatoris nostri nativitatem ea fuisse reddita, liquet ex illo Oraculo quod ex eodem Porphyrio recitat Eusebius lib. hisce versibus post hanc sequentem Præfatiunculam : Ἀλλὰ γὰ ἐξῆς τάδε φησὶ περὶ ἧς ἐκλελοιπέναι αὐτῶν τὰ βοώμενα χρηστήρια, quam tum statim subsequuntur hi versus :

Ἀμφὶ δὲ Πυθοῖ οἱ Κλαρίλλω τε μαντεύματα φοίβου
Αὐδήσω φάτις ἠμετέρη θεμιτώδεσιν ὀμφαῖς.
Μυρία μὲν χαίνης μαντήϊα θέσκελα νώτῳ
Ἐβλύθη, πηγαίτε καὶ ἄθματα δινήεντα.
Καὶ τὰ μὲν ἀψ χθονίοισιν ὑπαὶ κόλποισιν ἔδεκτο
Αὐτὴ χαῖα χανοῦσα· τὰ δ' ὤλεσε μυρίον αἰὼν.
Μένῳ δ' ἠελίῳ φαεσιμβρότῳ εἰσέτ' ἔασιν,
Ἐν Διδύμων χοάλοις μυκαλήσιον ἔνθεον ὕδωρ,
Πυθῶνός τ' ἀνὰ πίζαν ὑπαὶ Παρνάσσιον αἶπος,
Καὶ κρανὰ Κλαρίη τεχὺ στόμα φοιβάδος ὀμφῆς.

Quæ vertuntur ab Interprete Fr. Vigero,

Pythia quod spectat, Clariique Oracula Phœbi
Dicam equidem & Sanctâ verum te voce docebo,
Sexcenta ex imis scatuere Oracula terris,
Fonteſque & rapidâ sensus vertigine torquens
Halitus. ast eadem vastâ dein labe dehiscens
Hausit terra sinu, pressitque annosa vetustas.
Nunc tantum (NB.) *Didymis, arvi quâ cæca profundi*
Antra jacent soli Mycaleïa lympha superstes,
Quique ad Pythonis campos atque alta virentis
Sub juga Parnassi nitidas fons egerit undas :
Et lapidosa Claros, Phœbeæ ora aspera vocis.

Non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Non videtur ſanè intellexiſſe Euſebius hoc poſtremum Oraculum : vel dum primam partem legit , ita eâ occupata fuit mens ipſius , ut etiam , dum exſcriberet poſteriorem , iſtam non caperet.

Unuſquiſque enim , ſomnolento licet oculo , id percurrens intelligit ex verſu , *Nunc tantum Didymis* & quæ ſequuntur, Auctorem iſtius Oraculi velle tum, quum illud ederetur, multa jam χρηστήρια periiſſe vel obmutuiſſe , nonnulla verò (ſaltem ea quæ ibi enumerantur) adhuc dare petentibus reſponſa ; atque inter iſta Oraculum ſive χρηστήριον Delphicum. Et tamen Euſebius noſter hoc Oraculum de Omnibus in genere χρηστηρίοις interpretatur. Quis talem ac tantam ferat ἀβλεψίαν ?

Quid præterea à nobis ex hiſce Oraculis de χρηστηρίων ſilentio concludi poteſt ? Primò enim nihil de temporibus quibus edita fuere conſtat. Nam Porphyrius (ſaltem Euſebius illorum ex ipſo decerptor) nullum in iis temporum ordinem aut notat aut ſervat. Quod nec alii, Mornæus , Schedius, &c. magis faciunt , nec facere poſſunt. Apolline igitur aliquo nobis opus eſt , ut indicet an eodem tempore, an diverſis, ac quo aut quibus temporibus (diu aut non diu ante aut poſt Domini noſtri in terras adventum,) edita fuerint. Nam ſi omnia circiter eodem tempore , ſibi inter ſe manifeſte contradicunt. Si diverſis temporibus, quodnam prius, quodnam vero poſterius datum fuit ? Quantum ad ſenſum vero horum Oraculorum, ſi capienda ſint de ſilentio χρηστηρίων antè vel circa adventum Chriſti, mendacii arguuntur ex multis Oraculis etiam diu poſt hunc Euſebium reſponſa reddentibus ; ſi de tempore Porphyrii , redarguuntur ex hiſce iiſdem , ut manifeſtiſſimè in ſequentibus demonſtrabimus.

Hoc tamen ex ipſis concludi poteſt, χρηστήρια Apollinis, præcipue Delphici; (de quo id ſtatim ſatis validis, ut putamus, argumentis oſtendemus) nunc per tempus aliquod de-

diſſe

disse responsa, nunc rursus per aliquod spatium obmutuisse, idque sæpius, diversas ob causas, accidisse.

Quis vero valde miretur talia magnæ incogitantiæ nobis & apud Veteres & apud recentiores occurrere exempla, circa Oracula illa quæ ab Ethnicis, sæpe longè alia de causa, eorum scriptis inveniunt inserta: quum ex Cicerone, Strabone, Celso aliisque afferant, quæ adhuc longe majorem testantur incogitantiam?

Adducunt enim hosce auctores pro Oraculorum defectu; cum illi tamen aut plane nihil de eo, aut omnino contrarium testentur. Audiamus primo Mornæum: qui ita loquitur (statim post adductam fabellam illam de Puero Hebræo & Ara ab Augusto in Capitolio erecta) cap. 32. libri *de la Verité de la Religion Chrestienne: Et Ciceron dit de ce temps, que les Oracles, qu'il a si soigneusement enregistrez en ses livrez,* Estoient cessez par tout: *& Juvenal nommément à Delphes, encore qu'il se face à croire que les Roys les faisoient taire, qui communement ont esté curieux de les faire parler. Et Strabo pareillement; que les Prestres de Delphes en estoient au bissac. Mais Lucain en general de tous les Dieux des Romains:*

Ces Dieux, sous qui si grand cet Empire a esté,
Ont laissé leurs autels, & les Temples quité.

[*Excesserunt omnes adytis arisque relictis,*
Dî quibus imperium hoc steterat.]

Celsus Epicurien dit aussi, que l'Oracle de Claire & de Delphes & de Dodone, &c. estoient muëts. In versione sua Latina: *Sub Augusto nascitur Jesus. En ut Apollo consulenti, quis post eum regnaturus sit, respondet:*

Παῖς Ἑβραῖος, &c.

Augustus verò ideo aram erexit in Capitolio, cujus inscriptio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
366 F 33

ſcriptio, ARA PRIMOGENITI DEI. *Et Cicero ſuis temporibus, quæ tam accuratè deſcripſerat, Oracula*, UBIQUE DEFECISSE *teſtatur*: * *& Juvenalis de Delphico idem; quamquam Regum dolo tacere ſuſpicatur, quos, Reges, utpote futurorum curioſi, loquaciores fecere. Strabo quoque Sacerdotes Delphicos ad mendicitatem ideo redactos ſcribit, quod Oraculum exaruiſſet. Quo fortè pertinet illud in genere de Diis,*

Exceſſere adytis, &c.

Sic & Celſus Epicureus Oraculum Clarium, Delphicum, Dodonæum, &c. obmutuiſſe fatetur.

Quam vera ſint hæc dicta, patere poteſt abunde ex ipſiſmet verbis Auctorum qui ab ipſo allegantur. Videamus igitur primum, quid dicat Cicero.

Hujus verba ſunt lib. 2. de Divinatione: *Sed quod caput eſt, cur* (NB.) ISTO MODO *jam Oracula Delphis non eduntur, non modo noſtra ætate, ſed jam diu: jam ut nihil poſſit eſſe contemtius?*

Ubi Cicero minimè loquitur de ſilentio Apollinei iſtius Oraculi: ſed interrogat, cur non amplius *verſibus* aut *carmine* reſpondeat; uti patet ex verbis *iſto modo*. Adde quod hæc Ciceronis verba proximè ſequantur ea, quæ de verſibus falſò Apollini adſcriptis locutus fuerat. Cicero igitur hîc unum idemque vult, quod de ſuâ ætate Plutarchus: qui quidem libro ferè integro inquirit cauſas, cur deſierit Pythia heroico aliiſque carminibus Oracula edere, (uti loquitur) ſed nullibi aſſerit, eam non amplius reddere Oracula; imò planè contrarium diſertis verbis affirmat. Ἐπεὶ δὲ τῷ Θεῷ δόξαν ἄτως, ἥτε Ἑλλὰς ἐῤῥώσθη πόλεσι, καὶ τὸ χωρίον ἀνθρώποις ἐωλήφυε, δυσὶν ἐχρῶντο προφήτοιν ἐν μέρῃ καθειμέναις, καὶ τρίτη δ' ἔφεδρος ἦν

 ἀπο-

* *Hæc non Juvenali, ſed Lucano, tribuenda, qui ita:* Poſtquam Reges timuere futura, & ſuperos vetuere loqui.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

ἀποδεδειγμένη. νῦν δ' ἐστὶ μία προφῆτις ἡ οὐκ ἐγκαλεῖται· ἐξαρκεῖ γὰρ αὕτη τοῖς δεομένοις. ἐπεὶ τοίνυν ἀρεστὸν ἐδόκει τῷ θεῷ· ἡ γὰρ ἔτι μανικὴ καὶ ἀφαιμάσσεται πᾶσιν ἐστιν ἱκανὴ, καὶ πάντας ἀποπέμπει τυγχάνοντας ὧν χρήζουσιν. Quæ sic vertit Doctissimus Turnebus: *Posteaquam Deo visum est ut Græcia conditis urbibus convalesceret, locusque hominum multitudine frequentaretur, duabus uti cæperunt Antistitis vicissim descendentibus, tertia tanquam supernumeraria designabatur.* (NB.) *Nunc Sacerdos est unica, nec conquerimur, quum sit una consulentibus satis. Neque verò Deus ipse culpandus est, quum quod Divinationis adhuc supereſt, omnium desiderio satisfaciat absolutosque domum dimittat.*

Cum hisce etiam convenit Strabo, dum lib. 9. Geographiæ suæ, prout verba ejus, de Oraculo Delphico, ibi nunc inveniuntur, ita loquitur: Νῦν μὲν οὖν . : . . . . ὀλιγώρηται δ' ἱκανῶς καὶ τὸ ἱερὸν, πρότερον δ' ὑπερβαλλόντως . . . . . δηλοῦσι δ' οἵ τε ἡσιῶδοὶ ὃς ἡ δῆμοι καὶ δυνάσται κατασκεύασαν, εἰς ὃς καὶ χρήματα ἀνεθέντο καθιερωμένα, ἔργα χρίσων δημιουργῶν, καὶ ὁ ἀγὼν ὁ Πυθικὸς, καὶ τὸ πλῆθος τῶν ἱερομένων χρησμῶν. φασὶ δ' εἶναι τὸ μαντεῖον ἄντρον κοῖλον καὶ βάθος, ἐ μάλα δύρυσμον· ἀναφέρεσθαι δὲ ἐξ αὐτοῦ πνεῦμα ἐνθουσιαστικόν· ὑπερκεῖσθαι δὲ ὑ σωμὸς τρίποδα ὑψηλὸν, ἐφ' ὃν τὴν Πυθίαν ἀναβαίνουσαν, δεχομένην τὸ πνεῦμα, ἀποθεσπίζειν ἔμμετρά τε καὶ ἄμετρα· ὑστέρεον δὲ καὶ ταῦτα εἰς μέτρον ποιητάς τινας ὑπεργάζεσθαι τῷ ἱερῷ.

Locus hic, qui mutilus esse apparet primo adspectu, ita suppletur à celeberrimo Isaac. Casaubono, Νῦν μὲν οὖν ὀλιγώρηται ταῦτα· ὀλιγώρηται δ' ἱκανῶς καὶ τὸ ἱερὸν· πρότερον δ' ὑπερβαλλόντως ἐπμήθη. Nam uti (quod optimè monet) repetitio ejusdem vocis hunc locum perdidit, sic & vox ἐπμήθη alia exscriptoris ablepsia excidit.

Non obstante tamen hujus loci tali defectu, facilè videtur quid

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

quid sibi velit heic Strabo: quem ita vertit Guilh. Xylander: *Nunc quidem . . . . fanum Delphicum negligitur*, [id est, *parvi penditur, ferè contemnitur:* ita enim optimè vertitur vox ὠλιγώρηται,] *antiquitus autem maximo opere fuisse cultum, cum Thesauri demonstrant à populis & magnatibus apparati, in quos consecratæ pecuniæ fuere repositæ, & opera artificum præstantissimorum: tum Pythicum certamen & multitudo vulgatorum Oraculorum. Oraculum ipsum ajunt esse cavam profundè specum, aditu non admodum lato: ex eâ spiritum efferri furoris divini efficacem: supra orificium tripodem situm sublimem, quo conscenso Pythia ubi spiritum exceperit; & carmine solutâque Oratione sortes ab ea pronunciari: porrò Poëtas esse quosdam fani administros, qui prosâ Oratione edita, in versus numerosque redigant.*

Affert idem ille Mornæus quoque Celsum, at non meliori cum successu: quum ille ne gru quidem de Oraculorum duratione aut defectu: sed tantum adducat contra Origenem quam parva in æstimatione ea essent apud Christianos, &c. Sed ipsum, quæso, audiamus Celsum, cujus verba ita recitat Origenes lib. 7. pag. 333. in editione Spenceri: Τὰ μὲν ὑπὸ τῆς Πυθίας, ἢ Δωδωνίων, ἢ Κλαρίου, ἢ ἐν Βραγχίδαις, ἢ ἐν Ἄμμωνος ὑπὸ μυρίων τε ἄλλων θεοπρεπῶν προφητικῶν, ὑφ' ὧν ὀλιγικῶς πάση γῆ καλωκίδη, ταῦτα μὲν ἤδενὶ λόγῳ τίθενται· τὰ δ' ὑπὸ τῶν ἐν Ἰουδαίᾳ τοῦ ἐκείνων τρόπου λεχθέντα ἢ μὴ λεχθέντα, καθάπερ εἰώθασιν ἔτι νῦν οἱ περὶ Φοινίκην καὶ Παλαιστίνην, ταῦτα γε θαυμαστὰ καὶ ἀπαράλακτα ἡγοῦνται.

Dodonæa, Claria, Branchidarum, Ammonis, aliaque innumera Oracula, quorum monitis per omnes ferè terras deductæ sunt Coloniæ, pro nihilo habent: cæterum Judæorum dicta non dicta, more Gentis ambigua, qualia hodieque Phœnicum sunt & Palæstinorum, miranda putant & certissima.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Itane Celsus asserit Oracula ista à se enumerata jam suo tempore fuisse muta? Non sanè ita intellexit ejus verba ipse Origenes; qui dum Celso respondet, manifestè indicat Oracula adhuc suo tempore, ac nominatim Delphicum responsa dedisse: cujus verba adduxi (nam & alia complectuntur quæ huc non ita spectant) ubi de Auctoribus Oraculorum tractavi. Non absurde quis hîc Mornæo occinat illud Theocriteum, Πᾶ τὰς φρένας ἐκπεπότασαι;

CAPUT IV.

Juvenalis testimonium expenditur; atque ista occasione ostenditur Oraculum Delphicum (quin & alia plura) sua respondendi, ac contrà, silendi intervalla habuisse, & quidem maxime notabilia; nec cum adventu Servatoris nostri Jesu Christi, aut brevi post, in totum desiisse: sicut plurimi inter eruditos secure nimis, ac temere, affirmant. Ubi & hac occasione notatur insignis lapsus cum Melanchthonis, tum plurium aliorum eruditorum, circa hoc Oraculum Delphicum: ostenditurque Oraculorum Responsa, (quamvis interim nonnulla penitus interiissent, jam dudum ante Christum natum, nonnulla vero de novo etiam post eundem natum expullularint) durationis suæ tempora usque ad Theodosium Magnum, imo & ulterius, extendisse. Quæ jam dicta ex Cicerone, Suetonio, Plutarcho, Lucano, Luciano, Dione, Pausania, Philostrato, Eusebio, Ammiano, Theodoreto, aliisque pluribus scriptoribus antiquis firmantur.

JUvenalis tamen, forsan aliquis hîc objiciet, hoc disertis verbis testatur, dum canit:

Quo-

Quoniam Delphis Oracula ceſſant.

Nolo hic jam diſputare, num hæc ita ad literam intelligenda, an è contra Satyricè fuiſſe dicta exiſtimandum ſit; quoniam tum magis ac magis Oraculum illud ab honore ſuo atque exiſtimatione, antiquis temporibus ei habitis, ita decideratat (præſertim verò poſt direptiones ac profanationes Neronis, poſt quas tempore opus erat ut denuo inſtauraretur) ut jam quaſi ceſſare videretur, quum tam rari conſultores id adirent.

Quod enim adhuc Juvenalis tempore, aut ſaltem brevi poſt, adiretur ac conſuleretur, imò & uſque ad Juliani Apoſtatæ Imperium, ſatis liquido ex ſequentibus patebit.

At nunc oſtendendum, (de quo jam ſuperius monui, ac quod forſan ab aliis quidem etiam obſervatum, ſed à nemine, quod ſciam, publicè traditum, quodque Tractationi huic de Oraculo Delphico multum lucis afferre queat) χρηστήριον ſive Oraculum illud Delphicum quandoque, per tempus aliquod viguiſſe, atque edidiſſe petentibus reſponſa; quandoque vero, diverſas ob cauſas, per aliquod tempus obmutuiſſe, & aut planè omnino aut penè fuiſſe deſertum. Huic rei demonſtrandæ producam primò locum Plutarchi quem habet in Dialogo de Oraculorum defectu, hoc modo: Καὶ γὰρ τοῦτο δήπου ἐνταῦθα πεσεῖται τὸν χρόνῳ τε καὶ δόξῃ κλεινότατον, ὑπὸ θηρίου χαλεποῦ δρακαίνης πολὺν χρόνον ἔρημον φωλεὸν καὶ ἀνοσφαντέλαστον ἰσχόσιν· οὐκ ὀρθῶς τῷ ἀργίαν, ἀλλὰ ἀναπαλιν λαμβάνοντες. ἡ γὰρ ἐρημία τὸ θηρίον ἐπηγάγετο μᾶλλον ἢ τὸ θηρίον ἐποίησε τὴν ἐρημίαν. ἐπεὶ ὅ γε τῷ Θεῷ δόξαν ἔτως ἦν Ἕλλας ἐρρώσθη πόλεσι, &c..

Nam & hoc Apollinis Opertum (loquitur de χρηστηρίῳ Delphico) *tempore vetuſtiſſimum, famâ illuſtriſſimum, narrant à Dracone fœmina, belluâ dirâ, obſeſſum diu deſertum hominibuſque intercluſum fuiſſe, vaſtitatem non rectè,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

ſed præpoſtere, interpretantes. Solitudo enim potius belluam illexerat, quam bellua ſolitudinem fecerat. Poſtquam Deo viſum eſt, ut Græcia conditis urbibus convaleſceret, &c.

Ex hoc Plutarchi loco, non obſcurè, meo judicio, apparet, id jam priſcis temporibus, poſt ortum ſuum denuò deſertum obmutuiſſe. An verò ad hæc reſpiciat tempora Statius, libro octavo, an ad alia, dum ex perſonâ commilitonum Amphiarai canit, *Mutiſque diu plorabere Delphis*, mihi incertum eſt. Boiſſardus de hoc χρησμῷ loquitur in hunc modum: *Quinquies deſtructum eſt, & ſæpius impune direptum: Semel ab Euboïco quodam latrone, qui à Phlegyâ ortum ducebat; iterum à Pyrrho Achillis filio; ab exercitu Xerxis; à Gallis; à Phocenſium ducibus* [teſte Pauſania in Phocicis, nam ex iſto hæc anteriora hauſit] *tandem à Nerone: Poſtremo Conſtantino Magno imperante, Chriſtiani Templum funditus devaſtarunt, valvis januarum aheneis & fuſili opere egregiè ornatis ſublatis, & Conſtantinopolim tranſlatis. Tripodas aureos & argenteos abſtulerunt, & quidquid pretioſum in eo reſervatum erat & comportatum, Deoque ſacratum à Neronis tempore id totum tranſtulerunt Byzantium. Cumque poſtea utcunque inſtauratum eſſet,* JULIANO *imperante (qui poſtremus fuit Delphici Oraculi ſciſcitator) ut de Belli Parthici eventu edoceretur, fulmine cœlitus ictum conflagravit*, &c.

Notanda ſanè hîc Boiſſardi ultima verba, de conflagratione, nempe, Templi Delphici. In qua Hiſtoria (ſeu potius fabulâ) cum ipſo conveniunt Melanchthon & Peucerus, lib. 3. Chronici, quod poſt Carionem adauxerunt: quorum verba ſunt, in Juliano Apoſtata: *Eodem tempore, in aliâ Orbis terrarum parte, Delphicum Templum, quod Ethnicis præcipuum fuit, Divinitus, non hominum manibus, deletum eſt, terræ motu & fulminibus: cum Julianus legatos miſiſſet, in-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

interrogaturus de eventu belli Persici. Sæpe antea direptum & aliquoties deletum est Delphicum Templum, sed rursus exstructum & ornatum. At post hanc eversionem DIVINITUS FACTAM *Juliani tempore, nunquam deinde instauratum est.* Idem aliis verbis testatur Peucerus in commentario suo de Divinationibus, cap. de Oraculis pag. 141. a. Idem & Adolphus Hospinianus, de Origine Templorum cap. 3. qui & ipsius sive Melanchthonis, sive etiam Peuceri, ex Chronico, verbis (Melanchthonem solum tamen citat) usus, hæc interserit verba: *ut indicant Theodoretus lib. 3. cap. 11. Sozomenus lib. 5. cap. 19, 20, 21.* De numeris, per vitia, forte, typographica, corruptis nullas hîc movere velim quæstiones, nec res ea tanti est: Sed ipsam solùm considerabo Historiam. Theodoretus lib. 3. cap. 9. & 10. ac Sozomenus lib. 5. cap. 19. & 20. ambo apertissimis verbis, de Templo longè alio, ac centenis milliaribus à Delphico distante, loquuntur: de Apollinis scilicet Daphnæi, quod erat in suburbio Antiochiæ in Syria. Quod suburbium simul cum Templo, χρησμείῳ ejus, ac consultatione Juliani, multis admodum verbis à dicto Sozomeno ibi describitur.

Ac de fulmine quidem loquitur & credit Theodoretus; sed nihil planè addit de terræ motu. At Sozomenus ne quidem de fulmine satis audacter affirmat: hæc enim sunt ipsius verba, ex versione Christophorsoni: *Qua re confecta haud ita diu post, ignis ex improviso in delubrum Apollinis Daphnæi irruens, totum tectum & ipsam statuam penitus absumpsit; atque parietes solum, quibus delubrum erat circumdatum, columnas præterea, quæ tum vestibula, tum posteriorem partem ædificii suffulciebant, nudatas reliquit. Atque ut* (NB.) *Martyris precibus* CHRISTIANI PUTABANT *ignem illum cœlitus in Dæmonem delapsum esse; ita Gentiles rumorem dissiparunt illud facinus à Christianis deditâ operâ perpetratum. Quæ opinio cum superior esset, Sacerdos Apollinis*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

nis deducitur in judicium, uti quis incendii auctor fuisset, indicaret.

Ac licet multis verberibus cæsus, graviterque cruciatus, neminem tamen omninò indicavit. Quâ re potissimum (NB.) *inducti Christiani, constanter affirmarunt, ignem non ab hominibus per insidias injectum, sed divinâ ultione è cælo dimissum, in delubrum irruisse.* Græca verba sonant: Οὐκ εἰς μακρὰν ἢ τάτε γνωμάς ἀσεβέπως ἐμπεσὸν πῦρ τῷ νεῷ τῷ Δαφναίᾳ Ἀπόλλωνος πᾶσαν τὴν ἱερὰν ὑλὴν κὴ αὐτὸ τὸ ἄγαλμα κατέφλεξε. γυμνὰς ἢ τὰς πίχας κὴ τὰς ῥεθόλας εἶασε, κὴ τὰς κίονας οἱ τὰ προπύλαια κὴ τ ὀπισθόδομον ἀνεῖχον. ἐδόκε δὲ τοῖς μὴ Χριστιανοῖς κὴ αἴτησιν τ μάρτυρος θεήλατον ἐμπεσεῖν τῷ δαίμονι πῦρ. οἱ ἢ ἕλληνες ἐλογοποίεν Χριστιανῶν εἶναι τὸ δρᾶμα. ταύτης δὲ τ ἰταμείας κρατήσας, ἄγεται εἰς δικαστήριον ὁ τ Ἀπόλλωνος ἱερὸς φανερώσων τ τολμήσαντα τ ἐμπρησμὸν, δεσμώτης γενόμενος. κὴ πολλὰς ἰταμείνας τοληχὰς χαλεπῶς τε αἰκισθεὶς, οὐδένα κατεμήνυσεν· ἀλλὰ κὴ θείαν μῆνιν εἰσκῆψαι τῷ νεῷ ἐρᾶνιον πῦρ. κὴ τὰ μὴ ὧδε ἔχειν. Collatis fateor, & versione hac, & textu Græco Sozomeni, videbimus iterum, addita nonnulla, quasi grande esset peccatum non aliquid auctoribus, (seu citando seu vertendo) addere suis. Itaque posteriora vertenda sunt: *Neminem indicavit. Sed ex ira Deorum (seu divina) ignem cœlestem Templo irruisse.* Cætera addidit Interpres: quod notandum duxi, ut & hîc videamus, quam secure stare queamus talium interpretationi.

Attamen quàm benè congruunt hæc dictis Melanchthonis, Peuceri, Hospiniani, Boissardi, & si qui alii adhuc talia tradunt? (nam tædet me plures de hâc falsissima inquirere opiniones.) 1. Minimè gentium loquuntur hi Theodoretus ac Sozomenus, nec magis etiam alii Auctores, de Apolline aut Oraculo Delphico: sed, uti jam sat patet, expressis verbis de Apolline Daphnæo, sive χρηστηρίῳ Apollinis ad Antiochiam in Syria, tam procul distante à meditullio Græciæ. 2. Ne

gru

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

gru quidem illi habent de terræ motu. 3. Neque ex ipsis, neque aliter constat, Templum istud Divinitus magis quam hominum, ac quidem Christianorum astu ac dolo conflagrasse : Christianorum dico, qui in hac tali re magis laude quam vituperio mihi digni videntur. De incendii auctore sanè tunc nemini constabat, quantum ex historiis haurire possimus; solum dixisse, Sacerdotum ira id effectum Divinâ, quum alium neminem posset indicare.

Verumtamen hi nominati Auctores Melanchthon, &c. hæc tam securè ac tam constanter affirmant, quasi nihil fuisset magis manifestum. I nunc & fidem habe citationibus, quæ aut ex Veteribus, aut ex Neotericis, hujusmodi scriptorum in scriptis tibi occurrant.

Sed, ut denuò redeamus in viam unde digressi sumus, patet ex talibus direptionibus ac divastationibus, (per quas, si non sæpè etiam occisi, fugati saltem, fuere Antistites, dum omnia disturbarentur) desertum quoque manifestè locum; donec tandem exsurgerent rursus, qui sufficientibus opibus, (sive hoc communi sumptu, sive & aliter, quandoque factum fuerit) aut præditi aut sustentati, χρηστήριον istud de novo instaurarent. Ad quam rem, satis arduam sanè, nunc breviori quidem, nunc verò longiori tempore opus fuit, pro opibus aut potentia, aut voluntate, aut superstitione eorum, qui id demum aggressi fuere. Necesse igitur est magnos ex hisce aliisque causis fuisse defectus ac diuturna hujus χρηστήριον silentia: præsertim verò si & hisce accederet defectus aut inopia personarum satis aptarum huic negotio; & hinc contemptus, atque ex contemptu silentium personarum horum Oraculorum. Sed de hâc re latius in sequentibus.

Quod autem Ciceronis ætate responsa dederit χρηστήριον Delphicum, clarum est ex ipso Cicerone; ac non solum verbis ipsius jam superius allatis, sed etiam hisce sequentibus è lib. 1. de Divinatione; ubi Quintum Fratrem inducit pro Divinatio-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

nibus, Oraculis, &c. differentem: qui inter alia, ait: *Defendo unum hoc, Nunquam illud Oraculum Delphis tam celebre & tam clarum fuißet, neque tantis donis refertum, omnium populorum, atque Regum, niſi omnis ætas Oraculorum illorum veritatem eſſet experta. Jam diu idem non facit.* UT IGITUR NUNC MINORE GLORIA EST, (NB.) QUIA MINUS ORACULORUM VERITAS EXCELLIT; *ſic tum, niſi ſumma veritate, in tantâ gloriâ non fuiſſet. Poteſt autem vis illa terræ evanuiſſe vetuſtate*, &c.

Quod tamen & hujus Ciceronis ætate, per tempus aliquod obmutuerit, tempore ſcilicet belli inter Cæſarem ac Pompejum, apparet ex Lucano; qui Pharſaliorum lib. 5.

——— *Non ullo ſecula dono*
Noſtra carent majore Deûm, quam Delphica ſedes
Quod ſiluit, POSTQUAM REGES TIMUERE FUTURA,
ET SUPEROS VETUERE LOQUI. *Nec voce negata*
Cyrrhææ mœrent vates, templique fruuntur
Juſtitio: nam ſi qua Deus ſub pectore venit,
Numinis aut pœna eſt mors immatura recepti,
Aut pretium: quippe ſtimulo fluctuque furoris
Compages humana labat, pulſuſque Deorum
Concutiunt fragiles animas. Sic TEMPORE LONGO
IMMOTAS TRIPODAS, *vaſtæque ſilentia rupis*
Appius Heſperii ſcrutator ad ultima fati
Sollicitat. juſſus ſedes laxare verendas
Antiſtes, pavidamque Deis immittere vatem,
Caſtalios circum latices, nemorumque receßus
Phemonoën errore vagam, curiſque vacantem
Corripuit, cogitque fores irrumpere templi, &c.

Jam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Jam antea dixerat,

Solus in ancipites metuit deſcendere Martis
Appius eventus : finemque expromere rerum
Sollicitat ſuperos, MULTOSQUE OBDUCTA PER ANNOS
Delphica fatidici reſerat penetralia Phœbi.

Nimirum, ſive ob motus Reipublicæ, ſive alias ob cauſas, poſtea inveſtigandas, multos per annos ſiluerat Oraculum; quod tamen eo tempore, quo Cicero ſuos de Divinatione ſcribebat libros, rurſus reddebat reſponſa. Iſtud verò ſilentium, quod tempore Belli Pharſalici adhuc durabat, non videtur tamen per ita admodum multos annos tenuiſſe mutum prætenſum illum Apollinem. Nam, ſi audiamus Plutarchum, ipſe Cicero, in juventute ſuâ, & 30. circiter annos ante bellum iſtud Pharſalicum, Delphos profectus, Apollinem conſuluerat, ab eoque reſponſum acceperat. Ita enim jam dictus Plutarchus in ipſius vita : Ὁ γὼν Κικέρων ἐλπίδων μεγὸς ὢν ἐπὶ τὼ πολιτείαν φερόμενος, ὑπὸ λῃσμῶ τινος ἀπημβλύνθη τὼ ὁρμὼ· ἐρομένῳ γὼρ αὐτῷ τ ἐν Δελφοῖς θεὸν ὅπως ἐνδοξότατος γένοιτο, ἐκέλευσεν ἡ Πυθία τὼ ἑαυτῶ φύσιν, ἀλλὰ μὴ τὼν τ πολλῶν δόξαν ἡγεμόνα ποιεῖσθ ἔ βίε. *Ergo cum ingenti Cicero ſpe erectus ad rempublicam gerendam pergeret, retudit impetum ejus Oraculum quoddam. Nam conſulenti Apollinem Delphicum qua potiſſimum ratione ſummam gloriam aſſequeretur, Pythia juſſit, ut ſuum ipſius ingenium, non vulgi exiſtimationem, ducem ſequeretur vitæ.*

Ut vero reſponſa reddebat tempore Ciceronis modo indicato, ſic & Strabonis tempore (qui ſub Tiberii Imperio & vixit, & ſcripſit) Oracula reddidit. Quod, curſu forſan interrupto, perduravit uſque ad Neronem Cæſarem. Nam eo quoque tempore conſultum fuiſſe Apollinem, conſultoribuſque reſponſa dediſſe, teſtatur Suetonius. Ita enim loquitur in vita

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Neronis cap. 40. *Ut verò consulto Delphis Apolline septuagesimum tertium annum cavendum sibi audivit, quasi eo demum obiturus, ac nihil conjectans de ætate Galbæ; tanta fiduciâ non modò senectam singularemque concepit felicitatem, ut amissis naufragio pretiosissimis rebus, non dubitarit inter suos dicere, pisces sibi eas relaturos.* Cum hoc Suetonio non male convenit Dion Cassius: qui (seu potius ipsius epitomator) hæc de Nerone tradit: Τὸν δὴ Ἀπόλλωνα (εἴτ' ὂν ἀγαπακτήσας ὅτι λυπηρόν τινα προεῖπεν αὐτῷ, εἴτε καὶ ἄλλως μανεὶς) τόν τε χώραν τὴν Κιρραίαν ἀφείλετο, καὶ στρατιώτας ἔδωκε, καὶ τὸ μαντεῖον κατέλυσεν, ἀνθρώπους εἰς τὸ στόμιον, ἐξ οὗ τὸ ἱερὸν πνεῦμα ἀνῄει, σφάξας. *Apollini sive iratus quod ei molestum & grave responsum dedisset* [aliter, *quod ei tristia aliqua prædixisset*] *sive & alio pacto insaniens, agrum Cirrhæum ademit, eumque dedit militibus: & locum unde Oracula petebantur delevit, hominibus ad os ipsum, ex quo spiritus sacer exhalabat, interfectis.*

Hinc Pausanias, de hoc Nerone ejusque in Delphos patrato facinore, etiam hæc narrat: Ἔμελλε δὲ ἄρα καὶ τῆς Νέρωνος ἐς πάντα ὀλιγωρίας ἀπειράτως ἕξειν· ὃς τὸν Ἀπόλλωνα πεντακοσίας θεῶν τε ἀναμὶξ ἀφείλετο καὶ ἀνθρώπων εἰκόνας χαλκᾶς. Quæ vertuntur à Romulo Amasæo, *Non postremo Neronis impietatem* [Dei donaria] *effugere potuerunt. Is enim quingentas æneas partim Deorum, partim verò hominum, sustulit imagines.*

Nemini igitur hæc & similia consideranti mirum videbitur, si tempore Juvenalis, qui imperante Domitiano vixit ac scripsit, adhuc silentium tenuerit. Quum tamen postea sub Imperio Adriani Cæsaris, quo tempore Plutarchus vixit, (ut qui præceptor fuit Antonini Pii) iterum responsa dederit: quod jam, hoc Plutarcho teste, vidimus, tam ex aliis verbis, superius citatis, quam hisce sequentibus: *Sed vitio datis priscis Antistitis,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

stitis, quod malis usæ sint versibus, itemque eas quæ hodie (NB.) *prosa Oratione responsa dant, &c.*

At nec toto illo tempore à Nerone ad Domitianum & ulterius fuisse mutum, ex Philostrato, lib. 6. de vita Apollonii, uti & libro 4. cap. 8. satis manifestum est. Ita enim ille: Σκέψαι γὰρ τὸν Ἀπόλλω, εἶπε, τὸν Δελφικὸν, ὃς τὰ μέσα τῆς Ἑλλάδος ὅπη ἀφῤῥήτων λογίων ἔχει. ἐνταῦθα πίνων, ὡς πᾶς τις αὐτὸς γιγνώσκεις, ὁ μὲν τῆς Ὀμφῆς δεόμενος, ἱερᾶς βραχὺ ἐρώτημα. ὁ δὲ Ἀπόλλων ἅδην προτιμώμενος, λέγει ὁπόσα οἶδε. καί τοι ῥᾴδιόν τε ἦν αὐτῷ σεῖσαι μὲν τὸν Παρνασὸν πάντα, τὴν Κασταλίαν δὲ οἰνοχοῆσαι, μεταβαλόντα τὰς πηγάς· Κηφισῷ δὲ μὴ ξυγχωρῆσαι πλαμῶ εἶναι. ὁ δὲ ἅδην τούτων ὑπεκμπαίσας, ἀναφέρει τὰ ἀληθῆ αὐτός.

Licet enim Delphicum Apollinem intueri, qui medium Græciæ tenens, vaticinii responsis clarus est. Ibi igitur, ut ipse nosti, qui ab Oraculo aliquid poscit, brevi admodum oratione, quid poscit exponit. Apollo autem nullis portentis præmissis, quæ sibi videntur respondet: quanquam ei facillimum esset totum Parnassum concutere, & Castaliæ fontibus mutatis vinum effundere, Cephisique cursum morari. Ille autem nihil horum jactanter faciens, pure veritatem profert.

Sic idem ille dicto libro 4. cap. 8. de vita Apollonii, hoc Delphicum inter cætera Græciæ μαντεῖα tum temporis adhuc responsa reddentia enumerat. Ἐπεφοίτησε δὲ καὶ τοῖς Ἑλληνικοῖς ἱεροῖς πᾶσι τῷ τε Δωδωναίῳ, καὶ τῷ Πυθικῷ, καὶ τῷ ἐν Ἀβαῖς· ἐς Ἀμφιάρεώ τε, καὶ Τροφωνίῳ ἐβάδισε, καὶ εἰς τὸ Μουσεῖον τὸ ἐν Ἑλικῶνι ἀνέβη.

Peragravit etiam Apollonius totius Græciæ templa & Oracula, accessit namque ad Dodonæum templum & PYTHICUM, & quod est in Abis. (NB.) *Amphiarai quoque & Trophonii templa vidit. Adscendit etiam ad Musarum templum in Helicone positum.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Dion. Chrysostomus in Oratione de fuga, sive exilio:

Ταῦτα ἐπιθυμοῦντί μοι, ἔδοξε δὴ αὐτὸν εἰς Δελφοὺς βαδίσαντα, χρήσασθαι συμβούλῳ ἱκανῷ, τῷ παλαιὸν ἔθει τῶν Ἑλλήνων. οὐ γὰρ οἶμαι νόσου μὲν καὶ ἀπαιδίας, εἴ τῳ μὴ γίγνοιντο παῖδες, καὶ οἷς καρπῶν ἱκανῶς συμβουλεύειν αὐτόν, οἷς δὲ τοιούτου πράγματος ἧττον δυνήσεσθαι. καὶ δή χρωμένῳ μοι, ἀνεῖλεν ἄτοπόν τινα χρησμὸν καὶ οὐ ῥᾴδιον συμβαλεῖν. ἐκέλευε γάρ με, αὐτὸ τοῦτο πράττειν ἐν ᾧ εἰμὶ, πάσῃ σπουδῇ, ὡς καλήν τινα καὶ συμφέρουσαν πρᾶξιν· ἕως ἂν, ἔφη, ἐπὶ τὸ ὕστατον ἀπήλθῃς τῆς γῆς. Quæ juxta versionem Morellii, ita sonant: *Hæc mihi cogitanti, visum est* EUNDUM ESSE ET MIHI DELPHOS AD APOLLINEM. *Ut eo consultore uterer, juxta Veterem Græcorum consuetudinem. Neque enim putavi, quum de Morbo & prolis defectu, si cui nempe non gignerentur liberi, deque fructibus sufficienter posset consulere, in hoc negotio minus eum valiturum. Et demum Oraculum petenti mihi, respondit absurdum & conjectu difficile responsum. Jussit enim me id ipsum in quo essem agere omni alacritate, ut honestam quandam & utilem actionem, donec* (inquit) *in postremam terræ partem discesseris.* Qui Chrysostomus viguit, ac scripsit, ut notum est, sub Imperio Adriani Cæsaris. In ipso textu Græco, fateor, non nominantur neque Delphi, neque Apollo ita uti in Morellii versione conspiciuntur. Attamen ex iis quæ præcedunt, clarè patet eum de Apolline Delphico hîc loqui:

Ita enim dixerat: οὐ γὰρ ἂν τῷ μὲν αὐτῶν παρῆν συνεβούλευεν ὁ Ἀπόλλων φεύγειν, τῷ δὲ μένειν ἀνδρὸς ἀπηγόρευε. καὶ ταῦτα ἀνδρὶ θεοσεβοῦντι, ὃς ἦν ἐπιμελέστατος περὶ τὸ θεῖον, καὶ θυσίας τε πολείσας ἔθυε, καὶ μέγιστα ἀναθήματα ἐπεπόμφει, ἅ ποτε ἀναθέντων εἰς Δελφούς.

Quod autem & Luciani ætate, qui Antoninorum tempore vixit, (Marci Aurelii scilicet ac Commodi) præter alia quoque hoc Delphicum χρησμὸν fuerit consultum, patet ex stolida

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

lida illa interrogatiunculâ Sacerdotis Thyanæi, quam in Alexandro Pseudomante habet ille Lucianus hisce verbis complexam: Τὰ δ' ἄλλα χρησήρια, τὸ ἐν Διδύμοις, καὶ τὸ ἐν Κλάρῳ καὶ τὸ ἐν Δελφοῖς, ἔχει τὴν πατρῴαν τοῦ Ἀπόλλω χρησμῳδικήν, ἢ ψευδεῖς εἰσιν οἱ νῦν ἐκπίπτοντες ἐκεῖ χρησμοί; *At reliquæ Sortes, quæ in Didymis, Claro* DELPHISQUE *redduntur, utrum ab auctore proficiscuntur Apolline? an mendacia sunt quæ illic nunc redduntur Oracula?*

Idem de iisdem ferè, sed paulò serioribus temporibus, liquet ex Ælio Spartiano: qui in Pescennio Nigro hæc habet: *Denique Delphici Apollinis Vates in motu Reipublicæ maximo, cum nuntiaretur tres esse Imperatores, Severum Septimum, Pescennium Nigrum, Clodium Albinum, consultus quem expediret Reipublicæ imperare, versum Græcum hujusmodi fudisse dicitur.*

OPTIMUS EST FUSCUS, BONUS AFER, PESSIMUS ALBUS.

Ex quo intellectum FUSCUM *Nigrum apellatum Vaticinatione: Severum* AFRUM: ALBUM *verò Albinum dictum.*

Nec defuit alia curiositas. Requisitum est qui esset obtenturus rempublicam. Ad quod ille respondit alium versum talem:

FUNDETUR SANGUIS ALBI, NIGRIQUE MINANTIS,
IMPERIUM MUNDI POENA REGE URBE PROFECTUS.

Quod omninò intellectum non est, nisi quum Bassianus Antonini, quod verum signum Pii fuit, nomen accepit.

Item quum quæreretur quamdiu imperaturus esset, respondisse Græcè dicitur,

Bis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Bis denis Italûm conſcendet navibus æquor :
Si tamen unà ratis tranſiliet Pelagus.

Ex quo intellectum, Severum viginti annos expleturum.

Attamen Clemens Alexandrinus in Protreptico ſuo ad Gentes, (qui an ſub Commodo, ſub Juliano, ſub Pertinace, an ſub Severo ſcriptus ſit incertum eſt) hæc, quæ ſequuntur, habet : Ἄδυτα πίνυν ἄθεα μὴ πολυπραγμονεῖτε, μηδὲ βαράθρων στόματα, τεραλείας ἔμπλεα : ἢ λέβητα Θεσπρωτικὸν : ἢ τρίποδα Κιρραῖον : ἢ Δωδωναῖον χαλκεῖον : γεράνδρυον δὲ, ψάμμοις ἐρήμοις τετιμημένον, καὶ τὸ αὐτόθι μαντεῖον, αὐτῇ δρυὶ μεμαρασμένον, μύθοις γηρασκόσι καταλείψατε, σεσίγηται γὰρ ἡ Κασταλίας πηγὴ, καὶ Κολοφῶνος ἄλλη πηγὴ, καὶ τἄλλα ὁμοίως πέπνυκε νάματα μαντικὰ, καὶ δὴ καὶ τύφου κεναὶ ὄψὲ μόλις, ὅμως δ' ὖν, διελήλεγκται, τοῖς ἰδίοις συνεκρότησε μύθοις. διήγησαι ἡμῖν καὶ τῆς ἄλλης μαντικῆς, μᾶλλον δὲ μανικῆς, τὰ ἄχρηστα χρηστήρια : τὸ Κλάριον : τὸ Πύθιον : τὸ Διδυμέα : τὸ Ἀμφιερέω : τὸ Ἀπόλλω : τὸν Ἀμφίλοχον. εἰ δὲ βούλῃ καὶ τερατοσκόπους, &c.

Impia ergò adyta ne inveſtigetis, nec barathrorum ora præſtigiis plena, aut lebetem Theſprotæum, aut tripodem Cirrhæum, aut æs Dodonæum. Gerandryon autem arenis deſertis honoratum, & quod illic eſt Oraculum, quod cum ipſâ quercu emarcuit, anilibus fabulis relinquatis. Silentio (NB.) *quidem certè mandatus eſt Fons Caſtalius, & alius Fons Colophonis, & alia ſimiliter perierunt fluenta Divinatoria, quæ certè faſtu plena, ſerò quidem,* (NB) *tandem tamen convicta ſunt, ut quæ unà cum ſuis effluxere fabulis. Narra nobis alius quoque Divinationis, vel inſanæ potius vanitatis, Oracula, Clarium, PYTHIUM, Didymæum, Amphiaraum, Apollinem, Amphilochum. Quod ſi & velis monſtrorum inſpectores,* &c.

Ex hiſce verbis Clementis videntur jam ipſius tempore omnia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

omnia ceſſaſſe Oracula ac periiſſe. Magnos ac valde notabiles Eclypſes paſſa ſubinde hæc χρησήρια, patet ex antedictis. An verò ſub Imperio Severi tale quid paſſa fuerint, obſcurum eſt. Non ſolùm autem de Delphico, verum etiam de aliis hîc loquitur Clemens. Crediderim ipſius ætate, atque antequam hæc ſcriberet, notabilem denuò defectum accidiſſe Delphico, forſan & aliis Oraculis, quæ præter hoc jam dudum in minori gloriâ erant. Sed non hîc ceſſaſſe in totum illorum reſponſa, manifeſtum ſatis eſt ex ſequentibus: & de Delphico, per ea quæ tam Theodoretus quam Conſtantinus Magnus habent: quem poſteriorem in libro 2. & 50. vitæ ejus Euſebius ita inducit loquentem: *Quippe Apollo* TUNC TEMPORIS *ex antro & tenebris, ſeu* SPECU, *&* NON EX HOMINIS ORE, *Oraculum edidiſſe ferebatur, quo juſtos viros in terra degentes obſtare ſibi ajebat, quo minus vera prædiceret: atque* (NB.) *idcircò falſa ex tripode reddi. Hanc ob cauſam ille comam demiſit, & expulſâ divinandi arte, tantum inter homines malum lamentabatur, &c.* Hæc autem narrat patris ipſius Conſtantii tempore, atque in prima ſua (Conſtantini) adoleſcentia, accidiſſe. Græca ſonant: Τὸν Ἀπόλλω τὸ πλωικαῦτα ἔφασαν ἐξ ἄντρου τινὸς καὶ σκοτίου μυχοῦ, ἀλλ' ἐξ ἀνθρώπων χρῆσαι, ὡς ἄρα οἱ ὅπι τὸ γῆς δίκαιον ἐμπέδιον εἶεν ἔ ἀληθεύειν αὐτόν καὶ διὰ τοῦτο, ψευδεῖς τὰ τρίποδων τὰς μαντείας πιεῖσαι. Τοῦτο αὐτὸ καταφεῖς τὰς πλοκάμους ἀνεῖναι [ita enim legendum, uti ab aliis jam olim correctum: non ut in R. Stephani editione] πεποίηκε· τὸ μαντείας τ' ἐλαυνομένης, τὸ ἐν ἀνθρώποις κακὸν ἀποδύρεσθαι. Nec ſolum reſpondiſſe in ipſius adoleſcentia apparet hoc χρηστήριον Delphicum: ſed videtur & uſque ad ipſius imperium & ulterius dediſſe reſponſa; donec tandem ſub hoc ejus imperio per Chriſtianos deſtructum, vel potius ſpoliatum, fuit.

Ita enim habet idem Conſtantinus eadem in Oratione: Ἀλλὰ τῶν θρλώων ἐκείνων καὶ ἔ κοινοῦ τὸ οἰκτρώτης πένθος ὅπι πλέον

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

μεμνῆσθαί με δεῖ, οἴχοντας λοιπὸν καὶ ἐκεῖνοι οἱ τῶν μύσας αὐθέντας τοὺς διωκεῖν κέλασιν τοῖς ἀχέροντος βαρεάθροις ἐκδοθέντας σὺν αἰσχρῷ τέλει. πολέμοις γὰρ ἐμφυλίοις καταμιγέντες, ὅτ' ὄνομα, ὅτε γένος αὐτῶν καταλελοίπασιν. Ὁ δὴ οὐκ ἂν αὐτοῖς συμβεβήκει, εἰ μὴ ἡ ἀσεβὴς ἐκείνη τοῦ τῶν Πυθίου χρησηρίων μαντεία κίβδηλον δυνάμιν ἐσχήκει

Quorum poſtrema verba ſic bene, vertuntur ab interprete: *Quod profecto non ita contigiſſet, niſi impia illa Apollinis Pythii vaticinatio,* [major emphaſis tamen eſt in textu Græco] *falſam quandam & adulterinam vim habuiſſet.*

At magis veriſimile quoque fit illud tamdiu duraſſe, donec ſub hujus Conſtantini Imperio, atque ejus permiſſu, vel juſſu (ut Euſebius loquitur) direptum ac diſturbatum fuit, ex iis quæ idem tradit Euſebius lib. 3. de vita Conſtantini: Ἔνθεν εἰκότως ἐγυμνοῦτο μὲν αὐτοῖς τῶν κατὰ πόλιν νεῶν τὰ προπύλαια θυρῶν, ἔρημα γινόμενα βασιλέως προστάγματι ἑτέρων δὲ ἡ ὀροφὴ τοῖς οἰκείοις στέγη, τῶν καλυπτήρων ἀφαιρεμένων, ἐφθείρετο· ἄλλων δὲ σεμνὰ χαλκουργήματα, ἐφ' οἷς ἡ τῶν παλαιῶν ἀπάτη μακροῖς ἐσεμνολογεῖτο χρόνοις, ἔκδηλα τοῖς πᾶσιν ἐν ἀγορᾶις πάσαις τοῦ βασιλέως πόλεως τεθήσεται. ὡς εἰς ἀσχήμονα θέαν προκεῖσθαι τοῖς ὁρῶσιν, ὧδε μὲν τὸ Πύθιον, ἑτέρωθι δὲ τὸν Σμίνθιον, ἐν αὐτῷ δὴ ἱπποδρομίῳ, τοὺς ἐν Δελφοῖς τρίποδας. τὰς δ' Ἑλικωνίδας μούσας ἐν παλαιῷ ἐωλημένας δὲ διόλου πάσῃ ἡ βασιλέως ἐπώνυμος πόλις, τῶν κατ' ἔθνος ἐντέχνοις χαλκοῦ φιλοκαλίαις ἀφιερωμένων. *Itaque quorundam in urbibus Fanorum veſtibula nudabantur, valvis juſſu Imperatoris orbata. Aliorum tectum corrumpebatur, tegulis amotis. Nonnullorum veneranda ex ære ſimulacra, quæ error majorum multis jam annis magnificè jactabat, per fora urbis ab Imperatore cognominatæ, omnium oculis ſubjecta ſunt. Adeo ut ad ludibrium & contumeliam ſpectantium paterent expoſiti: hîc* PYTHIUS APOLLO, *illic* SMINTHIUS, *& in ipſo quidem Circo* TRIPODES DELPHICI: MUSÆ *autem* HELICONICES

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

in palatio. Denique civitas illa Imperatorii cognominis, tota passim repleta est signis æneis, quæ eleganti opere elaborata, per singulas Provincias olim dedicata fuerant.

Post hanc ruinam tamen ultimâ vice instauratum est, incertum an demum sub Juliano Apostatâ, an verò jam antea sub Constantio nonnulli id ausi fuerint. Verisimilius tamen illud factum fuisse, perfectum saltem, si ab aliis antea tentatum, sub Juliano: qui, teste Theodoreto, & alia χρησήρια, & hoc ipsum, super bello in Persas suscipiendo, consuluit. Hæc enim Theodoreti verba:

Πέμψας δὲ εἰς Δελφοὺς καὶ Δῆλον, καὶ Δωδώνην, καὶ τὰ ἄλλα χρησήρια, εἰ χρὴ στρατεύειν ἐπηρώτα τοὺς μάντεις, οἱ δὲ κελεύειν στρατεύειν ἐκέλευον, καὶ ἐνίσχυον τῷ νίκην. ἕνα δὲ τῶν χρησμῶν εἰς ἔλεγχον τοῦ ψεύδους ἐνθήσω τῇ συγγραφῇ, ἔστι δὲ ὅτε· Νῦν πάντες ὠρμήθημεν θεοὶ νίκης τρόπαια κομίσασθαι πατρίδι θηλὺ πλάμας. Τῶν δ' ἐγὼ ἡγεμονεύσω θοὸς πολεμόκλονος Ἄρης. τὸ μὲν οὖν τῶν ἐπῶν καταγέλαστον κωμῳδεῖτωσαν οἱ λόγιον θεὸν καὶ τῶν μουσῶν ἀρχηγέτην τὸν Πύθιον ἀνομάζοντες. ἐγὼ δὲ ὡστοῦ τὸ ψεῦδος εὑρὼν τὸν ἐξηπατημένον ὀδύρομαι *Cum misisset ergo ad Delphos, ad Delon & Dodonem & alia Templa Fatidica, petebat ab* [ipsorum] *Prophetis, suscipiendumne esset Bellum. Illi verò & suscipere id jubebant, & Victoriam promittebant.*

Quorum [responsorum] *unum, ut sic illud arguam mendacii, huic tractationi inseram. Est vero hoc sequens:* NUNC OMNES EXCITATI SUMUS DII UT FERAMUS TROPHÆA THERÆ JUXTA FLUVIUM: SED HORUM EGO DUCTOR SUM FUTURUS FERUS BELLIPOTENS MARS. *Horum igitur versuum ridiculas ineptias cavillentur ii, qui eloquentem Deum & Musarum Principem nominant Pythium: mihi quidem, mendacio deprehenso, subit miserari illum qui his deceptus fuit.*

Ex quibus Theodoreti verbis patet, ad minimum sub Juliano, forsan & ultra Julianum, si non usque ad Imperium

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Theodosii, Delphicum hoc χρηστήριον dedisse responsa, sive Oracula. Quando enim postremo atque in æternum fuerit deletum, planè nobis incognitum est. Namque hoc contigisse sub Juliano, ac quidem cœlitus fulmine (aut aliter) falsum esse satis clarè ostendi. Ex iis verò quæ procedente nostro contextu adducentur, mihi verisimile omninò est, id usque ad Theodosium (sive tamdiu reddiderit Oracula sive non,) perduravisse; de qua re aliis tamen liberum (uti de omnibus meis) relinquo judicium.

Fuit ergo (ut cum Molinæo loquar) *in Baronio* [Pamelium multosque alios ei hîc addere potuissem] *summa ἀβλεψία, quando dixit, paulò ante Christi nativitatem* [alii *non diu post* eam dicunt, Pamelius scilicet aliique, inter quos nonnulli nec sibi nec aliis concordant] *Oraculum Delphicum plane conticuisse, neque ex eo ulla responsa dedisse, apparatus* § XXV. *ubi & ex Nicephoro & Suida, novis auctoribus affert versiculos Apollinis, nullâ veritatis auctoritate suffultos.*

Sed audiamus quæso ipsum Baronium magnum sanè, aliàs, in multis ac magnis, virum: *Proxime autem*, ait, *ante dicta tempora illustrissimum illud, totoque Orbe celeberrimum Apollinis Delphici Oraculum occlusum erat, nec ultra* USITATA RESPONSA *dabat: Horrescente Dæmone, ut qui optime nosse poterat, mala sua annunciari,* NON TANTUM PER ORACULA SIBYLLINA, *sed & Prophetarum prædictionibus, de quo perbelle hæc Ethnicus Orator.* Post quæ verba Ciceronem quoque citat testem ex lib. 2. de Divinatione, at quali cum successu, jam superius vidimus.

Bzovius verò, ne quid minus dicat Baronio, postquam illius ferè verbis usus est, addit: *Ultimum dedit responsum Augusto.*

Moderatius paulò Pamelius loquitur, qui ad numerum 351. Apologetici Tertullianei: *Pythia autem Oracula defeciisse*

POST

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

POST CHRISTUM, *comprobat Eusebius lib. 5. de Præparat. Evang. cap. 8. ex Porphyrio* (NB.) *& Plutarcho de Oraculorum silentio.* Quam vera autem hæc asserta, judicet Lector ex jam ante dictis.

CAPUT V.

Hinc perpenduntur verba Prudentii de Oraculorum cessatione atque interitu: atque inde transitus fit ad reliqua Oracula: quæ post Salvatorem natum usque ad tempora Theodosii, ulteriusque, publice Responsa dederunt: atque ita agitur de Apollinis Clarii, Didymæi; Amphilochi in Mallo; Jovis Dodonæi, & Ammonii; Gerionis ad Patavium, pluribusque aliis χρησηρίοις.

SEd minimè prætermittendi sunt versus Prudentii, quos in Apotheosi sua contra Judæos cecinit, qui ita sonant:

Ex quo mortalem præstrinxit spiritus alvum
Spiritus ille Dei Deus, & se corpore matris
Induit, atque hominem de Virginitate creavit,
Delphica damnatis tacuerunt sortibus antra:
Non Tripodas cortina tegit, non spumat anhelus
Fata Sibyllinis fanaticus edita libris:
Perdidit insanos mendax Dodona vapores:
Mortua jam mutæ lugent Oracula Cumæ:
Nec responsa refert Lybicis in Syrtibus Ammon.

Hæc si intelligenda sunt de tempore nativitatis aut paulò posteriori; ita ut statim, aut non diu, post natum Christum, silentium Oraculis fuerit impositum, plane falsum est. Si vero capienda de tempore ipsius Prudentii, possunt esse, quæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

dixit, veriſſima. Nam Theodoſio imperante maxima hiſce in rebus facta fuit immutatio: quamvis, uti poſtea videbimus, imperante Honorio Aug. adhuc unum alterumve ſuperfuerit χρηστήριον, atque Oracula ſua reddiderit.

Confirmandis Prudentii dictis maxime Symmachus facit qui Epiſt. 33. libri quarti ita ſcribit ad Protadium: *Non vides Oracula olim locuta deſiiſſe, nec ullas in antro Cumano literas legi, nec Dodonam loqui frondibus, nec de ſpiraculis Delphicis ullum carmen audiri?* dum hæc ſcriberet ſcilicet.

Si tamen hîc audiendus ſit Poëta Claudianus, etiam ſub Honorii Imperio χρηστήριον Delphicum & Jovis Ammonis Oraculum necdum erant plane intermortua: ſic enim ille de Conſulatu quarto jam dicti Honorii cecinit:

Quis Vatum diſcurſus erat? tibi corniger Ammon
Et dudum taciti rupere ſilentia Delphi.
Te Perſæ cecinere Magi, te ſenſit Etruſcus
Augur, &c.

An hæc vera ſint judicet candidus Lector: ego enim hic non nimium ſtare velim dictis Claudiani ut Poëtæ: cum longe veriſimilius ſit, (licet alia adhuc, Arcadio & Honorio imperante ſuperfuerint) χρηστήρια hæc à Claudiano nominata, jam ſub Theodoſii imperio in totum interiiſſe.

Sicut autem de Delphico conſtat χρησηρίῳ, illud per tot ſecula, uti oſtenſum eſt, duraſſe; ita etiam patet, ſi fides Hiſtoriæ, cæterorum plurima diu poſt Chriſtum natum ſua edidiſſe reſponſa; eorumque nonnulla aut uſque, aut ultra quoque Delphicum, durationis ſuæ terminos extendiſſe; Quamquam jam ante Plutarchum multa, præſertim in Græciâ, plane interciderint, neque omnia poſt ipſum reliqua æque longæ fuerint durationis.

Sed quoniam nulla nobis eorum, ab Antiquis conſcripta fuit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

fuit, quod sciam, Historia; aut si usquam hoc factum fuerit, ea nunc nullibi exstet; producam quæ de iis, (quatenus ad rem faciunt) invenire potui, apud eos veteres scriptores, qui, aut ex proposito, aut per occasionem, aliquid de illis tradiderunt.

De Apollinis Clarii, in Colophone, Oraculo testatur nobis Tacitus, id Tiberii tempore à Germanico fuisse consultum: cujus Taciti de isto Oraculo verba (quæ habentur lib. Annalium secundo) inferius, ubi de Oraculorum auctoribus ago, adducam.

Idem Tacitus libro 12. ubi de odio ac criminationibus Agrippinæ uxoris Claudii Cæsaris in Lolliam Paulinam loquitur, hæc sequentia refert: *Iisdem consulibus atrox odii Agrippina ac Lolliæ infensa, quod secum de matrimonio Principis certavisset; molitur crimina & accusatorem, qui objiceret Chaldæos, Magos, interrogatumque* APOLLINIS CLARII SIMULACRUM *super nuptiis Imperatoris.*

Ex Philostrato etiam superius adducto vidimus, adhuc Domitiani Tempore hoc χρηστήριον viguisse; cum ipsum [Apollonium Thyanæum] *quidam ex* ORACULO COLOPHONIO, *illius participem Sapientiæ, & jam plene perfectéque sapientem factum, venire prædicarent, &c.* quæ vide.

Sic quoque ex Luciani Alexandro Pseudomante, ubi ita de hoc Alexandro: *Porrò cùm non ignoraret, qui in Claro, in Didymis, Malloque responsa dabant, ipsos quoque hujusmodi quâdam arte celebres haberi, &c.* manifestum id & hujus Luciani ætate frequenter fuisse consultum. Idem quoque patet ex stolidis illis interrogatiunculis Thyanæi istius Sacerdotis ab eodem Luciano adductis.

Ulterius autem illud perdurasse, imò ad minimum ad usque Imperium Constantini Magni, mihimetipsi planè persuadeo:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

ſuadeo : licet minime inveniatur, quando in totum illud ceſſaverit. Forſan idem fatum habuit cum Delphico, Dodonæo, aliiſque poſt Julianum Apoſtatam demum in totum extinctis.

De *Dodonæo* verò hæc ſequentia teſtatur Strabo, libro Septimo:

Ἐκλέλοιπε δέ πως καὶ τὸ μαντεῖον τὸ ἐν Δωδώνῃ, καθάπερ τ' ἄλλα. Quæ verba malè ſanè, ac contra mentem Auctoris, à Xylandro Græcæ linguæ aliàs peritiſſimo, at hic non ſatis rei attento, ita vertuntur: *Sed & Oraculum Dodonæum defecit, quemadmodum & reliqua.* Vocula πως nimirum, quæ hic magnam dat emphaſin, ſignificatque *promemodum, quodammodo, aliquomodo*, in vertendo ab ipſo omittitur. Conſulebatur ergo adhuc tempore Strabonis. Quale autem fuerit ipſius poſtea fatum, obſcurum admodum atque incertum eſt.

Attamen ex iis quæ de Juliano Oracula conſulente attulimus liquet, exemplo ipſius Juliani, tum temporis id petentibus adhuc reddidiſſe reſponſa: ſive ab Juliano, ipſiuſve permiſſu inſtauratum fuerit, ſive aliter hæc contigerint.

De Ammonis Oraculo, poſt Chriſtum reſpondente, teſtimonium habemus hoc ſequens Juvenalis, in Satyrâ VI.

Credent à fonte relatum,
Ammonis, quoniam Delphis Oracula ceſſant.

Ex quibus verbis patet, illud (licet ipſius ætate, adhuc, ex flagitio Neronis ſilentium teneret χρηστήριον Delphicum) conſulentibus edidiſſe Oracula. Quamvis, jam Strabonis tempore, non admodum frequentaretur, neque majori eſſet in honore aut exiſtimatione quam Dodonæum aut Delphicum. Ita enim libro 17. de eo loquitur Strabo: Πολλὰ δ' εἰρηκότες περὶ τῆς Ἀμμωνος, ποσαχῶν εἰπεῖν βουλόμεθα· ὅτι τοῖς ἀρχαίοις μᾶλλον ἦν ἐν τιμῇ, ἢ νῦν καθόλου, καὶ τὰ χρηστήρια νυνὶ δ'

δ' ὀλιγωρία κατίσχε πολλὴ, τῶ Ῥωμαίων δήμων τοῖς Σιβύλλης χρησμοῖς, καὶ τοῖς Τυρρηνικοῖς θεοσκοπίοις, διά τε σπλάγχνων, καὶ ὀρνιθείας, καὶ διοσημείων. Διόπερ καὶ τὸ ἐν Ἄμμωνι χρεῶν τι ἐκλέλειπται χρηστήριον, σχεδὸν δὲ ἐπιλήθη. *Multis à nobis de Ammone dictis, id tantum adjicimus: Veteribus & divinationem universam, & Oracula in summo fuisse honore, nunc eadem admodum negligi, Romanis in Sibyllæ Oraculis, & Etrusca divinatione per extispicia, & servationes de cœlo acquiescentibus. Itaque Ammonis Oraculum* FERE *desertum est, quod in honore quondam fuerat.*

De hoc Ammonis Oraculo tamen vidimus quæ Prudentius ac Claudianus suis versibus inseruerunt, quum de Oraculo Delphico ipsorum temporibus adhuc respondente loqueremur. Ex quibus verisimile fit, ultimum ipsius interitum non antè Theodosii tempus, cum Delphico, Dodonæo, Didymæo, cæterisque, contigisse: ac forsan & hoc & alia plura sua silendi atque iterum loquendi habuisse intervalla, pro temporum eorumque per bella ruinas, aut alia, mutationibus. Hujusmodi casuum exemplum habemus sane apud Polybium qui lib. 4 hæc sequentia narrat de Dorymacho: παραγρόμενος ἦ πρὸς τὸ τῆς Δωδώνης ἱερὸν, τὰς τε στοὰς ἐνέπρησε, καὶ πολλὰ τῶν ἀναθημάτων διέφθειρε· κατέσκαψε δὲ τὸν ἱερὸν οἶκον, &c. *Ad Dodonæum fanum ut venit, & porticus cremavit, & donaria multa corrupit: ipsam denique sacram ædem funditus evertit.* Quam eandem Historiam lib. 5. & 9. quoque perstringit.

Notandum iterum in verbis Strabonis, *Romanos*, uti ait, *in Sibyllæ Oraculis, &c. acquievisse.* Cum tamen multa χρηστήρια, non solum sub Imperio Romano, diu admodum post Strabonis hujus fuerint ætatem, sed & in ipsa Italiâ. Quare illa quæ tradit Strabo restringenda sunt ad ea quæ jussu Senatus, non studio & cupiditate privatorum, fiebant.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Nam nemini privato acceſſum fuiſſe datum ad libros Sibyllinos ſub cuſtodiâ quindecimvirorum ſervatos, notius eſt quam ut demonſtratione ullâ indigeat; quidquid nonnulli ſomnient de Virgilio, aliiſve, Auguſti Cæſaris permiſſu ad eas admiſſis.

Alia quidem fuerunt Carmina Sibyllarum, (aut potius quæ pro talibus oſtentabantur ac venditabantur) hinc inde per Græciam diſperſa. Verùm ad illa horumque ſimilia minimè reſpicit Strabo: ſed ad ea quæ Romæ ſervabantur, ac reipublicæ cauſa adibantur.

Exempla verò χρησμῶν poſt Servatoris noſtri nativitatem intra ipſam Italiam, imò quoque prope Urbem Romam, damus hæc ſequentia, (forſan & alia dabimus procedente noſtro contextu) ex Suetonio, qui in Tiberii Cæſaris vita, cap. 14. ita loquitur: *Tiberius juxta Patavium adiit Gerionis Oraculum, ſorte tractâ, quâ monebatur ut de conſultationibus in Aponi fontem talos aureos jaceret.* De quo Aponi fonte etiam Claudianus Poëta; dum canit:

Fons Antenoreæ vitam quæ porrigis urbi
Fataque vicinis noxia pellis aquis,
Cum tua vel mutis tribuant miracula vocem,
CUM TUA PHOEBEUS CARMINE DICTET HONOS,
Et ſit nulla manus cujus non pollice ductæ
Teſtentur memores proſpera vota notæ, &c.

Prope ipſam quoque Urbem, ut diximus, aliquot fuiſſe Templa Fatidica; è quibus & per ſortes, & aliis modis, reddebantur Oracula, oſtendit nobis Suetonius, dum de eodem Tiberio loquitur cap. 63. *Tiberius* VICINA URBI ORACULA *etiam disjicere conatus eſt; ſed Majeſtate Prænestinarum Sortium territus deſtitit. Cum obſignatas devectaſque*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
366 F 33

que Romam non reperisset in arcâ, nisi relatas rursus ad Templum.

De quibus Sortibus quoque Propertius lib. 2. Eleg. 23.

Nam quid PRÆNESTIS *dubias, ô Cynthia, Sortes;*
Quid petis Ææi mœnia Telegoni?
Cur te in HERCULEUM *deportant oppida Tibur?*

De Caligula verò idem ille Suetonius cap. 57. *Monuerunt & SORTES ANTIATINÆ* [Caligulam] *ut à Cassio caveret. Quâ causa ille Cassium Longinum Asiæ tum Proconsulem occidendum delegaverat, immemor Chæream Cassium nominari.*

Et Prænestе & Antii non Fortunæ simpliciter, sed Fortunarum Templum erat: licet aliàs Horatius, de Antio:

O Diva gratum quæ regis Antium,
Præsens vel imo tollere de gradu,
Mortale corpus, vel superbos
Vertere funeribus Triumphos.
Te pauper ambit sollicitâ prece, &c.

Macrobius tamen lib. Saturnal. *Ut videmus apud Antium promoveri simulacra Fortunarum ad danda responsa.* Quæ confirmantur ab Inscriptione quæ in Thesauro Gruteri exhibetur pag. 72. num. 2.

FORTVNIS. ANTIATIBVS
M. ANTONIVS. RVFVS. AXIVS
DAMASCO. S. D. D.

Neque ab hisce discrepat Martialis: qui, dum Cæsari Domitiano adulatur, lib. 5. Epigram. 1. ita canit:

Hæc tibi Palladiæ seu collibus uteris Albæ,
Cæsar, & hinc Triviam prospicis, inde Thetin:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

SEU TUA VERIDICÆ DISCANT RESPONSA SORORES,
Plana ſuburbani qua cubat unda freti :
Seu placet Æneæ nutrix, ſeu filia Solis,
Sive ſalutiferis candidus Anxur aquis;
Mittimus.

Sic quoque, licet Valerius Maximus, lib. 1. cap. 3. *Lutatius, qui primum Punicum bellum confecit, à Senatu prohibitus eſt* SORTES FORTUNÆ PRÆNESTINÆ *adire. Auſpiciis enim patriis, non alienigenis rempublicam adminiſtrari oportere judicabant:* tamen Statius Sylvar. lib. 1. carm. 3. de villa Tiburtina :

Quod ni TEMPLA *darent alias* TYRINTHIA *Sortes,*
Et PRÆNESTINÆ *poterant migrare* SORORES.

Ex quibus Statii verbis quoque diſcimus : Tibure etiam fuiſſe Templum Fatidicum, in quo per *Sortes*, ut apud Antium & Prænesſte, Oracula reddebantur. Quod Herculis Templum ſtructura & magnificentia eximium fuiſſe, docent non obſcurè hæc Juvenalis verba;

—— *Vincens Fortunæ, atque Herculis ædem.*

Sed progrediamur nunc & ad alia χρηστήρια, ſive ad alias Oraculorum Sedes, ac Templa Fatidica; & ad alia, (feriora ſcilicet) tempora; ut ſic tandem quoque ad Theodoſii tempora & ulterius adhuc deveniamus.

Idem igitur ille Suetonius in vita Veſpaſiani, cap. 5. de ipſo Veſpaſiano loquitur hoc modo : *Apud Judæam Carmeli Dei Oraculum conſulentem, ita confirmavere Sortes : ut quidquid cogitaret volveretque animo, quantumlibet magnum, id eſſe proventurum pollicerentur.* Quorum dictorum fides quoque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

quoque adſtruitur à Tacito, qui libro 2. Hiſtoriarum ita loquitur: *Eſt Judæam inter Syriamque Carmelus: ita vocant montem Deumque. Nec ſimulacrum Deo, aut Templum (ſic tradidere majores) ara tantùm & reverentia. Illic Sacrificanti Veſpaſiano*, CUM SPES OCCULTAS VERSARET ANIMO, *Baſilides Sacerdos, inſpectis identidem extis. Quidquid eſt, inquit, Veſpaſiane quod paras, ſeu domum exſtruere, ſeu prolatare agros, ſive ampliare ſervitia, datur tibi magna ſedes, ingentes termini, multum hominum. Has ambages & ſtatim acceperat fama, & tunc aperiebat*, &c.

De Tito Veſpaſiani filio idem Suetonius cap. 5. *Sed ubi turbari rurſus cuncta ſenſit, rediit ex itinere, aditoque* PAPHIÆ VENERIS ORACULO, *dum de navigatione conſulit, etiam de Imperio confirmatus eſt.*

Audiamus iterum hîc Tacitum Suetonii dictis adſtipulantem: Is enim lib. 2. Hiſtoriarum de Tito hæc affert: *Atque illum cupido inceſſit adeundi viſendique Templum Paphiæ Veneris, inclytum per indigenas advenaſque. Haud fuerit longum initia religionis, Templi ſitum*, &c. Poſt quorum deſcriptionem ita pergit: *Titus ſpectatâ opulentiâ doniſque Regum, quæque alia lætum antiquitatibus Græcorum genus incertæ vetuſtati affingit, de navigatione primùm conſuluit. Poſtquam pandi viam & mare proſperum accepit, de ſe per ambages interrogat, cæſis compluribus hoſtiis. Soſtratus,* (NB.) *Sacerdotis id nomen erat, ubi læta & congruentia exta, magniſque conſultis annuere Deam vidit, pauca in præſens & ſolita* (NB.) *reſpondens, petito ſecreto, futura aperuit.*

Philoſtratus lib. 4. cap. 1. de Apollonio, hæc ſequentia narrat:

Λέγοι τὶ ϖεὶ αὐτὸ ἐφοίτων. οἱ μὲν ἐκ τῦ Κολοφῶνι μαντείᾳ, χρωνὲν τ ἑαυτῦ σοφίας, ἓ ἀτεχνῶς σοφὸν, ἢ τὰ παιῶτα τ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

ἄνδρα ἀδοντες· οἱ δὲ, ἐκ Διδύμων· οἱ δὲ ἐκ τοῦ περὶ τὸ Πέργαμον ἱεροῦ. Πολλοὺς γὰρ τῆς ὑγείας δεομένους, ὁ Θεὸς ἐκέλευε προσφοιτᾶν τῷ Ἀπολλωνίῳ. τοῦτο γὰρ αὐτός τε βούλεσθαι, καὶ δοκεῖν ταῖς μοίραις.

Sermones quoque de ipso varii ferebantur, cùm ipsum quidam ex Oraculo Colophonio, illius participem sapientiæ, & jam plenè perfectéque sapientem factum venire prædicarent: alii ex Didymæo; alii ex Pergameo templo venire illum asserent. Multos enim sanitatem ab Oraculo petentes jubebat Deus ad Apollonium accedere. Sic enim sibi Deo placere, & fata postulare, dicebat.

Quæ de Clitumno habet Plinius Junior, lib. 8. Epist. 8. Oraculorum intra Italiam, per hæc tempora, quoque fidem faciunt. Ita autem ille describit istud μαντεῖον: *Adjacet Templum, priscum & religiosum. Stat Clitumnus ipse amictus ornatusque prætextâ. Præsens numen atque etiam* FATIDICUM, *indicant* SORTES. *Sparsa sunt circa sacella complura, totidemque Dei simulacra. Sua cuique veneratio, suum numen; quibusdam vero etiam fontes. Nam præter illum quasi parentem cæterorum, sunt minores capite discreti; sed flumini miscentur, quod ponte transmittitur. Is terminus Sacri profanique in superiore parte navigare tantùm, infrà etiam natare concessum.*

Sic quoque de suo tempore Plutarchus in Dialogo de Oraculorum defectu (præter alia jam superius citata atque huc spectantia) hæc habet. Ἐν δὲ Ὀρχομενῷ λέγεται λοιμὸν γενομένου πολλοὺς μὲν ἀνθρώπων διαφθαρῆναι, τὸ δὲ τῆς Τειρεσίου χρηστήριον ἐκλιπεῖν παντάπασιν, καὶ μέχρι νῦν ἀργὸν διαμένειν καὶ ἀνωδον. εἰ δὲ ἢ τοῖς περὶ Κιλικίαν ὅμοια συμβέβηκε παθεῖν, ὡς ἀκούομεν, ἥδεις ἂν ἡμῖν, ὦ Δημήτριε, σὺ φράσειε σαφέστερον. καὶ ὁ Δημήτριος, Οὐκ οἶδα ἔγωγε πάλαι, νῦν ἀποδημῶ γὰρ (ὡς ἴστε) πάμπολυ ἤδη χρόνον· ἐπὶ δὲ ἥκμαζεν ἐμοῦ παρόντος καὶ τὸ Μόψου καὶ τὸ Ἀμφιλόχου μαντεῖον. ἔχω δὲ εἰπεῖν τοῦ Μόψου τὸν δαιμονώμενον

τὸ πρᾶγμα θαυμασιώτατον. Quæ verba ita vertuntur ab Adriano Turnebo (historiam enim ipsam, quæ sequitur, attigimus in dissertatione nostra Prima.)

Orchomeni dicunt, grassante peste, multos interiisse mortales; ac tum Oraculum Tiresiæ in totum exstinctum esse, & ad hanc diem ignavum mutumque permansisse. Idemne verò Ciliciæ Oraculis acciderit, ut fando audivimus, nemo te Demetrio nobis melius narraverit. Et Demetrius, haud equidem, inquit, qualia nunc illa sint scio. Jam pridem enim, ut scitis, à Patriâ peregrinor: Illic autem quum essem etiam tum Mopsi & Amphilochi opertum vigebat: ac quidem de Mopso maximè admirandum commemorare possem, &c. Et hoc Plutarcho tamen ut teste luculento, pro Oraculorum, cum Christi adventu, defectu utuntur, (præter alios, ut vidimus) Farnabius & Lubinus, quorum primus ad verba Juvenalis. *Quoniam Delphis Oracula cessant*, ita loquitur: *Quod tamen Oraculum* [Delphicum scilicet] *defecit, ut & reliqua, adventu Christi. Vide Plutarchum de defectu Oraculorum.* Lubinus verò ad hæc eadem verba: *Scoptice hæc dicit, quasi illi Astrologi Oraculorum defectum supplere deberent. Scripsit Plutarchus librum de Oraculorum suo tempore defectu. Christus autem suo adventu Dæmonas profligavit, & Omnibus Oraculis Dæmonum æternum silentium indixit.*

Hæc sic in transitu adducere volui, quamvis aliàs vix ac ne vix quidem merebantur ut adducerentur. Etenim non solum de Oraculis in genere longè aliter hic, quem testem adducunt, loquitur Plutarchus; sed & de ipso Oraculo Delphico planè ipsis contrarium asserit: quod tam ex aliis superius allatis quam ex hisce sequentibus abunde patet: *Nunc Sacerdos est unica* [de suo tempore loquitur,] *nec conquerimur, quum sit una consulentibus satis. Neque verò Deus ipse culpan-*

dus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

dus est, quum quod divinationis adhuc supereſt, omnium deſiderio ſatisfaciat abſolutoſque domum dimittit.

[Græcum textum jam antè quoque adduxi.]

De Oraculis autem Luciani tempore reſponſa dantibus, præter ea quæ tum, quum de Delphico loqueremur, ex ipſo adduximus, videamus quæ habeat 1. in Philopſeude ſuo. 2. quæ in Alexandro Pſeudomante. Quæ in Dialogo Philopſeude narrat ſub perſona Eucratis, quem ſtrenuè mentientem inducit, ſunt hæc ſequentia: Ἃ δὲ ἐν Ἀμφιλόχῳ τε ἤκουσα ἐν Μαλλῷ τῷ ἥρωϊ διαλεχθέντι μοι, καὶ συμβουλεύοντι περὶ τῶν ἐμῶν, καὶ ἃ εἶδον αὐτὸς, ἐθέλω ὑμῖν εἰπεῖν. εἶτα ἑξῆς ἃ ἐν Περγάμῳ εἶδον, καὶ ἤκουσα ἐν Πατάροις. ὁπότε γὰρ ἐξ Αἰγύπτου ἐπανήειν οἴκαδε, ἀκόων τὸ ἐν Μαλλῷ τοῦτο μαντεῖον, ὅτι φανερώτατόν τε καὶ ἀληθέστατον εἶναι, καὶ χρῶν ἐναργῶς πρὸς ἕπος ἀποκρινόμενον, οἷς ἂν ἐγγράψας τις εἰς τὸ γραμματεῖον προσδοίη τῷ Προφήτῃ, καλῶς ἂν ἔχειν ἡγησάμην ἐν παρόδῳ παραθῆναι τὴν χρησμῳδίαν, καί τι περὶ τῶν μελλόντων συμβουλεύσασθαι τὸν Θεόν.

Cæterum quæ apud Amphilochum audivi in MALLO, *Heroë mecum diu diſſerente, Deumque meis de rebus conſulente, tum quæ ipſe vidi, volo vobis referre. Deinde ex ordine tum quæ vidi in Pergamo, tum quæ audivi in Pataris. Cum ex Ægypto redirem demum audiremque illud in Mallo Oraculum apertiſſimum ſimulque eſſe & veriſſimum, & ſic evidenter reſponſa dare, ut ad verbum reſpondeat iis quæcunque Prophetæ quiſpiam in ſchedulam inſcripta tradiderit; (NB) rectè me facturum putavi, ſi dum præternavigabam experirer Oraculum, Deumque de futuris quippiam conſulerem.*

Regeret forſan Lector, Hiſtoriolas in iſto Luciani Dialogo contentas ſtudio eſſe confictas, ad deridendum Philoſophos mendaces ac credulos eorumque credulos diſcipulos ac ſequaces: aut ſi revera narratæ fuerint, ſaltem eum in finem huc adduci

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

adduci à Luciano, ut pro ridiculis mendaciis à cordatioribus rideantur. Sit ita. At quis credat etiam illud in iis esse confictum, talia tum temporis fuisse Oracula? Certè in historia Alexandri, quæ & mihi & aliis pro vera Historiâ, nec sine justis causis, habetur, etiam de *Mallo*, de *Claro* & de *Didymis* idem asserit, quæ de *Pergamo*, *Didymis*, &c. Philostratus & Dio & Plutarchus diversis temporibus, ac de diversis temporibus tradunt, hoc modo:

Εἰδὼς δὲ τὰς ἐν Κλάρῳ, καὶ Διδύμοις, καὶ Μαλλῷ, καὶ αὐτὰς δὲ δεκιμεῖνας ἐπὶ τῇ ὁμοίᾳ μαντικῇ ταύτῃ, φίλας αὐτὰς ἐποιεῖτο, πολλὰς τ' ἀφικνουμένων πέμπων εἰς αὐτὰς λέγων, &c.

Porrò cùm non ignoraret, qui in Claro, in DIDYMIS, MALLOQUE *responsa dabant, ipsos quoque hujusmodi quádam arte celebres haberi, eos sibi reddebat amicos, missis ad eos plerisque consultoribus, his verbis*, &c.

At χρηστήριον illud in Mallo non solum Commodi ætate, adeóque & Luciani, sed & ipsius Dionis, (qui usque ad Alexandri Severi annum octavum, quo ipse secundò Consul fuit, Historiam suam protraxit, in eoque finiit) Oracula reddidisse, ex hisce ipsius verbis, lib. 72. contentis, manifestum est:

Ἔστιν ἐν Μαλλῷ πόλει τῆς Κιλικίας Ἀμφιλόχου χρηστήριον. καὶ χρᾷ δι' ὀνειράτων. ἔχρησεν οὖν ἐπὶ τῷ Σέξτῳ, ὁ Διὸς γραφῆς σκεῦνος ἐδήλωσε. Παιδίον γὰρ τῷ Πίνακι ἐνεγέγραπτο δύο δράκοντας ὑποπίνον, καὶ λέων νεβρὸν διώκων. ἐπὶ ἔχον αὐτὰ συμβαλεῖν, τῷ παλαὶ συνὼν ἄρχοντι τῆς Κιλικίας, πρὶν πυθέσθαι τὰς τε ἀδελφὰς ὑπὸ τοῦ Κομμόδου, ὃς μετὰ ταῦτα τὴν Ἡρακλέα ἐζήλωσε, τέρπων τινὰ πυγμάς, ὥσπερ καὶ ὁ Ἡρακλῆς ἐπὶ νήπιος ὢν ἰσόρροπα τὰς ὑπὸ τῆς Ἥρας ἐπιπεμφθέντας αὐτῷ δράκοντας ὑποπίξαι (καὶ γὰρ οἱ Κυϊντίλιοι ἀπηγχονήθησαν) καὶ τὸ Σέξτον φόνου, καὶ διωκόμενον τὸ κρεῖττον.

Est Malli, quod est oppidum Ciliciæ, Oraculum Amphilochi, quod per somnia consulentibus respondet. Id Sexto

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

quoque responsum dedit, quod ille picturâ hujusmodi expressit. Pictus erat in tabellâ puer, à quo duo serpentes suffocabantur: Itemque leo hinnulum persequens. Quam rem ego quum essem in Cilicia cum patre, qui ei Provinciæ præerat, non antè potui conjicere, quam fratres à Commodo, qui Herculem postea imitatus est, quodammodo suffocatos intelligerem. Ut Herculem infantem adhuc, memoriæ proditum est serpentes à Junone immissos suffocasse. (Quintilii enim suffocati sunt) jamque Sextum fugere, quem viribus potior Commodus persequeretur.

De χρηστηρίῳ seu μαντείῳ Jovis Nicephori, hæc sequentia tradit Ælius Spartianus in vita Hadriani: *Quo quidem tempore, quum sollicitus de Imperatoris erga se judicio* VIRGILIANAS SORTES *consuleret.*

QUIS PROCUL ILLE AUTEM RAMIS INSIGNIS OLIVÆ,
SACRA FERENS? NOSCO CRINES INCANAQUE MENTA,
REGIS ROMANI, PRIMAM QUI LEGIBUS URBEM
FUNDAVIT, CURIBUS PARVIS ET PAUPERE TERRA,
MISSUS IN IMPERIUM MAGNUM, CUI DEINDE SUBIBIT:

Sors excidit: Quam alii ex Sibyllinis versibus ei provenisse dixerunt. Habuit autem præsumptionem imperii mox futuri ex FANO *quoque* NICEPHORI JOVIS *manante responso, quod Apollonius Syrus Platonicus libris suis indidit.*

Advocemus huc quoque lapidem illum sive tabellam marmoream, quæ putatur olim stetisse in Templo Æsculapii, quod fuit in Insulâ Tiberina intra urbem Romam, quam in The-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
366 F 33

Thesauro suo, pag. 71. repræsentat Gruterus. Quæ opinio si vera sit (verisimilis saltem est, quod ea Romæ inventa ibi in ædibus Maffæanis servetur : Nam & in Insula Tiberina Æsculapii fuisse Templum cunctis notissimum est) verum etiam est, ad illud usque (Antoninorum tempus, (NB.) *in ipsâ quoque urbe Româ* per Æsculapium, (seu potius ipsius Prophetas Antistites) reddita fuisse Oracula.

Tabellam istam, seu potius fragmentum tabellæ, (quod abunde patet ex forma ipsius apud dictum Gruterum repræsentata; nam & caput, & cauda, uti videtur, ipsi desunt) huc adduco: Literarum formam, quæ singularis admodum est, ut & tabulæ seu fragmenti formam, curiosus Lector videat apud ipsum Gruterum. Ἀυξαῖς ταῖς ἡμέραις Γαίῳ τινὶ τυφλῷ ἐχρημάτισεν ἐλθεῖν ἐπ . . . . . ερον βῆμα καὶ προσκυνῆσαι· εἶτα ἀπὸ τᾶ δεξιᾶ ἐλθεῖν ἐπὶ τὸ ἀριστερὸν καὶ ψεῖναι τὰς πέντε δακτύλας ἐπ' ἄνω τᾶ βήματος καὶ ἆραι τὰν χεῖρα ἐπὶ τὰς ἰδίας ὀφθαλμὰς· καὶ ὀρθὸν ἀνέβλεψε τᾶ δάμα παρεστῶτος, καὶ συγχαιρομένω ὅτι ζῶσαι ἀρετᾷ ἐγένοντο ἐπὶ τὰ σεβαστᾶ ἡμῶν Ἀντωνείνα.

Λακίῳ τῷ Λυρειλικῷ ὁ ἀφελπισμένῳ ὑπὸ παντὸς ἀνθρώπω ἐχρημάτισεν ὁ Θεὸς ἐλθεῖν καὶ ἐκ τᾶ τριβώμα ἆραι τέφραν καὶ μετ' οἴνα ἀναφυρῶσαι καὶ ἐπιθεῖναι ἐπὶ τὸ τραῦμα καὶ ἐσώθη καὶ δημοσία ηὐχαρίστησεν τῷ Θεῷ καὶ ὁ δᾶμος συνεχάρη αὐτῷ.

Αἷμα ἀναφέρουσι Ἰουλιανῷ ἀφηλπισμένῳ ὑπὸ παντὸς ἀνθρώπω ἐχρημάτισεν ὁ Θεὸς ἐλθεῖν καὶ ἐκ τᾶ τριβώμα ἆραι κόκκως τροβίλω καὶ φαγεῖν μὴ μέλιτος ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας, καὶ ἐσώθη καὶ ἐλθὼν δημοσίᾳ ηὐχαρίστησεν τῷ Θεῷ καὶ ὁ δᾶμος συνεχάρη αὐτῷ.

Οὐαλερίῳ Ἄπρῳ στρατιώτᾳ τυφλῷ ἐχρημάτισεν ὁ Θεὸς ἐλθεῖν καὶ λαβεῖν αἷμα ἐξ ἀλεκτρυόνος λευκᾶ μὴ μέλιτος καὶ κολλυρίω σωτρίψαι καὶ ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας ἐπιχρῖσαι ἐπὶ τὰς ὀφθαλμὰς, καὶ ἀνέβλεψεν καὶ ἐλήλυθεν καὶ ηὐχαρίστησεν δημοσίᾳ τῷ Θεῷ.

Addam hîc & versionem quæ ibi quoque affertur à Grutero :

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Illis ipsis diebus Cajo cuidam cæco, Oraculum reddidit. Veniret ad sacrum altare, & genua flecteret; à parte dextrâ, veniret ad lævam, & poneret quinque digitos super altare; & elevaret manum & poneret super proprios oculos. Et rectè vidit, populo præsente, & congratulante quod grandia miracula fierent sub Imperatore nostro Antonino.

Lucio affecto lateris dolore, & desperato ab omnibus hominibus, Oraculum reddidit Deus, veniret & ex tribomo tolleret cinerem, & unà cum vino commiscet & poneret supra latus. Et convaluit & publicè gratias egit Deo, & populus congratulatus est illi.

Sanguinem removenti Juliano desperato ab omnibus hominibus, ex Oraculo respondit Deus, veniret & ex tribomo caperet nucleos pini, & comederet, una cum melle, per tres dies: & convaluit & veniens publicè gratias egit, præsente populo, &c.

Dubitare quis posset, eo quod lingua Græca dedicata sit hæc inscriptio, an Romæ posita fuerit; an vero non potius videatur ex Græcia vel Asia eo eam fuisse deportatam: cum omnes ferè inscriptiones per Italiam atque omnes alias Provincias (Græciâ solùm, iisque regionibus quæ communi, cum Græciâ idiomate uterentur, exceptis) Linguâ Latinâ conspiciantur conscriptæ. Cujusmodi scrupulo, si objiciatur, removendo, regerere possim, quod multæ aliæ Inscriptiones & Romæ & pluribus aliis per Italiam locis testentur, etiam ab ipsis Romanis atque Italis sæpe tales positas fuisse Inscriptiones. Hocque abunde patere, cuivis manifestum fieri queat nuda inspectione Thesauri Gruteriani, multisque per Italiam aliasque Provincias exstantibus monumentis.

Verum quidem est, occasione statuarum, aliorumque publicorum monumentorum multas quoque, imò plurimas, Inscriptiones

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
366 F 33

nes eo fuisse devectas ; Sed de Epitaphiis, tabellis votivis vel Eucharisticis similibusque id mihi non verisimile sit. Adde quod & Orthographia (uti & literarum forma) sæpe non nimis Græca, imò in multis vitiosa, magis testetur sculptorem, aut non, aut parum, Græcè peritum. Sed tamen Lectori meo heic judicium liberum relinquo.

Transeamus igitur ad Tertullianum qui sub Severi atque Antonini Caracallæ vixit ac scripsit Imperio. Is autem ita libro de anima cap. 46. *Nam & Oraculis hoc genus stipatus est Orbis : ut Amphiarai apud Oropum, Amphilochi apud Mallum, Sarpedonis in Troade, Trophonii in Bœotiâ, Mopsi in Ciliciâ, Hermionæ in Macedoniâ, Pasiphaæ in Laconica.*

De Caracalla Herodianus lib. 4. hæc sequentia habet : Περιεργότερος γὰρ ὢν, ἃ μόνον τὰ ἀνθρώπων πάντα εἰδέναι ἔθελεν, ἀλλὰ καὶ τὰ θεῖά τε καὶ δαιμόνια πολυπραγμονεῖν ἀεί τε πάντας ὑποπτεύων ὡς ἐπιβουλεύοντας, χρησμῳλογοντε πάντων ἐνεφορεῖτο, τούς τε πανταχόθεν μάγους καὶ ἀστρονόμους τε καὶ θύτας μετεπέμπετο· καὶ οὐδεὶς αὐτὸν ἐλάνθανε τῶν τὴν μαντείαν τοιαύτην ὑποιχνουμένων. *Nam quum suapte natura curiosior esset, non hominum modo res cognoscere studebat, sed Deorum Dæmonumque etiam rimari arcana : metuque semper insidiarum, nullis non Oraculis incubabat* [vel, quod hic magis ad verbum, magisque appositè ad rem, *omnia frequenter consulebat Oracula*] *etiam accitis undique Magis, Astrologis, atque Aruspicibus, nullo planè præterito qui hujusmodi fallacias profiteretur.*

Dion. Cassius verò de eodem :

Τοιαῦτα μὲν τὴν παλαίπωρον Ἀλεξανδρείαν ἔδρασεν ὁ Αὐσόνιος θὴρ ὡς τὸ ἀκροτελεύτιον δ' μὲν αὐτὸ χρησμὸν, τὴν δ' θεοῦς κλῆσιν καλλωπιζόμενον· εἰ γὰρ πολλοὺς μὲν θεοὺς δ' χρησμὸν ἐφένευσεν, ὡς μονογενεγκαμένους αὐτόν. *Hæc igitur in miseram Alexandriam perpetravit Ausonia fera. Sic enim nominavit eum clausula*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Oraculi de ipso dati. Quamvis hujus Oraculi prætextu, multos, quasi hoc in lucem primi protulissent, occiderit.

De hoc Caracalla Cæsare idem quoque Dio : Ἐπειδὴ ἤδη οὐκ εἰς μακρὰν ἀπώλετο, καὶ τελευταίαν ταύτην φωνὴν πρὸς ἐμὲ ἔρρηξε, καὶ πάνυ κεχρησμῳδηκέναι τρόπον τινὰ τὰ συμβησόμενα αὐτῷ ἐνομίσθη· ὥσπερ καὶ ὁ Ζεὺς ὁ Βῆλος ὀνομαζόμενος, καὶ ἐν τῇ Ἀπαμείᾳ τῆς Συρίας τιμώμενος· καὶ γὰρ ἐκεῖνος τῷ Σεβήρῳ πρότερον, ἰδιωτεύοντι ἔτι, τὰ ἔπη ταῦτα εἰρήκει,

Ὄμματα καὶ κεφαλὴν ἴκελος Διὶ τερπικεραύνῳ
Ἄρεϊ δ' ζώνην, στέρνον δὲ Ποσειδάωνι.

Καὶ ᾧ ταῦτα αὐτοκράτορι γενομένῳ εἶπε λεγομένῳ, ὅτι

Οἶκος δέ σοι πᾶς βήσεται δι' αἵματος.

Sed cum non multò pòst occisus esset, atque hunc sermonem mecum habuisset postremum, illum vaticinatum esse quodammodo, ac futura prædixisse existimavi; non aliter quam Jovem qui Belus cognominatus, colitur que Apameæ civitate Syriæ. Nam is Severo, cum adhuc vitam privatam ageret, hos versus dixerat:

OS OCULOSQUE JOVI SIMILIS QUI FULMINA TORQUET
ET MARTI LATUS ET NEPTUNO PECTORA.

Eidemque post Imperatori facto, respondit consulenti,

PER SANGUINEM TIBI UNIVERSA IBIT DOMUS.

In quibus Oraculis specimen videmus & Homericarum & è Tragicis petitarum Sortium : de quibus postea latius.

De Macrino, qui huic Caracallæ successit, idem rursus Dio: Ὁ μὲν δὴ Μακρῖνος ἄτω καὶ γέρων ὢν (πεντήκοντα γὰρ καὶ τέσσαρα ἔτη ἦγε) ἐς ἐμπειρίαν πραγμάτων προφέρων, ἀρετήν τε ἐπιδεικνύων, καὶ τοσούτων τραυμάτων ἄρχων, ὑπὸ παιδαρίᾳ, ἔδ μηδὲ

δὲ ᾧ ὄνωμα πρότερον ἠπίστατο, καταλύθη ὡς ἂν ἢ τὸ μαντεῖον αὐτῷ προεμήνυσε· ἡρωμένῳ γὰρ αὐτῷ τοῦτο ἔφη.

Ὦ γέρον, ἦ μάλα δή σε νεοὶ τείρουσι μαχηταί,
Σὴ δ' ἤδη λέλυται, χαλεπὸν δέ σε γῆρας ἱκάνει.

Itaque Macrinus grandis natu (agebat enim annum 54.) uſuque & experientia rerum præſtans, cum aliqua ſignificatione virtutis, tantique Imperator exercitus, à puerulo, cujus ne nomen quidem cognoverat antea, oppreſſus eſt. Uti Oraculum ei quondam prædixerat. Ipſi enim illud conſulenti hoc dixerat:

EST JUVENUM MISERANDE SENEX TIBI NOXIA PUGNA,
NEC TIBI SUNT VIRES, SENIIQUE GRAVIS DOLOR INSTAT.

Ubi iterum habemus ſpecimen Homericarum ſortium quæ hoc tempore, in templis Fatidicis præcipue, locum habuiſſe videntur.

De hoc ipſo Macrino hæc ſequentia quoque narrat Capitolinus: *De ipſo quæ in Annales relata ſunt proferam. Vates Cœleſtis apud Carthaginem, quæ Deo repleta* (NB.) *ſolet vera canere, ſub Antonino Pio, quum ſciſcitante Proconſule de ſtatu, ut ſolebat, publico, & de ſuo imperio, futura prædiceret: ubi ad Principes ventum eſt, clarâ voce numerari juſſit, quoties diceret* ANTONINUM. *Tumque attentis omnibus* ANTONINI *nomen* AUGUSTI *octavo edidit. Sed credentibus cunctis quod octo annis Antoninus Pius imperaturus eſſet & ille tranſcendit hunc annorum numerum, & conſtitit* APUD CREDENTES, *vel tunc vel poſtea, per Vatem aliud deſignatum.*

Hîc illa verba, quæ Deo repleta *ſolet vera canere*, propter illud

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

illud *solet* indicare videntur, adhuc tempore hujus Capitolini, istud Oraculum dedisse responsa consulentibus; ac præcipuè quidem ob id paulò pòst sequens *solebat*.

Nam ita de suo tempore Capitolinus (qui suam de Vitis Cæsarum Historiam Diocletiano Cæsari dedicavit) loqui videtur: neque id ullo modo mirum videri debet, cum longè posterioribus temporibus ejusmodi Oraculorum responsa multis in locis data fuerint. Si quis tamen illud *solet* eo sensu accipere nolit per me licet, quod alia argumenta proposito meo aptè congruentia sufficiant.

Pergam igitur & addam ea qua Dio indubitatò de suo tempore refert. Is libro XLI. de Oraculo seu χρηστηρίῳ quod ad Appolloniam consulebatur, hæc tradit: Καὶ δὴ καὶ μαντεῖον τοιόνδε τι παρέχεται· λιβανωτὸν δὴ λαβὼν, καὶ προσδεξάμενος ὅ, τι ποτὲ ἓ βάλῃ, ῥίπτῃ αὐτὸν τοῦ ὄχλου φέροντα. καὶ ἂν τοῦτο ὃ πῦρ, ἂν μένοι ὁλοτελὲς εἴη ἐσόμενον, δέχεται αὐτὸν ἑτοιμότατα· καὶ ἂν ἄρα καὶ ἔξω πὼς προπέσῃ, προσδεχόμενον ἥρπασε καὶ καταναλώσει· ἂν δὲ ἀπόλεσον ᾖ, ὅτι ἄλλως αὐτῷ προσέρχεται, καὶ ἐς αὐτὸ τοῦ φλόγα φέρεται, ἐξαναχωρεῖ τε καὶ ἐκφεύγει, καὶ ταῦθ' ὅτως ἑκάτερα περὶ πάντων ὁμοίως, πλὴν θανάτου ἓ γάμου, τοιεῖ περὶ γὰρ τούτων οὐδὲ ἔξεστι πρὸ ἀρχῆς αὐτῶν πυθέσθαί τι. τοῦτο μὲν τοιοῦτόν ἐστιν.

Ibi & Oraculum editur, idque hoc modo; thure accepto, precibusque ejus rei ergo, quam volunt, factis, ipsum thus, ut secum eas preces deferat [*ad ignem*] *projiciunt. Tum si ratum sit futurum votum, ab igni thus è vestigio corripitur: ac si thus extra ignem forte deciderit, accurrens ignis id abripit, & consumit: sin irritum erit votum, neque ignis ad thus accedit, & si ad ipsam flammam conjicitur, recedit ab eâ atque effugit. Ita in utramque partem ignis futura prædicit, morte nuptiisque exceptis.* (NB.) *De his enim non licet cuiquam Oraculum consulere. Atque ea est istius Oraculi ratio.*

De

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
366 F 33

De Claudio, qui ante Valerianum tenuit clavum imperii, ita Trebellius Pollio: *Et bene venit in mentem; exprimenda est* SORS *quæ Claudio data esse perhibetur: eo magis ut intelligant omnes, genus Claudii ad felicitatem reipublicæ divinitus constitutum. Nam quum consuleret factus Imperator, quamdiu imperaturus esset,* SORS *talis emersit:*

TU QVI NVNC PATRIAS GVBERNAS ORAS,
ET MVNDVM REGIS ARBITER DEORVM,
IN VETERES TVIS NOVELLIS.
REGNABVNT ETENIM TVI MINORES,
ET REGES FACIENT SVOS MINORES.

Item quum in Apennino [optimè, meo judicio, Isaac. Casaubonus *Aponino* legit] *de se consuleret, responsum hujusmodi accepit:*

TERTIA DVM LATIO REGNANTEM VIDERIT ÆSTAS.

Item quum de posteris suis,

HIS EGO NEC METAS RERVM NEC TEMPORA PONO.

Item quum de fratre Quintillo, quem consortem habere volebat imperii, responsum est,

OSTENDVNT TERRIS HVNC TANTVM FATA.

[Vide hîc rursus exemplum Virgilianarum sortium in Oraculo Gerionis ad Patavium.]

De Aureliani tempore testem habemus Zosimum: qui duorum χρηστηρίων sub ejus Imperio adhuc Oracula reddentium meminit, hoc modò: Ἐν Σελευκείᾳ τῇ πρὸς Κιλικίαν Ἀπόλλωνος ἱερόν ἵδρυται, καλούμενα Σαρπηδόνια, καὶ ἐν τούτῳ χρηστήριον. τὰ μὲν ἐν ᾠδαῖς ἑξάμετρα, &c. Post quæ pauculis interjectis,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

pergit, τοῖς Παλμυρηνοῖς ἢ χρωμένοις εἰ καθέξουσι τὴν τῶν ἐῴας ἡγεμονίαν, ἔχρησεν ὁ Θεὸς ἅτως,

Ἔξιτε μοῦ μεγάρων ἀπατήμονες ἄλιοι ἄνδρες,
φύτλης ἀθανάτων ἐρικυδέος ἀλγιωτῆρες.

Πυθομένοις δὲ ποτὶ τὴν Αὐρηλιανοῦ καὶ Παλμυρηνῶν στρατείας, ὁ Θεὸς ἀνεῖλε,

Κίρκος τερήρωσιν ἱερὸν γόον ἠγλαΐζων,
οἴκῳ πολλῆσιν· τὴ δὲ φέρουσι φονῆα.

Καὶ ἕτερον δὲ Παλμυρηνοῖς συνενήχθη τοιῶτον. Ἄφακα χωρίον ἐστὶ μέσον Ἡλιουπόλεως τε καὶ Βίβλου, καθ' ὃ ναὸς Ἀφροδίτης Ἀφακίτιδος ἵδρυται τόπου τοῦτου τοιοῦσιον λίμνη τις ἐστὶν εἰκαία χειροποιήτῳ δεξαμενῇ. καὶ μὴν ἔν τε τὸ ἱερὸν καὶ τὰς τοιουσιάζουσας τόπους πῦρ ὑπὸ τοῦ ἀέρος λαμπάδος ἢ σφαίρης φαίνεται δίκην, συνόδων ἐν τῷ ὕπνῳ χρόνοις τακτοῖς γινομένων. ὅπερ καὶ μέχρι τοῦ καθ' ἡμᾶς ἐφαίνετο χρόνων. ἐν δὲ τῇ λίμνῃ εἰς τιμὴν τοῦ θεοῦ δῶρα προσέφερον οἱ συνιόντες ἔκτε χρυσᾶ καὶ ἀργύρια πεποιημένα. καὶ ὑφάσματα μέντοι λίνα τε καὶ βύσσα, ἢ ἄλλης ὕλης τιμιωτέρας. καὶ εἰ μὲν δεκτὰ ἐφάνη, ἐπέπλεεν τοῖς βάρεσι καὶ τὰ ὑφάσματα κατεδύετο· εἰ δὲ ἄδεκτα καὶ ἀποβλητα, αὐτά τε οὐ ἰδεῖν ὑπεκολέοντο τὸ ὕδατι τὰ ὑφάσματα, καὶ εἴπερ ἦν ἐν χρυσῷ καὶ ἀργύρῳ καὶ ἄλλαις ὕλαις, αἷς φύσις οὐκ αἰωρεῖσθαι ὑπὸ τοῦ ὕδατος, ἀλλὰ καταδύεσθαι. τῶν Παλμυρηνῶν πίνων ἐν τῷ περὶ τῆς καθαιρέσεως ἔτι συνελθόντων ἐν τῷ τῆς ἑορτῆς καιρῷ, καὶ εἰς τιμὴν τοῦ θεοῦ δῶρα χρυσᾶ καὶ ἀργύρια καὶ ὑφασμάτων καλὰ τῆς λίμνης ἀφέντων, παντῶν τε τοῦ βάθους καταδυόντων, καλὰ τὸ ἐχόμενον ἕως ἐν τῷ καιρῷ τῆς ἑορτῆς ἀφῆσαν αἰωρούμενα πάντα, τοῦ θεοῦ δηλονότι τοῦτο τὸ ἐπόμενα δηλωσάντος.

Seleuciæ, quod est oppidum Ciliciæ, templum Apollinis erat, quem Sarpedonium vocant, & in eo ORACULUM. *De hoc quidem Deo quæ perhibentur*, &c. Tum post parvum intervallum sic pergit:

Cæte-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
366 F 33

Cæterum Palmyrenis Oraculum conſulentibus, an Orientis imperium habituri eſſent, in hæc verba Deus reſpondit:

FALLACES PRAVIQVE DOMO DISCEDITE NOSTRA.

Itidem quibuſdam conſulentibus de (NB.) *Aureliani adverſus Palmyrenos expeditione, Deus Oraculum hoc edidit:*

FALCO PRÆIT SACRO LUCTU COMPLURIBUS UNUS.
QVÆ TAMEN HAUD CESSANT HOSTEM EXHORRERE, COLUMBIS.

[Pergit idem porro ad aliud Oraculum, dum textum ita continuat,]

Præterea quid aliud tale Palmyrenis accidit. Aphaca locus eſt inter Heliopolin & Biblum, ubi Fanum eſt Veneris Aphacitidis. Propter fanum iſtud lacus quidam eſt, ciſternæ manu factæ ſimilis. Juxta fanum & vicina loca ignis inſtar lampadis aut globi conſpicitur, quoties ſtatutis temporibus ibi conventus habentur: QVI QVIDEM AD NOSTRAM ÆTATEM USQUE *conſpectus fuit. Ad lacum dona, quotquot ibi conveniebant, in honorem Deæ ferebant, ex auro & argento facta, itemque telas lineas &, byſſinas alteriuſque materiæ pretioſioris. Ac ſi quidem illa viderentur accepta, pari cum aliis pondere panni quoque ſubſidebant: ſin eſſent ingrata & rejicula, tum ipſas telas aquæ erat videre innatantes; tum ſi quid erat ex auro & argento, & aliis materiis, quarum eſt ea natura, ut ſuper aquam ſe nunquam attollant, ſed demergantur. Palmyreni ergo, quum tempore celebritatis, anno ante ſuum interitum proximo, conveniſſent, & in honorem Deæ dona partim aurea, partim argentea, partim textilia conjeciſſent in lacum, eaque*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

omnia demergerentur in profundum: anno proximo, celebritatis ejusdem tempore, visa sunt in superficiem evecta. Quâ re Dea quid futurum esset significabat.

Videamus nunc quæso quæ de Licinnio narrat Hermias Sozomenus: ut sic simul quoque videamus usque ad ea tempora, si non & ulterius, perduravisse Didymæi Apollinis χρηστήριον; atque adeò non solum tam decantatum illud Delphicum, sed plura etiam alia (uti superius notatum est) durationis suæ terminos eousque, imò longè ultra Constantinum (quod de hoc etiam verisimile est) protulisse. Quæ verò de Licinnio habet Sozomenus, hæc sunt: πρὸς τύτοις ἦ οἷα φιλεῖ γίνεσθαι, πάλιν εἰς μάχην καθίστασθαι μέλλων Κωνσταντίνῳ, τῷ προσδοκωμένῳ πολέμῳ προύνοιαν ἐποιεῖτο, ἀφί τε σφαγίων καὶ μαντειῶν. καὶ ὑπαχθεὶς ποσὶν ὑπισχνουμένοις αὐτῷ κρατήσειν, εἰς ἑλληνισμὸν ἐτράπη. ἀμέλει τοίνυν ἑλλήνες φασιν αὐτὸν τότε ἀποπειραθῆναι ἐν Μιλήτῳ μαντείου Διδυμαίου Ἀπόλλωνος. ἐρομένῳ δὲ αὐτῷ περὶ τοῦ πολέμου, χρῆσαι τὸ δαιμόνιον τυτωσὶ τὸς Ὁμηρικὸς στίχους.

Ὦ γέρον, ἦ μάλα δή σε νεοὶ τείρουσι μαχηταί·
Σὴ δὲ βίη λέλυται, καλεπὸν δέ σε γῆρας ἱκάνει.

Præterea cum, ut fieri solet, denuò ad bellum sese accingeret contra Constantinum, ad belli instantis curam sese accingebat, etiam victimis & Oraculis. Atque eò adactus à nonnullis qui ipsi Victoriam promittebant, rursus ad Ethnicismum delapsus est.

Atque adeo ipsi Ethnici dicunt, eum tunc expertum Oraculum illud Apollinis Didymæi in Mileto, atque ipsi interroganti de bello, respondisse Dæmonem hisce versibus Homericis:

EST JUVENUM MISERANDE SENEX TIBI NOXIA PUGNA,
NEC TIBI SUNT VIRES, SENIIQUE GRAVIS DOLOR INSTAT.

Ubi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
366 F 33

Ubi (ut hoc obiter moneam) iterum videmus exemplum HOMERICARUM SORTIUM, Sicut, in Hiſtoria illa Treb. Pollionis de Claudio, habuimus Virgilianarum Sortium exemplum Oraculi Gerionis ad Aponi fontem. Videntur autem, ut ex hiſce apparere ſatis clarè mihi videtur, poſterioribus temporibus, ſacerdotes horum Poëtarum adhibuiſſe verſus, ne riderentur ob malè concepta metra: quod ſæpius ipſis accidebat, ab iis qui ipſorum dolos ac fraudes odorabantur. Sed de hac materia latius in primâ mea Diſſertatione locutus ſum.

Ex Zoſimo de Oraculo Aphacæ, ſeu Veneris Aphacitidis, ac Reſponſis ibi redditis, locuti ſumus. Iſtud autem manſiſſe ac reſpondiſſe, donec juſſu Conſtantini Magni everſum fuit, ob ſcelera & flagitia maſculæ Veneris, omniſque ejusdem naturæ turpitudinis, ibi ſub religionis prætextu commiſſa, ex Euſebii libro 3. de Vita Conſtantini, ſatis clarum eſt. Sicut idem quoque manifeſtum eſt de Templo atque Oraculo Æſculapii Ægis in Cilicia: de quo ita Euſebius: Ἐπειδὴ γὰρ πολὺς ἦν ἡ τῆ δοκήσαι σοφῶν ἀεὶ τὸ Κιλίκων δαίμονα πλάνη, μυρίων ἐπιφημιζόντων ἐπ' αὐτῷ, ὡς ἂν ὅτι σωτῆρι, καὶ ἰατρῷ ποτε μὲν ὅτι φαινομένῳ τοῖς ἐγκαθεύδουσι, ποτὲ δὲ τὰ σώματα καμνόντων ἰωμένῳ τὰς νόσους (ψυχῶν δ' ἦν ὀλετὴρ αἴλικρυς ἔτ), ὃς μὲν ἀληθῶς ἀφέλκων σωτῆρ, ὅτι ἢ τὸν ἄθεον πλάνῃ καταπαύων τὸς ἀπάτῃ δυσχερεῖς) εἰκότα ἦ περάτων, ἦεν ζηλωτὴν ἀληθῶς ἀποβεβλημένος, καὶ τέως εἰς ἔδαφος τὸ νεὼν ἐκέλευσε καταβληθῆναι. ἐνὶ δὲ νάματι κατ' γῆς ἡπλῶτο, δεξιᾷ καταῤῥιπτόμενος σεληνοειδεῖ, τὸ τῶν ἑλληνικῶν φιλοσόφων τὸ βουλόμενον ἀκοῦσαι ὁ τῆδε ἐνδομυχῶν, ἀ δαίμων, ἀδέ γε θεὸς, πλάνος δέ τις ψυχῶν μακροῖς καὶ μυρίοις ἐξαπατήσας χρόνοις. εἶτα ὁ κακῶν ἐπίορκος ἀπαλλάξειν καὶ συμφορᾶς ἀποιχόμενος, ἅδεν αὐτὸς πρὸς ἅπασαν εὑρεῖν φάρμακον μᾶλλον, ἢ ὅτε κεραυνοῦ βληθῆναι μυθεῖται.

Nam cum maximus ac vulgatiſſimus error circa illum Ciliciæ Dæmonem vaniſſimos homines occupaſſet, ac propè

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

infiniti eum tanquam Servatorem ac Medicum admirarentur ; quippe qui nunc in templo dormientibus appareret, nunc morbos ægrotantium curaret (erat tamen ille seductor animarum, utpote qui homines decipi faciles, à vero Servatore abductos ad falsum impietatis errorem pertraheret,) Imperator pro more atque instituto suo ; quippe qui Zelatorem ac verè Servatorem Deum sibi colendum proposuerat, hoc etiam Templum solo æquari præcepit. Nec mora, ad unum Imperatoris nutum humi jacuit, manu militari subversum Templum quod nobiles Philosophi tantoperè suspexerant : & unà cum Templo ille ipse qui intus latitabat, non Dæmon aut Deus, sed deceptor quidam animarum, qui longissimi temporis spatio homines in fraudem induxerat.

Sic igitur ille qui malis & calamitatibus alios liberaturum se esse spondebat, nullum sibi ipse remedium reperit quo se tueretur : non magis quam cum fulmine percussum eum fabulæ fingunt. Post quæ paucis interjectis, ita pergit : Καὶ πῶς γὰρ οὐκ ἐμελλον ἅτω φρονεῖν, τὰ ἔξωθεν τῶν ξοάνων φαντασίας πλείσω ὅσω μιαρίαν ἔσω κεκρυμμένην ὁρῶντες. ἦ γὰρ νεκρῶν σωμάτων ἰσχνὴν ὀστέα, ξηρά τε κρανία, γοήτων πεπλασμένα ἐσκεπασμένα, ἢ ῥυπῶντα ῥάκη βδελυρίας αἰσχρᾶς ἔμπλεα, ἢ χόρτα καὶ καλάμης φορυτός. ἃ δὴ τῶν ἀψύχων ἐντὸς σεσωρευμένα ἠώμενοι, αὐτοῖς τε καὶ τοῖς αὐτῶν πατράσι πολλὴν λογισμῷ ἀφροσύνην καταμέμφονται. ὅτε μάλιστα ἐνενόουν, ὡς ὀδεὶς ἄρα ἦν ἐν τοῖς ἀδύτοις αὐτῶν μυχοῖς, ὀδ' ἐν αὐτοῖς ἀγάλμασιν ἔνοικος ὁ δαίμων, ὁ ἡρῷος, ὁ θεὸς, ὁ μάντις· οἷα δὴ τὸ πρὶν ἐπελάμβανον, ἀλλ' ὀδ' ἄμυδρόν τι ἢ σκιώδες φάντασμα. διὸ δὴ πρόχειρος τοῖς ἐκ βασιλέως καταπεμφθεῖσι, πᾶν σκολαινὸν αἴτιον, καὶ πᾶς ὀπόρρητος μυχὸς βατὸς ἦν· ἄβατά τε καὶ ἄδυτα, ἱερῶν τε τὰ ἐνδοτάτω σεβασμίως κατεπατεῖτο βήμασιν.

Quidni verò ita sentirent, cum sub externa simulacrorum specie tantam intus latentem spurcitiem cernerent. Nam aut cadaverum ossa, aut aridæ Calvariæ suberant, impostorum fraude

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

fraude ſubreptæ, aut ſordidi panni turpi immunditie referti, aut denique fœni ac ſtipulæ acervus. Quæ cum in penetralibus ſimulacrorum animâ carentium congeſta adſpicerent, & ſuam & ſuorum parentum dementiam ſummam incuſabant: maximè cum animadverterent in ſuis illis adytis, atque in ipſis ſimulacris nullum eſſe intus habitantem, non Dæmonem Oracula fundentem; non Deum prædicentem futura, quemadmodum ſibi antea perſuaſerant: imò ne obſcurum quidem ac tenebricoſum ſpectrum. Atque idcircò quodvis vel obſcuriſſimum antrum & abditiſſimi quique receſſus, iis qui ab Imperatore miſſi erant, facilè patuerunt: adyta quinetiam & inacceſſa prius loca, ipſaque Templorum penetralia, militum veſtigiis terebantur.

Sed præternavigemus tandem tempora Conſtantini Magni: atque oſtendamus, uti de Delphico fecimus, ad Imperium Theodoſii, imò & ulterius χρησήρια nonnulla petentibus dediſſe reſponſa.

Revocemus hîc ergò primò in memoriam edicta Conſtantii ac Juliani ſuperius allata: ex quibus patet talia μαντεῖα tunc temporis adhuc fuiſſe conſulta. Regnavit hic Conſtantius ultra 25. annos: Imperii ſui decimonono Julianum appellavit Cæſarem: cum quo anno ſequenti, dum hi ſimul; Conſtantius VIII. Julianus I. eſſent Conſules, primum illud ad populum publicarunt edictum. Secundum verò à nobis citatum (quod lib 9. Cod. cap. 18. ordine Septimum eſt) duobus annis pòſt; Titiano ſcilicet, & Cereale Coſſ. qui annus fuit poſt Chriſti nativitatem 358.

Quæ igitur ex hiſce edictis cognoſcimus (ut ex ſequentibus etiam clarius conſtabit) ſunt, aut non in totum ſic deſtructa fuiſſe ſub Conſtantini Imperio Templa Fatidica; ſed multa adhuc poſt ejus mortem ſuperfuiſſe: aut multa eorum quæ ſub ejus imperio diruta vel occluſa fuerant, ſtatim ſub Imperio Conſtantii fuiſſe aut inſtaurata aut denuò aperta.

Si

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Si verò cuiquam hæc assertio aut minus vera aut nimis incerta videatur, consideret hæc sequentia exempla ex Ammiano Marcellino adducta. Qui quidem lib. 14. ita loquitur: *Eodem tempore Serenianus ex Duce, cujus ignavia populatam in Phœnice Cœlen antè retulimus, pulsatæ Majestatis Imperii reus jure postulatus à lege, incertum qua potuit suffragatione absolvi: apertè convictus, familiarem suum, cum pileo, quo caput operiebat, incantato vetitis artibus, ad* TEMPLUM *misisse* FATIDICUM, *quæritatum expresse, an firmum portenderetur imperium, ut cupiebat.* Et libro 19. hoc modo: *Materiam autem in infinitum quæstionibus extentis dedit, occasio vilis & parva. Oppidum est Abydum in Thebaidis parte situm extrema: hîc* BESÆ DEI *localiter appellati* ORACULUM *quondam futura pandebat, priscis circumjacentium regionum cæremoniis solitum coli. Et quoniam quidam præsentes, pars per alios, desideriorum indice missâ Scripturâ supplicationibus expresse conceptis, consulta Numinum scitabantur, chartulæ seu membranæ continentes quæ petebantur, post data quoque responsa interdum remanebant in Fano. Ex his aliqua* (NB.) *ad Imperatorem malignè sunt missa: qui ut erat augusti pectoris, obsurdescens in aliis etiam nimium seriis, in hoc titulo imâ, quod ajunt, auriculâ mollior, & suspicax, & minutus, acri felle concaluit, &c.* Quibus porrò quæstiones, ac supplicia super hac materiâ exercita superaddit. Ex quibus manifestum est (quamvis aliàs usus sit Ammianus in hac narratiuncula voce *quondam*) Oraculum istud adhuc tempore Constantii (imò & usque ad extrema ejus tempora) viguisse. Quia aliàs omninò intempestivum ac præter rem fuisset, tales chartulas mitti ad Imperatorem: nec potuissent illæ dare materiam (ut loquitur Ammianus) infinitam quæstionibus; atque ea producere mala, carceres, eculeos, exilia, alia-

aliaque ſupplicia tot nobilium quam ignobilium virorum, ſi hæc antè hujus Conſtantii Imperium contigiſſent.

Contigerunt autem hæc ſub finem ipſius vitæ, quum jam expeditionem in Perſas adornaret.

Quamobrem rectiſſimè mihi ſuſpicari videor, illud *quondam*, à ſciolo quodam poſterioris ævi, in Ammiani textum fuiſſe intruſum.

Hinc non mirum ſanè tam multa ac diverſa ab Juliano fuiſſe conſulta Oracula, ut Theodoretus lib. 3. cap. 9. teſtatur, hoc modo: Ἰουλιανὸς ἦ Πέρσαις ἐπιστρατεύσαι βουλόμενος, εἰς ἅπαντα μὲν τὰ κῦρ τῶν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν χρηστήρια τοὺς δυνατοὺς ἦ ἐπιτηδείων ἐξέπεμψεν. αὐτὸς ἦ τὸ Πύθιον τὸ Δαφναίου ἱκέτευε δηλῶσαί οἱ τὰ ἐσόμενα. ὁ δὲ τοὺς γειτονεύοντας νεκροὺς ἔφη ἐμποδὼν γίνεσθαι τῇ μαντείᾳ, καὶ χρῆναι τούτους πρότερον εἰς ἕτερον μετατεθῆναι χωρίον, εἶθ' ὕτως ἀπαγγελεῖν πρόῤῥησιν. ὑπὲρ οὗ εἰποιμί τι, μὴ καθαρθέντος ἐκκαθαρθέντος. *Julianus cum in animo haberet bellum contra Perſas gerere*, ad (NB.) OMNIA ORACULA, QUÆ ERANT INTRA FINES ROMANI IMPERII, *conſulenda, homines è ſuis ſumma benevolentiâ ſibi conjunctos miſit. Ille ipſe verò ſupplex orat Apollinem Daphnæum, uti quæ ſibi eſſent eventura, oſtenderet. Reſpondet Apollo, mortuos quoſdam, in proximo humatos, impedimento eſſe, quominus daret vaticinia. Eos igitur primùm transferendos eſſe: deinde quid futurum ſit ſe prædicturum pollicetur. Nam ſe, niſi purgato luco, nihil poſſe dicere, &c.*

Hic igitur mentio fit non ſolum Apollinis Daphnæi, ſed & *omnium Oraculorum*, ſeu χρηστηρίων, quæ erant intra fines Romani Imperii. Quod indicat tum temporis adhuc multa ſuperfuiſſe χρηστήρια, & intra & extra illud Imperium.

Citata nunc Theodoreti verba etiam fidem adſtruunt iis quæ Nicephorus, (cui ſoli aliàs in talibus non crederem) habet

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

lib. 10. cap. 29. ubi ita loquitur: *Alias tum quoque*, QUUM ORACULA SIMUL ET SEORSIM OMNIA RESPONDISSENT, *Imperatoris avunculum Julianum ægrum moriturum non esse, responsis ipsis legendis, ærumnosè & miserabiliter is vitam finiit.*

De Oraculo Apollinis Daphnæi hic memorato tamen aliquis mihi objicere posset, id jam à longo tempore, Hadriani Cæsaris scilicet, etiam ipso Ammiano (præter alios) teste, fuisse mutum; cum ille in hunc modum de eo loquatur: *Hæc dum ita procedunt more pacis, multorum curiosior Julianus, novam consilit viam ingressus est, venas fatidicas Castalii recludere cogitans fontis: quem obstruxisse Cæsar dicitur Adrianus, mole saxorum ingenti, veritus,* (NB.) *ne ut ipse præcinentibus aquis capessendam rempublicam comperit, etiam alii similia docerentur: ac statim circum humata corpora statuit transferri eo ritu, quo Athenienses insulam purgaverant Delon.*

Verum est, fateor, istud χρηστήριον ab Juliano instauratum rursus ac resecratum, sed non ita de Omnibus esse tenendum, quæ hic exprimuntur per generales istos terminos *Omnia Oracula*, &c. satis manifestum est ex iis exemplis quæ de Constantii tempore atque imperio adduxi, ut ex edictis per hunc Constantium Augustum simul cum Juliano tum adhuc Cæsare factis ac publicatis. Sed de hoc χρηστηρίῳ Apollinis Daphnæi plura habeo, ubi de Oraculorum Auctoribus tracto.

Si Fides quoque sit habenda Cedreno, idem Julianus, uti instauravit χρηστήριον Apollinis Daphnæi, sic etiam instauravit illud Apollinis Delphici. Ita enim pag. 250. edit. Basileënsis loquitur: Πέμπτῳ δὲ Ὀλυμπιάσιον τὸ ἱερὸν καὶ καταίσωμα ἐν Δελφοῖς, ἀνεγεῖραι τὸν ναὸν τοῦ Ἀπόλλωνος. Ἀπελθὼν δὲ αὐτὸς, καὶ τὰ ἔργα ἀψάμενος, λαμβάνῃ χρησμὸν παρὰ τοῦ Δαίμονος:

Εἶπε.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
366 F 33

Εἶπον τῷ βασιλεῖ, χαμαὶ πέσε δαίδαλος αὐλά.
οὐκέτι φοῖβος ἔχει καλύβαν, οὐ μάντιδα δάφνην,
οὐ παγὰν λαλέουσαν, ἀπέσβετο δ' λάλον ὕδωρ.

Oribasium Medicum ac Quæstorem Delphos misit, ut Oraculum Apollinis instauraret. is cùm eò perveniſſet opuſque inchoaſſet, tale à Dæmone accepit Oraculum:

CORRUIT ARTIFICI VARIE CORTINA LABORE
CONSTRUCTA: HOC REGI REDEUNTES DICITE VESTRO:
NEC CASA, NEC PHOEBI REDDENS ORACULA LAURUS
ULLA SUPER, NULLÆ VENIUNT A FONTE LOQUELÆ,
EXTINCTI LATICESQUE PROFUNDA SILENTIA SERVANT.

Ita vertit Xylander.

Hæc verò inſtauratio, ſecundum hunc Cedrenum, facta fuit ſub initium Imperii Juliani, atque adeò jam antè iſtam conſultationem de Bello Perſico, de qua Theodoretus lib. 3. cap. 9. & 21. narrat.

Sed an vera ſint hæc quæ narrat Cedrenus, merito quis dubitare queat, ex collatione verborum ipſius cum verbis citati modò Theodoreti. Ac ſi verum id quod de inſtauratione à Juliano per Oribaſium facta narrat, de reſponſo tamen erit quæſtio. Etenim teſte Cedreno, ut & prætenſo Oraculo ab ipſo adducto, reſpondit Dæmon & non reſpondit: reſpondit quippe ſe non reſpondere. Quod idem eſt ac ſi mutus aliquis, aut pro tali habitus, de re aliquâ interrogatus, articulatis vocibus hæc efferret: Ego non poſſum tibi reſpondere, eò quod loqui non valeam. Et tamen poſtea ſuper expeditione con-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

tra Persas interrogatus respondit (testibus Socrate, Theodoreto, Sozomeno, & Ruffino) se ob cadavera ibi in vicinia humata non posse Juliano desiderata reddere responsa. Ita ut mihi hæc Cedreni narratiuncula ejusdem sit pretii ac valoris cum illa de Puero Hebræo, quam quasi ex Eusebio hausta Historiæ suæ insuit. Restat tamen, illud adhuc istis temporibus fuisse consultum.

Sed ut tandem citandis in hanc rem exemplis imponamus finem, prodeat nobis & in campum Macrobius; qui, (uti ex ipsorum verbis, & illustri testimonio in Codice Theodosiano lib. 6. tit. 8. patet) sub Arcadio & Honorio Augg. in vivis atque honore fuit. Is autem lib. 1. Saturnal. cap. 23. hæc sequentia narrat de Templo quodam in Assyriâ: *Hujus Templi religio etiam divinatione præpollet, quæ ad Apollinis potestatem refertur, qui idem atque Sol est. Vehitur enim simulacrum Dei Heliopolitani ferculo; ut vehuntur in pompa ludorum Circensium Deorum simulacra: & subeunt plerumque provinciæ proceres raso capite, longi temporis castimoniâ puri; feruntur que divino spiritu, non suo arbitrio, sed quò Deus propellit vehentes: ut videmus apud Antium promoveri simulacra* (NB.) *Fortunarum ad danda responsa. Consulunt hunc Deum absentes missis diplomatibus consignatis: rescribitur ordine ad ea quæ consultatione additâ continentur. Sic & Imperator Trajanus initurus ex ea provincia Parthiam cum exercitu constantissimæ religionis, hortantibus amicis ut de eventu consuleret rei cœptæ, egit Romano consilio, priùs explorando fidem religionis: ne forte fraus subesset humana. Et primùm misit signatos codicillos, ad quos sibi rescribi vellet. Deus jussit afferri chartam, eamque signari puram & mitti, stupentibus Sacerdotibus ad ejusmodi factum: ignorabant quippe conditionem codicillorum. Hos cum maxima admiratione Trajanus excepit, quod ipse quoque puris tabulis cum Deo egisset. Tunc aliis codicillis*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
366 F 33

lis conscriptis consignatisque consuluit, an Romam perpetrato bello rediturus esset. Vitem centurialem Deus ex muneribus in æde dedicatis deferri jussit, divisamque in partes sudario condi ac proinde ferri. Exitus rei obitu Trajani apparuit, ossibus Romam relatis. Nam fragmentis species reliquiarum, vitis argumento casus futuri temporis ostensum est.

CAPUT VI.

Hisce ulterius illustrandis disquiritur, quamdiu Ritus Ethnici, jam post Constantinum Magnum publicè perdurarint: ut qui ne quidem cum Theodosii, filiorumque ipsius, morte penitùs extincti fuerint; Sicut & ista occasione adducuntur Ethnicorum testimonia de Monachis Christianorum, nec in totum mendacia; uti ex ipso Hieronymo clare monstratur: agiturque de Canopi festis; ac quam multi etiam ultra hæc tempora Gentilismo publice patrocinati fuerint; tam permissu Imperatorum, quam contra ipsorum edicta. Tandemque de nominibus ADORATIONIS, DIVI NUMINIS, SACRORUM ORACULORUM, *& quæ alia plura hisce similia Imperatoribus jam Christianismum amplexis tribuebantur, agitur.*

ET hæc quidem, Benevole Lector, tam ex Christianis quàm Ethnicis scriptoribus adduxi; ut ostenderem, quàm malo ac debili, imò nullo fundamento superstructa sit, atque innitatur ea opinio, quæ tam latè inter homines, etiam doctos ferè tam bene quam indoctos, pervagata est; Oracula nempe, sive χρησήρια, aut jam ante Christum natum, aut cum Christi in terras adventu, aut saltem paulò post (sive per

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

prædicationem Evangelii sive alias ob causas) plane obmutuisse. Nam quamvis (præter solos, quod sciam, Peucerum & Mœbium, qui ipsorum durationem usque ad Julianum extendunt) Boissardus, Hospinianus, Schedius, Molinæus pluresque alii quoque dicant, illa ab eo tempore emarcuisse, ac sensim obmutuisse: Horum tamen nemo in ea re satis sibi constat: ut patet ex exemplo de puero Hebræo, aliisque, quæ etiam à Peucero, &c. adducuntur.

Cum tamen & ex præcedentibus viderimus, atque ex nunc sequentibus amplius videre queamus, ea non solum usque ad Julianum, verum & usque ad Theodosium, imò & ulterius, si non ultra Honorium & Arcadium Augg. (nonnulla scilicet eorum) durationis suæ terminos extendisse.

Nec mirum sanè tam diu λεσηΐεια hæc diversis in locis, imò multis adhuc, tam sub Imperio Romano quam extra illud exstitisse: ac tam diu detinuisse stultam vulgi (imò & aliorum quandoque) credulitatem; neque exstincta statim imperantibus jam Cæsaribus atque Augustis Christianam amplectentibus doctrinam ac fidem; cum tam infinitus adhuc restaret numerus Ethnicorum sub ipso etiam Imperio Romano, in Provinciis nempe & Regnis huic Imperio vectigalibus; quæ vel omninò vel maximam partem adhærebant Gentilismo ejusque pravis, ac stultis sæpè, superstitionibus attinebantur.

Hinc Ruffinus lib. 11. cap. 19. Historiæ Ecclesiasticæ ita loquitur: *Idolorum cultus, qui Constantini institutione, & deinceps negligi & destrui* COEPTUS FUERAT *eodem* [Theodosio] *imperante collapsus est.*

Quæ latius tractat Theodoretus lib. 5. cap. 20. in hunc modum: ὁ δὲ πρόπαππος βασιλεὺς καὶ τῆς Ἑλληνικῆς πλάνης μετέθηκεν τὸν ἀσεβῆ, καὶ νόμους ἔγραψε τὰ τῶν εἰδώλων τεμένη καθαιρεθῆναι κελεύων. Κωνσταντῖνος μὲν γὰρ ὁ μέγας, ὁ πάσης ἀξιώσατος εὐφημίας, πρῶτος εὐσεβείᾳ τὴν βασιλείαν κοσμήσας, καὶ τὴν οἰκουμένην ἐπ μεμηνῖαν ὁρῶν, τὸ μὲν τοῖς δαίμοσι θύειν, παντάπασιν ἀπηγόρευε.

τὰς

τὰς ἢ τούτων ναὸς ἀ κατέλυσεν, ἀλλ' ἀβάτους εἶναι προσέταξε καὶ μέντοι καὶ οἱ τότε παῖδες τοῖς πατρῴοις ἠκολούθησαν ἴχνεσιν. Ἰουλιανὸς ἢ ἀνεκαίνισε τὴν ἀσέβειαν, καὶ τὴν παλαιὰς ἐξαπάτης ἐξῆψε τὸν φλόγα. Ἰωβιανὸς ἢ τὴν βασιλείαν παραλαβὼν, πάλιν τοῖς τῶν εἰδώλων ἐκώλυσε τὴν θεραπείαν. καὶ Βαλεντινιανὸς ἢ ὁ μέγας, τοιοῖσδε κεχρημένος νόμοις ἴθυνε τὴν εὐρώπην. ὁ ἢ Βάλης πᾶσι μὲν τοῖς ἄλλοις ἐπέτρεψε θρησκείειν ἢ βούλοιντο καὶ τὰ θρησκεύεμενα θεραπεύειν, μόνοις δὲ πολεμῶν διετέλει τοῖς τῶν ἀποστολικῶν ἐναντία μαχέσι δογμάτων. πάντα γὰρ τὰ τῆς ἐκείνης βασιλείας ἀρχαῖον, καὶ τὸ ὀπισθώμιον ἦπερ πῦρ, καὶ σπονδὰς ἐς θυσίας τοῖς εἰδώλοις προσέφερον καὶ τὰς δημοθοινίας καὶ τὴν ἀγορὰν ἐπετέλουν, καὶ οἱ ἐκ Διονύσου τὰ ὄργια τελεσμένον, μετὰ τῶν ᾠδῶν ἕπεσθον, τὰς κώμους θιασῶντες, καὶ μεμηνότες καὶ βακχεύοντες, καὶ τὰ ἄλλα δρῶντες, ἃ τὴν τοῦ διδασκάλου πανήγυριν δηλοῖ. ταῦτα πάντα θεοδόσιος ὁ πρὸ τοῦ βασιλεὺς, προῤῥιζα τε ἀνέσπασε καὶ λήθην παρέδωκε. Πρῶτος μέντοι τῶν ἄλλων ἀρχιερέων, Μάρκελλος ὁ πάντα ἄριστος ὅπλῳ τῷ νόμῳ χρησάμενος τὴν ἐγκεχειρισμένης πόλεως τὰ τεμένη κατέλυσε, &c.

His confectis rebus Imperator fidelissimus omne suum studium ad errorem Gentilium evertendum transtulit; legesque promulgavit, quibus imperatum erat, ut simulacrorum fana diruerentur. Nam CONSTANTINUS MAGNUS *omnibus laudis præconiis meritò efferendus, qui primus Imperium vero Dei cultu exornare studebat, videns adhuc orbem terrarum cæco errore furentem, tametsi vetuit omnino Dæmonibus immolare hostias, non tamen illorum delubra demolitus est: Sed mandatum solum dedit, ne quisquam ad ea accederet. Quinetiam ipsius filii paterna diligenter persecuti sunt vestigia. Julianus autem impietatem renovare, & flammam veteris fraudis jam pridem extinctam de integro accendere laboravit. At contra* JOVIANUS *Imperio potitus* SIMULACRORUM *cultum omnino vetuit.* VALENTINIANUS *quoque ille* MAGNUS *iisdem legibus Europam præclarè gubernavit. Cæterum* VALENS, *sicut aliis*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

aliis omnibus permiſit poteſtatem eam quam vellent religionem amplectendi, & eos colendi Deos, quos ipſi pro Deis haberent: ita adverſus ſolos Doctrinæ Apoſtolicæ propugnatores bellum continenter geſſit. Itaque toto tempore quo ille regnabat ignem in aris accendere, libamenta & hoſtias ſimulacris immolare, celebrare quoque in foro epulas Gentiles non deſtiterunt. Quin etiam Myſteriis Bacchi initiati, cum ſcutis curſitare, dilacerare canes, Bacchari, alia denique agere, quæ Magiſtri ſui improbitatem, ſatis apertè declarabant. Quæ omnia, cum fideliſſimus Imperator Theodoſius pro certo comperiſſet, exſtirpavit radicitus, & ſempiterna oblivione obruenda curavit, &c.

In quibus Theodoreti verbis tria notanda veniunt.

Primum eſt Joviani Imperium ſolum per quinque menſes, imò nec totos, duraſſe; adeóque ipſum non potuiſſe aut multa innovare, aut ſi hoc fecerit, ad exitum non potuiſſe perducere.

Secundum eſt, quod teſtatur de Valentiniano Magno. Lubenter ſanè concedam, eum longe aliter quam Valens fuit, in hiſce fuiſſe animatum. At certum interim eſt, ex antiquis monumentis, ipſum aut voluntate aut poteſtate defectum aut metu, rationibuſve aliis Politicis deterritum, non eo fuiſſe provectum, ut cum aliquo vigore, (tanto ſaltem ut aliquem effectum ipſius conatus tales ſortirentur) publicum Ethnicorum cultum opprimere aggreſſus ſit: multò minus ut eum in totum exſtinxerit. Patet hoc abunde ſatis ex inſcriptionibus aliiſque monumentis (narrationibus quoque Hiſtoricis) in Occidente, cujus Imperio per 12. propè annos præfuit, inventis; ex quibus manifeſtum fit & *Sacra Tauropolia* ipſius ſub Imperio frequenter, & per maximæ auctoritatis ac potentiæ viros, fuiſſe ſuſcepta & perpetrata; ipſoſque, earumve uxores, talibus horrendis ſanè Sacris præfuiſſe, publiceque id per inſcriptiones publicas fuiſſe teſtatos.

Cum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
366 F 33

Conſtat ex hiſce allatis exemplis, Valentiniani tempore, ſub ejuſve, ut rem acu propius tangamus, imperio ipſiuſque auſpiciis ductuve aut mandatis Ethniciſmi cultum publicum tali modo, ut Theodoretus noſter perhibet, non fuiſſe vetitum aut oppreſſum. Quum videamus & ipſius Theodoſii Majoris ſub Imperio, (quod tertio notandum venerat) minimè, niſi jam exſtincto Eugenio, Honorioque ad Imperium adſcito, eum ſerio fuiſſe repreſſum, non tamen (quod notatu dignum eſt) omnino fuiſſe, verum indirecte tantum, exſtinctum.

Sed priuſquam illa demonſtremus, videamus, quale circa Oracula ac Divinationes, hujuſce Theodoſii, item Gratiani, ac Valentiniani Imperatorum, decretum fuerit factum. Decretum illud extat in Cod. Juſtiniani tit. 1. & 2. (de Paganis & Sacrificiis & Templis) Cynegio Præfecto Prætorio datum; quod ita ſonat:

Impp. Theod. Grat. & Valent. A. A. A. Cynegio Præfecto Prætorio.

Ne quis Mortalium (NB) ITA *Sacrificii ſumat audaciam, ut inſpectione jecoris, extorumve præſagio vanæ ſpem promiſſionis accipiat, vel (quod eſt deterius)* FUTURA SUB EXECRABILI CONSULTATIONE COGNOSCAT. *Acerbioris enim imminebit ſupplicii cruciatus ei, qui contra vetitum præſentium vel futurarum rerum explorare tentaverit veritatem. Datum 7. Calend. Jun. Arcadio & Bautone Conſſ. 385.*

In quo Edicto duo potiſſimum veniunt conſideranda. Ac primo quidem vocula *ita*, quâ indicatur non ita tunc fuiſſe vetita omnis generis Sacrificia ut in totum prohiberentur (quod ex ſequentibus clarius eluceſcet) ab hiſce Imperatoribus: ſed ſic ſolum, ut per iſta non extiſpicia ac præſagia caperentur. Quod per talia ſæpè tentaretur Imperium, aut ſaltem, ea ſuſpicio teneret Imperatores: uti exemplis Conſtantii ac Valen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
366 F 33

tis apud Ammianum satis liquido constat. Videatur historia quam de Theodoro, Hilario, &c. Adduco in Tractatione mea de Sortibus, & quæ Zosimus de eodem facto, quamvis paulo aliter narrat, libro 4. Historiarum hisce verbis: Ἦν τις Θεόδωρος τῶν βασιλικῶν ὑπογραφέων ἐναριθμούμενος. τοῦτον εὖ μὲν γεγονότα καὶ τεθραμμένα, νέον δὲ ἔτι καὶ τῷ τῆς ἡλικίας θερμῷ ῥᾳδίως κολάκων θωπείαις ἐπὶ τὰ χείρονα συνδιδόμενον πεισάντες τοιοῦτοί τινες, ἀναπείθουσιν ὡς πεπαιδευμένοι τινὲς εἰσιν ἐν παιδείᾳ, καὶ τεκμήρασθαι τὸ μέλλον ἔκ τινος κατωθουμένης αὐτοῖς μαντείας δεινοί. πυθανόμενοι δή, τίς μετὰ Οὐάλεντα βασιλεύσειεν, (NB.) ἔστησαν τρίποδα, τὸ μέλλον αὐτοῖς διά τινος σημαίνοντα τελετῆς· φανῆναι δὲ ἐν τῷ τρίποδι γεγραμμένα Θῆτα καὶ Ε, καὶ Ο, καὶ ἐπὶ τούτοις τὸ Δέλτα. ταῦτα δέ, μονονουχὶ φωνὴν ἀφιέντα, δηλοῦν ὡς Θεόδωρος τὴν βασιλείαν μετὰ Οὐάλεντα διαδέξεται. (NB.) τούτοις ἐπαρθεὶς τοῖς ὕθλοις, ὑπό τε τοῦ ἄγαν ἐπιθυμίας ἀγύρταις συνεχῶς καὶ γόησιν ἐντυγχάνων, καὶ ὡσὲ ἔτι πρακτέα κοινούμενος, (lege κοινούμενος) βασιλεῖ καταφορος γίνεται.

Erat Theodorus quidam inter Notarios Imperatoris adscriptus. Hunc nobili quidem genere prognatum & educatum bene, sed juvenem adhuc, qui ex ætatis fervore, non difficulter adsentatorum adulationibus ad pejora impelleretur, adorti ejus generis homines, excellere se literis, & ex Divinatione quâdam, ab se præclare percepta, futura conjiciendi se peritos esse persuadent. Inquirentes autem, quis post Valentem imperaturus esset, tripodem statuisse; qui ritu quodam arcano significaret eis, quod futurum esset. In hoc Tripode scriptas literas Θ, *&* Ε, *&* Ο, *& præter has* Δ *apparuisse: quæ quidem, modo non vocem exprimentes, indicent, Theodorum in Imperio Valenti successurum. His ille nugis elatus, dum præ cupiditate nimiâ circulatores & maleficos* [Græca hîc longè significantiora] *frequenter adit, & cum eis, quod agendum erat, communicat, Imperatori proditur.*

Ut

Ut autem rursus paulò altius adscendamus ad Valentinianum majorem, expendendum relinquo Lectori, num ille tam strenuè uti vult Theodoretus, Ethnicismo obviam iverit, eique delendo incubuerit (quod etiamsi verum esset, successum ei defuisse, ex sequentibus certissimum fiet) quum inveniamus apud Zosimum (cui non nimis temere fides deroganda est, ut optimè ostendit Leunclavius, quamvis Christianorum inimico) ipsum concessisse denuo, licet jam ante vetuisset, ut Athenienses secundum consuetudines antiquas, non tamen immodestè nimis, mysteria sua celebrarent. cujus Zosimi verba hic apponere mihi operæpretium visum fuit: sunt autem quæ hîc sequuntur:

Ἐπεὶ δὲ καὶ νόμων εἰσφορὰς ἐγνώκει ποιήσασθαι, ἀφ' ἑστίας ὥσπερ ἀρξάμενος, τὰς νυκτερινὰς σκώλυε θυσίας ἀπιτελεῖσθαι. τοῖς μυσταρχαῖς μὴν ἂν περιορμήσοις ἐμποδὼν διὰ ταῦτα νόμος γενέσθαι βαλόμενος. ἐπεὶ δὲ Περαιπξάτης, ὁ τῆς Ἑλλάδος τὴν ἀνθύπατον ἔχων ἀρχὴν, ἀνὴρ ἐν πάσαις διαπρέπων ταῖς ἀρεταῖς, τῶτον ἔφη τὸν νόμον ἀβίοτον τοῖς Ἕλλησιν καταστήσειν τὸν βίον, εἰ μέλλοιεν κωλύεσθαι τὰ συνέχοντα τὸ ἀνθρώπειον γένος ἁγιώτατα μυστήρια καὶ δεσμὸν ἀπολεῖν, ἐπέταξεν ἀργεῖσθαι τὸν νόμον, περαίνεσθαι δὲ πάντα καὶ τὰ ἐξ ἀρχῆς πάτρια.

Et quia Legum quoque promulgationes instituere decreverat, exorsus ab ipso lare, quod ajunt, nocturna sacra fieri prohibuit: qua lege coërcere volebat ea quæ sceleratè designarentur. Sed quum Prætextatus, qui pro Consule Græciam administrabat, vir omni virtute præstans, hanc legem diceret vitam injucundam & acerbam victu Græcis paituram, si futurum esset, ut Mysteria sanctissima, quæ genus humanum continent, prohiberentur; peragi ea ritè, vi legis suæ cessante, permisit: ita tamen, ut omnia secundum patrias consuetudines, quales ab initio fuissent, perficerentur.

Ut autem revertamur ad Edictum illud datum Arcadio ac

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Bautoni Coss. ac modò superius allatum, considerandа veniunt verba illa *sub execrabili consultatione*. Ex quibus mihi non obscurum hic præcipuè quidem intelligi horrenda illa sacrificia, quæ manibus eliciendis per νεκυομαντείας, ut ita divinatio perageretur, instituebantur; sicut & illud Oraculorum genus quod præcipuum quondam fuerat, at hisce temporibus parum admodum obtinebat: licet ob adhuc perseverantem Ethnicismum tam intra quam extra Romani Imperii terminos, uti ex Macrobio liquet, consuleretur. Nec defecerant in totum Haruspices, Augures, Harioli, Sortilegi atque ejusmodi Impostores: qui magna vi ac conatu fugientem jam planè Gentilismum retinere conabantur.

Alias enim publicum Gentilismi cultum adhuc sub Theodosio diu perdurasse, præterquam ex iis quæ jam superius allata fuere, etiam ex sequentibus fiet manifestissimum; imò ne quidem *directè* hunc eum vetare ausum fuisse, vel saltem non vetuisse, in ipsa urbe Roma per tot sæcula Romani Imperii capite. Quibus ulterius adstruendis prodeat nobis Zosimus: qui, libro quarto, de exactionibus nimium severis Theodosii loquens, ita fatur:

Deumque suppliciter orabant [populus scilicet,] *ut talibus tantisque calamitatibus liberarentur. Etenim* (NB.) *adhuc facultatem habebant adeundi fana, patriisque ritibus numina placandi.* Græca verba sunt: Ἱκετεύοντες τὸν Θεὸν, καὶ δεόμενοι τῶν ποσάκις αὐτοῖς ἀπαλλαγὴν ἐφέρων συμφορῶν. ἔτι γὰρ ἦν αὐτοῖς ἄδεια καὶ φοιτᾶν εἰς τὰ ἱερὰ, καὶ τὰ θεῖα καὶ τὰς πατρίους θεσμὰς ἐκμελετᾶσθαι.

Primum incepisse videtur Theodosius ab Ægypto: uti ex Zosimo satis commodè, meo judicio, colligi potest. Is enim de hoc Theodosio post interfectum Gratianum (à quo in Imperium adscitus fuerat) Maximo insidiante, ita loquitur, libro 4. Θεοδόσιος δὲ ὁ βασιλεὺς ἐδέχετό τε βασιλέα μάξιμον εἶναι, καὶ εἰκόνων αὐτῷ κοινωνεῖν, καὶ βασιλέως πρεσβείας ἀξίως, λα-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
366 F 33

λάθρα μὲν τὰ καθ' αὑτὸν πραγματεύόμενος πόλεμον, παντὶ δὲ θωπείας εἴδει καὶ θεραπείας αὐτὸν καλαρράπτων· ὥστε καὶ κωνηγίῳ τῷ τῆς Αἰγύπτου, ᾧ προσελαγμένῳ τὰ πάσι τοῖς εἰς τὰ θεῖα θρησκείαν ἀπαγορεύσαι, καὶ κλεῖθρα τοῖς θεμένοις ἐπιθεῖναι, τῷ Μαξίμῳ εἰκόνα δεῖξαι τοῖς Ἀλεξανδρεῦσιν ἐπέταξεν, ἀναθεῖναί τε δημοσίᾳ ταύτην, καὶ ὅτι συμβασιλεύσειν ἔλαχεν αὐτῷ, προσφωνῆσαι τῷ δήμῳ. Κωνήγιος μὲν δὴ ἐν τούτῳ τὸ προσταχθὲν ἐπλήρου καὶ τὴν τῶν ἐῴων τῆς Αἰγύπτου ἅπασαν ἱερῶν, ὡς αὐτὸν ἦν τῶν Ἀλεξάνδρειαν, ἀπέκλεισε τὰς εἰσόδους· θυσίας τε εἶρξε τὰς ἐξ αἰῶνος νενομισμένας, καὶ πᾶσαν πάτριον ἁγιστείαν.

Hæc admittere Theodosius, ut Maximus Imperator esset; simulque dignum ducere qui secum statuarum & Imperatorii nominis esset particeps. Verum clam in eum bellum moliri, & omni adsentationis atque observantiæ genere hominem circumvenire: adeo quidem ut etiam daret in mandatis Cynegio Præfecto Prætorii, quum eum ablegaret in Ægyptum, & omnibus numinum religione per ipsum interdici, ac fana claudi præcepisset; ut imaginem Maximi conspiciendam Alexandrinis exhiberet, publicéque poneret; & consortem hunc Imperii factum esse, habita ad populum oratione, declararet. Quâ quidem in re Cynegius, quod imperatum fuerat præstitit; aditusque Templorum per Orientem, & universam Ægyptum, & ipsam Alexandriam occlusit, sacrificiaque ab omni ævo usitata, cum omni patrito cultu prohibuit.

Huc usque tantum Ethnicorum fana occlusa, sacrificiaque in ipsis offerri solita fuisse prohibita patet: & quidem initio facto ab Ægypto, atque in illa præcipuè ab Alexandriâ. Orientem nominat quoque Zosimus: sed an hæc de toto Oriente sint intelligenda, & non potius de ista Orientali plaga cui præfectus fuerat Cynegius, meritò dubites.

At in ipsa urbe Româ, demum post occisum Eugenium; cum frustra Senatum Romanum, ut Ethnicismum relinqueret

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

& Christianismum amplecteretur, suasisset; non templa claudi, multo minus demoliri ac destrui, mandavit: sed tantum, ad publica sacrificia, publicos sumptus denegavit: ut remoto hoc cultus Ethnici magno sustentaculo ille sponte sua in interitum ruere inciperet.

Sic enim Zosimus lib. 5.

Ὅτι Θεοδόσιος ὁ πρεσβύτης, τὴν Εὐγενίου καθελὼν τυραννίδα, τὴν Ῥώμην κατέλαβε, καὶ τὴν ἱερᾶς ἀγιστείας ἀνεπίσησε πᾶσιν ὀλιγωρίαν τὴν δημοσίαν δαπάνην τοῖς ἱεροῖς χορηγεῖν ἀρνησάμενος, ἀπελαύνοντος μὲν ἱερεῖς καὶ ἱέρειας, καταλιμπάνετο δὲ πάσης ἱερουργίας τὰ περίφημα. τότε δὲ τινὸς ἐπεγελάσαι τὰ τοιαῦτα ἡ Σερήνα, τὸ μητρῷον ἰδεῖν ἐβουλήθη. θεασαμένη δὲ τοῦ τῆς Ρέας ἀγάλματος περικείμενον ἀπὸ τοῦ τραχήλου κόσμον, τῆς θείας ἐκείνης ἄξιον ἁγιστείας, περιελέσθαι τοῦ ἀγάλματος, τῷ ἑαυτῆς ἐπέθηκε τραχήλῳ· καὶ ἐπειδὴ πρεσβύτις ἐκ τῶν Ἑστιακῶν περιλελειμμένη παρθένων, ὠνείδισεν αὐτῇ καὶ πρόσωπον τὴν ἀσέβειαν, περιύβρισέ τι καὶ ἀπελαύνεσθαι ἀφ' ἑαυτῶν ἐκέλευσεν· ἠδὲ, καὶ ἴσθι, πᾶν ὅτι τοιούτης ἄξιον τῆς ἀσεβείας, ἐλθεῖν αὐτῇ Σερήνᾳ, καὶ ἀνδρὶ, καὶ τέκνοις, ἠρᾶτο. ἐπεὶ δὲ ἀδένος τούτων ποιησαμένη λόγον, ἀνεχώρει καὶ πρόσω τὸν κόσμον, πολλάκις μὲν ἐπεφοίτησεν ὄναρ αὐτῇ καὶ ὕπαρ, τὸ ἐπίμομφον θάνατον προμηνύον.

Quo tempore Theodosius Major, oppressâ Eugenii tyrannide, Romam venit, & contemptum sacri cultus in animis omnium excitavit, publicum sumptum ad sacrificia se suppeditaturum inficiatus: expellebantur utriusque sexus Sacerdotes, & fana sacrificiis omnibus destituta jacebant. Tunc igitur his illudens Serena Matris Deum ædem videre voluit. Conspicata verò mundum, collo simulacri Rheæ circumjectum, illo divino cultu dignum: hunc ipsum simulacro ademptum, collo suo adhibuit. Quumque vetula quædam, ex Virginibus reliqua Vestalibus, hanc impietatem in os illi exprobrasset; tam contumeliis illi gravibus illusit, quam abigi per comites eam pedissequos jussit. Tum ea descendens, quid-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
366 F 33

quidquid illa dignum impietate foret, ut & ipsi Serenæ & marito ejus, & liberis eveniret, imprecatur. Illa verò, nullius horum ratione habita, cum mundo isto sibi placens, è fano exisset, sæpenumero quiddam ei se tum quiescenti, tum vigilanti offerebat, quod mortem imminentem denuntiaret, &c. Videamus & quæ de hoc Theodosio habet idem Zosimus lib. 4. sub finem istius libri:

Τοῦδε πραγμάτων ὧδε τῷ βασιλεῖ Θεοδοσίῳ προχορησάντων, ἐπιδημήσας τῇ Ρώμῃ, τὸν υἱὸν Ὀνώριον ἀπεδείκνυσε βασιλέα, Στιλίχωνα στρατηγόν τε ἀποφήνας ἅμα τῶν αὐτόθι πραγμάτων, καὶ ἐπίτροπον καταλιπὼν τῷ παιδὶ συγκαλήσας δὲ τὸν γερουσίαν τοῖς ἄνωθεν ἐπιδεδομένοις ἐμμένουσαν πατρίοις, καὶ ἐκ ἐλομένῳ ἔτι συνενεχθῆναι τοῖς περὶ τὸν τῶν θεῶν ἀποκλίνασι καταφρόνησιν λόγους προσῆγε, τὸν δικαίων ἀφίενται μὴν ἐν τῷ πρότερον μετίησιν (ὡς αὐτὸς ἔλεγε) πλανᾶσθαι, ἐλέγχειν δὲ τὸν Χριστιανῶν πίστιν, ἧς ἐπαγγελία παντὸς ἁμαρτήματος ἐστὶ πάσης ἀσεβείας ἀπαλλαγή. μηδενὸς ἢ τῇ προσκλήσει πειθένος μηδὲ ἐλομένου τὰ ἀφ' ἑπτὰ ἡ πόλις ᾠκίσθη προσδεδομένων αὐτοῖς πατρίων ἀναχωρῆσαι, καὶ προτιμῆσαι τούτων ἄλογον συγκατάθεσιν (ἐκεῖνα μὲν γὰρ φυλάξασθαι, ἡδὲ μακροῖσι καὶ χιλίοις ἔτεσιν ἀπόρθητον τὴν πόλιν οἰκεῖν· ἕτερα δὲ ἀντὶ τούτων ἀλλαξαμένους, τὸ ἐκβησόμενον ἀγνοεῖν) τότε δὲ ὁ Θεοδόσιος βαρυνόμενος τὸ δημόσιον ἔλεγε τῇ πρὸς τὰ ἱερὰ καὶ τὰς θυσίας δαπάνῃ, βέλεσθαί τε ταῦτα προσιέναι, εἴ τι τὸν περιπόλιον ἐπανόρθωσιν, καὶ ἄλλως τῆς τριακοντούτιδος χρείας πολλῶν δεομένης χρημάτων· τὰ δὲ ἀπὸ τῆς γερουσίας μὴ κατὰ θεσμὸν εἰσόντων πρόφασιν τὰ τελούμενα, μὴ δημοσίᾳ καὶ μεγαλοπρεπῶς, διὰ τοῦτό τε καὶ θυηπολικὰ θεσμὰ λήγειν, καὶ τὰ ἄλλων ὅσα τῆς πατρίου παραδόσεως ἦν ἐν ἀμελείᾳ κειμένων, ἡ Ρωμαίων ἐπικράτεια καὶ μέρος ἐλαττωθεῖσα, βαρβάρων οἰκητήριον γέγονε, καὶ τέλεον ἐκπεσοῦσα τῶν οἰκητόρων, εἰς τοῦτο κατίσχημάτος, ὥστε μηδὲ τοὺς τόπους ἐν οἷς γεγόνασιν αἱ πόλεις, ἐπιγινώσκειν.

Quum hoc modo res Theodosio Principi successissent, Romam ingressus Honorium filium Imperatorem declarat, Stelichone legionum in iis locis duce creato, & eodem filio suo tuto-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

tutore. Cæterum advocato Senatu, qui patritis avitisque ritibus inhærebat, nec adhuc permoveri poterat, ut iis adsentiretur quæ ad contemptum Deorum deflexerant; Orationem habuit, qua eos hortabatur, ut missum facerent errorem, (sic enim adpellabat) quem hactenus sequuti fuissent, & Christianorum fidem amplecterentur; quæ liberationem ab omni delicto, & impietate polliceatur. Sed quum huic exhortationi nemo pareret, nec à patritis ritibus, quos inde usque ab origine urbis accepissent, discedere vellent, & his expertem rationis assensum præferre: (quum dicerent, illis observatis, se jam mille ducentis propemodum annis urbem invictam incoluisse; cum quibus si commutarent alia, quid eventurum esset, ignorarent,) tum verò Theodosius, fiscum sumptu gravari, qui in Sacra & hostias fieret; seque ista velle abolere dixit: qui neque probaret id quod ageretur; & alioqui sciret, penuriam militarem majores pecunias poscere. Quum Senatus respondisset, non rite fieri sacrificia, nisi de publico fierent impensæ; nihiloque minus ob hæc Sacrorum lex abolita cessarit, aliaque neglecta jaceant quæcunque à majoribus tradita fuerunt, deminutum particulatim Romanum Imperium, Barbarorum domicilium factum est; aut potius incolis prorsus amissis, ad eam redactum est formam, ut ne loca quidem in quibus urbes sitæ fuerunt, adgnoscantur.

Non tamen, uti dictum, Gentilismus eo tempore statim cessavit. Namque Ambrosius, dum contra Symmachum (qui pro Ara Victoriæ in Capitolio restituenda, quæ ab Imperatore Valentiniano inde summota erat, & pro Vestalium privilegiis nomine Senatus Romani intercedebat apud Impp. Valent. Theod. & Arcadium) Valentiniano, ne talia concedere velit suadet; hisce inter cætera utitur verbis: *Hujus aram strui in urbis Romæ Capitolio petunt, hoc est, quo plures conveniunt Christiani. Omnibus in templis aræ, ara etiam in templo Victo-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
366 F 33

Victoriarum, quando numero delectantur, sacrificia sua ubique concelebrant. Quid est nisi insultare fidei, unius aræ sacrificium vendicare? ferendumne istud ut Gentilis sacricet, & Christianus intersit? Hauriant omnes, inquit, hauriant vel inviti fumum oculis, symphoniam auribus, cinerem faucibus, thus naribus, & aversantium licet ora focis nostris favilla respergat. Non illis satis sunt lavacra, non porticus, non plateæ occupatæ simulacris. Cujusmodi simulacris Deorum Roma adhuc repleta erat, dum imperante Honorio ea ab Alarico obsideretur, ut testatur liquido Zosimus lib. 5. Historiarum hisce sequentibus:

Τὸ γὰρ ἐλλεῖπον ἀναπληρῶσαι μὲν τὸν κόσμον τοῖς ἀγάλμασιν ἔγνωσαν. ὅπερ ἄδεν ἕτερον ἦν, ἢ τὰ τελεσθεῖσι ἁγίαις καθιδρυθέντα, καὶ τὸν καθήκοντα κόσμον τυχόντα, διὰ τὸ φυλάξαι τῇ πόλει τὴν εὐδαιμονίαν ἀΐδιον, ἐλαττωθείσης πῃ τῆς τελετῆς, ἄψυχα εἶναι καὶ ἀνενέργητα. ἐπειδὴ πανταχόθεν ἔδει τὰ φέροντα πρὸς ἀπώλειαν τῆς πόλεως συνδραμεῖν, οὐκ ἀπεκόμησαν τὰ ἀγάλματα μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐχώνευσάν τινα τῶν ἐκ χρυσοῦ καὶ ἀργύρου πεποιημένων. ὧν ἦν καὶ τὸ τῆς ἀνδρείας, ἣν καλοῦσι Ρωμαῖοι οὐιρτύτεμ. ὅπερ διαφθαρέντος, ὅσα τῆς ἀνδρείας, ἣν ἡ ἀρετῆς πρὸς Ρωμαίοις ἀπέσβη, τοῦτο τοῖς τὰ θεῖα ἐν τοῖς πατρίοις ἀγιστείαις ἐχολακόσιν, ἐξ ἐκείνου χρόνου προφητευόντων.

Nam quod deerat mundo supplere statuunt, quo erant exornata Deûm simulacra. Quod sanè nihil aliud erat, quam simulacra sacris ritibus atque ceremoniis dedicata, mundoque decenti exornata, propterea quod urbi felicitatem perpetuam conservassent; his ipsis cæremoniis nonnihil diminutis, esse inanima prorsus & inefficacia. Quòd denique cuncta quæ tenderent ad interitum urbis, undique concurrere oporteret, non ornamenta duntaxat sua simulacris ademerunt; verum etiam nonnulla ex auro & argento facta, conflarunt. Quorum erat in numero Fortitudinis quoque simulacrum, quam Romani Virtutem vocant, quo sanè aboli-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

to, quidquid fortitudinis atque virtutis apud Romanos superabat, extinctum fuit: id quod ex eo tempore futurum, homines rebus divinis & ritibus patriis exerciti, prædixerunt.

Hæc Zosimus pro more suo, Ethnico videlicet, atque indignatus eo, quod Deorum vetere cultu abolito paulatim, Dei veri, quem non agnoscebat, quia minimè cognoscebat, in ipsorum locum succederet.

In Ægypto autem, ut eo iterum revertamur, initio Imperii Theodosii Majoris quidem occlusa fuerant Idolorum templa; non tamen ulla per ipsum demolita: quod tandem procedente ipsius Imperio, Alexandriæ accidit, sub annum videlicet Salvatoris nostri 389. ad quem id quoque Baronius refert in Annalium suorum tomo 4. Hoc autem patet ex iis quæ Eunapius tradit in Vita Ædesii hisce verbis: *Nam vix adeo ex hâc vita migraverat, cum & cultus numinis apud Alexandriam & Serapidis delubrum disturbata dissipataque fuere. Non religio tantum sed universa fabrica, & omnia eum habuerunt exitum, quem Poëtarum fabulæ tribuunt Gigantum victoriæ: simile enim aliquid Canobicis templis accidit, imperante* THEODOSIO, *præfecto Prætorii Theophilo, piaculari homine, & Eurymedonte quopiam, qui*

LATE REX TUMIDOS INTER SÆVOSQUE GIGANTES
PRIMATUM TENUIT.

Enetio tum Urbi Præfecto Politico, & Romano Ægypti Legiones cum imperio obtinente. Qui omnes iras adversus saxa & lapicidas exaggerantes ea oppugnabant: & qui bellinerum rumorem quidem auditione sustinuissent, Serapidis ædem demoliti sunt, Templique donariis manus hostiliter injecerunt absque hoste & citra prælium victoriam adepti: Eo pacto

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
366 F 33

pacto cum ſimulacris ac donariis commiſſa ſtrenuè pugna, non devicere modo illa, verumetiam depeculati fuere; militariſque inter eos lex erat & teſſera, uti quod quiſque furto ſubduxerat, lateret occultum. Manſit tamen area ædis, quam aſportare nequiverunt, ob ſaxorum moles, quæ difficulter loco commoveri potuerant. At egregii illi viri & bellicoſi, confuſis turbatiſque rebus omnibus, debellaſſe ſe Deos incruentis quidem, ſed ab avaritiæ crimine non impuris manibus gloriabantur; Sacrilegium & impietatis crimen laudi ſibi aſſumentes.

Iidem poſtea in ſacra loca invexerunt Monachos ſic dictos, homines quidem ſpecie, ſed vitam turpem porcorum more exigentes, qui in propatulo infinita atque infanda ſcelera committebant, quibus tamen pietatis pars videbatur, ſacri loci reverentiam proculcare: Nam ea tempeſtate quivis atram veſtem indutus, quique in publico ſordido habitu ſpectari non abnuebat, is tyrannicam obtinebat auctoritatem. In eam virtutis opinionem venerat id genus hominum, de quibus etiam dictum eſt in univerſæ hiſtoriæ commentariis. Illi ipſi Monachos Canobi collocarunt ut pro Diis, qui animo cernuntur, ſervos & quidem flagitioſos, divinis honoribus percolerent, hominum mentibus ad cultum ceremoniaſque obligatis. Ii namque condita ac ſalita eorum capita, qui ob ſcelerum multitudinem ab judicibus extremo ſupplicio fuerant affecti, pro Divis oſtentabant: iis genua ſubmittebant; eos in Deorum numerum receptabant, ad illorum ſepulcra pulvere ſordibuſque conſpurcati: In his nonnulli Martyres, Diaconi alii & Legati Arbitrique precum apud Deos nominabantur: cum fuerint Servitia infida & flagris peſſime ſubacta, & qui cicatrices ſcelerum, ac nequitiæ veſtigia corporibus circumferrent. Ejuſmodi tamen Deos fert tellus. Huc uſque verſio Doctiſſ. Hadriani Junii. Græca verba ſunt:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

οὐ γὰρ ἔφθανεν ἐκεῖνος ἐξ ἀνθρώπων ἐξιών, ἢ ἥ τε θεραπεία τοῦ καθ' Ἀλεξάνδρειαν, καὶ τὸ Σεραπεῖον ἱερὸν διεχεδάννυτο, οὐχ ἡ θεραπεία μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ οἰκοδομήματα· καὶ πάντα ἐγίνετο καθάπερ ἐν ποιητικοῖς μύθοις τῶν γιγάντων κεκρατηκότων· καὶ τὰ μὲν τοῦ Κάνωβον ἱερὰ τοιοῦτο τέλος ἔσχον, Θεοδοσίου μὲν τότε βασιλεύοντος, Θεοφίλου δὲ τοῦ θεοσεβοῦντος, τοῦ ἐναγῶν ἀνθρώπων τινὸς Εὐρυμέδοντος,

Ὃς ποθ' ὑπερθύμοισι γιγάντεσσιν βασίλευεν.

Εὐετίης δὲ τῷ πολιτικῷ ἄρχοντος· Ῥωμαῖοι δὲ τοὺς καθ' Αἴγυπτον τραπώτας πεπτωκότας· οἵπερ ἅμα φαρέτραις καὶ λίθων καὶ λιθοξόων ὑμὸν ὅπλοις ταῦτα ἀλλόμενοι, πολέμου μὲν μήτε ἀκροῦ ὑφιστάμενοι, τοῦ τε Σεραπείου καταλυμήναντος, καὶ τοῖς ἀναθήμασιν ἐπολέμησαν, ἄναντας γόνασιν καὶ ἄμαχον νίκῃ νικήσαντος. τοῖς γὰρ ἀνδριάσι καὶ ἀναθήμασιν εἰς τοσόνδε γυναικῶς ἐμαχήσαντο, ὥστε μόνον ἐνίκων αὐτά, ἀλλὰ καὶ ἔκλεπτον· καὶ τάξις οὐ τοῖς πολεμικὴ τὸ ὑφελόμενον λαθεῖν. τοῦδε Σεραπίδος μόνον τὸ ἔδαφος οὐχ ὑφείλοντο, διὰ τὸ βάρος τῶν λίθων· ἃ γὰρ ἦσαν ἀμετακίνητοι· συγχέαντες δὲ ἅπαντα καὶ ταράξαντες, οἱ πολεμικώτατοι καὶ γυναῖοι, αἱ τὰς χεῖρας ἀναιμάκτους μόνον, οὐκ ἀφιλοχρημάτους δὲ παρεῖναντες, τάς τε θεὰς ἔφασαν νενικηκέναι· καὶ τὴν ἱεροσυλίαν καὶ τὴν ἀσέβειαν εἰς ἔπαινον σφῶν αὐτῶν καταλογίζοντο.

Εἶτα ἐπεισῆγον τοῖς ἱεροῖς τόποις τὰς καλυμμένας Μοναχάς, ἀνθρώπους μὲν κατὰ τὸ εἶδος, ὁ δὴ βίος αὐτοῖς συνῴδης, καὶ ἐς τὸ ἐμφανὲς ἔπαχόν τι καὶ ἐπῶδυν μυρία κακὰ καὶ ἄφερτα. ἀλλ' ὅμως τοῦτο μὲν δύσβατος ἐδόκει τὸ καταφρονεῖν ἅτε θεῖον· τυραννικὴν γὰρ εἶχεν ἐξουσίαν τότε πᾶς ἄνθρωπος, μέλαιναν φορῶν ἐσθῆτα, καὶ δημοσίᾳ βαλόμενος ἀσχημονεῖν. εἰς τοσοῦτον δὲ ἀρετῆς ἦλασε τὸ ἀνθρώπινον. ἀλλὰ μὲν τούτων μὲν ἐν τοῖς καθολικοῖς τῆς ἱστορίας συγγράμμασιν εἴρηται· τὰς δὲ Μοναχὰς τάσδε εἰς τὸν Κάνωβον, καθίδρυσαν, ἀντὶ τῶν νοητῶν θεῶν εἰς ἀνδραπόδων, θεραπείας καὶ ὑδρηχῶν, καταδήσαντες τὸ ἀνθρώπινον· ὀστέα γὰρ καὶ κεφαλὰς τῶν ὅπου πολλοῖς ἁμαρτήμασιν ἁλόντων σωρεύοντες, ἧς τὸ πολιτικὸν σκόλαξε δικαστήριον

ελον, θεὸς τε ἀνεδείκνυσαν, καὶ προσκαλινδᾶσθαί τοι . . . . . καὶ κρείττους ἀπελαμβάνον εἶναι μολυσμοῖς πρὸς τοῖς πάθοις. μάρτυρες γᾶν σκαλᾶσθαι καὶ Δαιμονιοί τινες, ἐπ' πρέσβεις τ αἰτήσεων πρὸς τ θεὸν ἀνδραποδα δεδαλυκότα κακῶς, ἐ μάστιξι καπηδεδαπανημένα· καὶ τὰς τ μοχθηρίας ἀτειλὰς ἐν τοῖς εἰδώλοις φέροντα· ἀλλ' ὅμως ἡ γῆ φέρει τάτους τὸς θεός.

Quantum hic ſpectamus odium, atque inde mendacia quanta in Chriſtianos conficta! quantumque odium in Monachos illorum temporum! Quamquam diffiteri non auſim, magnas Ethnicis datas occaſiones & cauſas calumniandi, per adoratas Sanctorum ac Martyrum reliquias: quæ ſæpe colebantur inter Chriſtianos zelo tam inconſiderato, ut inde acciderit (ſi, quod Sulpitius Severus in Vita Martini tradit, ſit credendum) pro Martyre fuiſſe cultum, eique aram erectam, qui Latro tantum fuerat & latrocinii pœnas morte luerat.

Certè cum reliquiis Martyrum admodum ſordide ſæpius actum fuiſſe ac planè irreligioſè; quinimò mercaturam cum iis exercitam, eaſque vulgo pretio divenditas, oſtendunt clare nobis Impp. Honorius & Theodoſius, in edicto quod exſtat Cod. Juſtin. lib. 1. tit. 2. hoc ſequenti modo:

Imperatores Honorius & Theodoſius A. A. NEMO MARTYRES DISTRAHAT, NEMO MERCETUR. *Datum Cal. Mar. N. P. & Euodio Conſſ.* 386.

Idem oſtendit quoque nobis Hieronymus; qui, in libello de opere Monachorum, ita loquitur: *Venditant membra Martyrum, ſi tamen Martyrum.* Unde non obſcurum, tales impias mercaturas ut plurimum exercitas per Monachos, atque ejuſdem farinæ homines. De quibus & ſequentia non diſſimulat idem Hieronymus (ibidem) *Callidiſſimus hoſtis tam multos Hypocritas ſub habitu Monachorum uſquequaque diſperſit.* Et in Epiſtola ad Ruſticum ait: *Aliquos Dæmonum contra ſe pugnantium portenta confingere, ut apud imperitos & vulgi homines Miraculum ſui faciant & inde lucra*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

sectentur. Et in Epist. ad Eustochium: *Sunt qui ciliciis vestiuntur & cucullis fabre factis: ut ad infantiam redeant, imitantur noctuas & bubones.*

Unde considerandum relinquo, an omnia falsa sint quæ de ipsis tradit hic Eunapius; uti & Zosimus, lib. 5. Historiarum: ubi Hypocriticam ipsorum describit avaritiam, liberalitatis in egenos obtentu:

Προτεθείσης ἢ κρίσεως, ὁρῶν ὁ Ἰωάννης οὐκ ἐξίσης αὐτῷ τὰ πράγματα προβαίνοντα ψήφῳ, τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἐκὼν ἀνεχώρει. ὅθ' ἢ πλήθος ὅπλοις τότε συλλαχθέν (ὢ γὰρ ὁ ἄνθρωπος ἄλογον ὄχλου ὑποταγὴν δεινὸς) θορύβου μὲν ἦν πλήρης ἡ πόλις, ἀπείληπτο ἢ ἡ τῶν Χριστιανῶν ἐκκλησία ὑπὸ τῶν λεγομένων μοναχῶν. ὅπου ἢ γέμουσι τοῖς κατὰ νόμον ἀπαγορεύσεσι, συσήματα ἢ πολυάνθρωπα κατὰ πόλεις καὶ κώμας πληροῦσιν ἀνθρώπων ἀχρήμων [καὶ] ὅτε πρὸς πόλεμον, ὅτε πρός ἄλλου τινὰ χρείαν ἀναγκαίαν τῇ πολιτείᾳ. πάλιν ὅτι πρεσβύτης ὁδῷ, μέχρι δὲ νῦν ἐξ ἐκείνου, τὸ πολυμερὲς τῆς ὠφελείας, πρόφασιν δὲ μεταδιδόναι πάντων πτωχοῖς, πάντων (ὡς εἰπεῖν) πτωχὸς καταστήσαντες ὅτου ἢ τὰς ἐκκλησίας ἀπολαβόντες, ἐκώλυον τὰ πλήθη πρὸς συνήθειαν δίκαις πρεσβείαν. πρὸς ὁ δυσχεραίνοντες δημοτικοί τε ὁμοῦ καὶ στρατιῶται, τὴν τῶν μοναχῶν ἦτταν ἀνακτᾶσθαι θρασύτητα δόξαντος ἢ αὐτοῖς ὅπλα τοῦς συναγωνιστὰς, ἐχώρουν ἀνέδην, καὶ σὺν ὠδῇ μιᾷ κρότῳ πάντας ἀπέφαττον, ἕως τὴν μὲν ἐκκλησίαν ἐπλήρωσαν νεκρῶν, τοὺς ἢ ἀποδρᾶναι δυνάμενους, παλεκέντησαν ἅπαντας, ὅσοι φανερὰς ἔτυχον ἐσθῆσιν ἠμφιεσμένοι. οἷς συναπολέσθαι συμβὰς πολλοὺς, ἢ λιμῷ πένθος, ἢ λιμῷ τινα ἐπέφερεν ἐπιτάσσουσα ἐν ἰματίοις δυρεθέντας τοιούτοις Ἰωάννης ἢ, αὖθις ἐπανελθὼν, τὴν αὐτῶν ἐπεμελεῖτο, τοὺς ὁμοίους ἀνακινῶν ἐν τῇ πόλει θορύβους.

Disceptatione propositâ, quum videret Joannes haud æquo judicio causam suam tractari; Constantinopoli sponte suâ discessit. Ob eam rem perturbatâ plebe (quando vir hic imperitæ plebis animos admirabili quâdam arte sibi subjicere poterat) plena tumultus urbs erat; jamque adeo fuerat intercepta Christianorum Ecclesia AB IIS QUI MONACHI

NACHI *vocantur. Hi legitimis nuptiis abstinent, & tam in urbibus quam vicis populosa collegia complent hominibus non maritatis, nec ad bellum, nec ad alium reipublicæ necessarium usum idoneis. Nisi quod viâ quadam progressi, ab eo tempore, ad hunc usque diem, magnam agrorum partem ad se transtulerunt; & sub prætextu, quasi cum pauperibus omnia communicent; omnes propè dixerim, ad inopiam redegerunt. Hi quum Ecclesias occupassent, quo minus plebs ad consuetas preces accederet, prohibent. Quod ægrè ferentes tam plebei quam milites, ut Monachorum audacia retunderetur, petunt. Dato eis ad hoc signo plena cum licentia prodeunt, & nullo judicio cunctos jugulant: donec cadaveribus Ecclesiam implessent; & fuga dilapsos persecuti confixissent omnes, quicunque pullis induti vestibus erant. Quos inter perire plures contigit, qui vel luctus causâ, vel ob alium quendam casum hujusmodi vestitu reperti fuissent, &c.*

Quæ posteriora verba, quam valde etiam tunc temporis invisi essent vulgo hi Monachi, & ob quas causas, satis indicant.

Sanè & Monachos & Clericos plurimos illis temporibus sæpe non optimæ notæ homines fuisse, facillimè quis ex Scriptoribus Ecclesiasticis, Conciliis aliisque antiquitatis monumentis, deprehenderit.

Unicum quod, pro omnibus faciat, exemplum omittere nequeo [ut taceam de usuris per ipsos exercitis, de illicitis conversationibus, atque impudicitiis patratis cum Monachis fœminis, de commessationibus eorum, aliisque similibus flagitiis, de incantationibus, &c. quapropter in Concilio Laod. Canon 36. ita loquitur:

Quod non oporteat SACRIS OFFICIIS DEDITOS *vel Clericos, Magos aut incantatores existere, aut facere Phylacteria: quæ animarum suarum vincula comprobantur.*

tur. In Græcis eſt : "Οὐ δ' δεῖ ἱερᾶικὰς ἢ κληρικὰς, μαγὰς ἢ ἐπαοιδὰς εἶναι, ἢ μαθηματικὰς ἢ ἀστρολόγους, ἢ ποιεῖν τὰ λεγόμενα Φυλακτήρια· ἄπιστά ἐστι δεσμωτήρια τῶν ψυχῶν αὐτῶν· τοὺς ὃ φορᾶνλας ῥίπτειν ἐκ τῆς ἐκκλησίας ἐκελεύσαμεν.]

Notiſſimum eſt, Balnea apud Romanos & Græcos frequentiſſimo fuiſſe in uſu. Notum quoque ex Plutarcho & Dione Marcum Vipſanium Agrippam primum dediſſe populo Romano Balnea publica, atque iſta & Viris & Mulieribus communi uſui patuiſſe, multaque inde flagitia exorta : ſic ut Hadrianus Cæſar ea demum ſeparaverit. De cujus edicto Dio Caſſius ita loquitur : Ἀνέδην χωρὶς ἀλλήλων αὐτῶν. [viris & mulieribus] διέταξε ; *ut ab invicem diſcreti lavarentur, edicto ſanxit.*

Cum quo concordans Ælius Spartianus, in ipſius vita, ait : *Lavacra pro ſexibus ſeparavit.* Quod tamen edictum tam parum obtinuit, ut neceſſe fuerit renovari ſub Marco Aurelio Antonino : qui ſecundum Capitolinum (in Marci hujus vita,) *Lavacra mixta ſubmovit.* Cumque ea lex (ſaltem utcunque) ſervata fuiſſet uſque ad Heliogabalum, demum licentiæ frena laxata fuere, per hunc qui, ut Lampridius tradit, *Lavacrum publicum in ædibus Aulicis fecit, ſimul & palam populo exhibuit, ut* (vide probroſiſſimos mores hujus luxurioſæ belluæ,) *ex eo conditiones bene vaſatorum hominum colligeret.* Sed honor ſit caſtis auribus, ideóque reliqua non addam. *Alexander* vero *Severus*, uti Lampridius habet, *Balnea mixta Romæ exhiberi prohibuit : quod quidem jam antè prohibitum Heliogabalus fieri permiſerat.*

Nec hic tamen finem invenerunt hæc abominanda ac deteſtanda Balnea ; ſed, (quò tendebam) etiam diu pòſt Chriſtiani fœdas tales ſpurcitias exercuerunt. Ut non ſolum ex Conſtitutionibus Apoſtolicis, ita nominatis, patet, ſed & ex Can. 30. Concil. Laod. qui ita habet. (NB.) *Quod non oporteat*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

teat ſacris Officiis deditos, aut Cericos, aut Continentes, vel omnem Laicum Chriſtianum lavacra cum mulieribus celebrare: quia (NB.) *hæc apud Gentes reprehenſio prima eſt.*

Credidiſſetne aliquis, talia flagitia etiam locum habuiſſe inter Chriſtianos Laicos? Et tamen Clerici nonnulli, (forſan & multi numero, ſi non plurimi) *ſacriſque Officiis dediti*, ac *Monachi*, etiam talibus nefariis lotionibus omniſque obſcœnitatis lenociniis ac magiſtris, cum mulieribus, (quàm pudicis cogitare poſſis) communicabant. Atque hinc inter cauſas juſti repudii, ac maritis conceſſi ab Imperatoribus Chriſtianis, etiam hæc erat (uti patet ex Novella CXVII. cap 8) *Si cum viris extraneis nolente marito convivatur, aut cum eis lavat.*

Per *Continentes* autem (vel ut eſt in Græco ἀσκητὰς) hîc intelligi *Monachos* clarius multò eſt quam quod explicatione, multò minus demonſtratione ullâ indigeat.

Etenim ita ſolere hanc appellationem uſurpare ſcriptores Eccleſiaſticos, jam alii ſatis ſuperque docuerunt.

Porrò quam diu duraverint hi, Ethnicis quoque abominabiles abuſus ac fœditates inter Chriſtianos, docet nos Canon 78. Concilii Trullani: "Οὐ δεῖ ἱερατικὸὺς ἢ κληρικοὺς ἢ ἀσκητὰς ἐν βαλανείῳ μετὰ γυναικῶν λούεσθαι, μηδὲ πάντα ζηλωτὸν ἢ λαϊκὸν· αὕτη γὰρ πρώτη καταγνωσις τοῖς ἔθνεσιν εἰδέ τις ὅτι τοῦτο φωραθείη, εἰ μὲν κληρικὸς εἴη, καθαιρείσθω· εἰ δὲ λαϊκὸς, ἀφορίζέσθω.

Non mirum igitur quod Ethnicus ille atque hoſtis acerrimus Chriſtianæ religionis, adeóque & Chriſtianorum, talia exagitaverit, eoſque ἰώδη βίον vixiſſe dixerit. Cum ſanè & ſordibus & immunditie, præterea ſcaterent ſæpe hi Monachi, non tam pietatis ſtudio, quam ambitione, atque hypocriſi: Quæ ſi ullibi, inter eos locum habebat.

Hieronymus certè de Hilarione teſtatur, ut de viro humillimo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

ac pietatis pleno, quod ſaccum quo ſemel fuerat indutus, nunquam laverit, ac ſuperfluum eſſe dixerit, munditias in cilicio quærere: neque alteram tunicam mutaverit niſi prior penitus ſciſſa eſſet.

Sed Eunapius, Rutilius, horumque ſimiles hæc minimè talibus laudi ducebant, cum Rutilius ille canat:

Infelix putat illuvie cæleſtia paſci
Seque premit ſævis ſævior ipſe Deis.

Nec Philoſophi Gentiles, à quibus Pallium Philoſophicum atque ejuſmodi ſordes ἀσκητῶν Chriſtiani mutuaverant, ob hæc benè audiebant inter ſuos: cum ut plurimum talia veſtimenta iſtis revera eſſent Hypocriſeos tegumenta.

Quod verò obiter notandum puto, in Verſione Hadriani Junii, eſt quod Theophilum nominet, vel ut melius dicam, vertat, *Præfectum Prætorii*, ubi Græca verba ſunt: θεοφίλᾳ ᾧ προσελήντῳ, quæ rectè vertuntur, *Ducem ſe præbente Theophilo.* Quid illi viro, Græcæ linguæ aliàs peritiſſimo, hîc in mentem venerit neſcio. Credo tamen hoc ex incogitantia natum, atque ἁμάρτημα in ipſo fuiſſe μνημονικὸν. Quod tamen illuſtriſſimum Baronium correxiſſe oportuerat; qui in eandem incidit foveam; cum optimè ſciret ex Hiſtoricis Eccleſiaſticis, hunc Theophilum *non* fuiſſe *Præfectum Prætorii*, *ſed Epiſcopum Alexandrinum*: de quo non ſoli Hiſtorici Eccleſiaſtici, ſed Zoſimus lib. 5. Hiſtoriarum, teſtantur fuiſſe eum quaſi ſigniferum ac primum aggreſſorem, ſaltem incentorem. Zoſimi verba ſunt:

Τότε δὲ μὴ τὴν Ἰωάννου καὶ τῶν ἄλλων ἐπάνοδον εἰς τὴν κατ' αὐτὸν δυσμένειαν ἐμφανῶς ἐξανέφη. πρόφασιν δὲ πάντα κατ' ἐξουσίαν, ἐκίνει τὰς παλαίχοθεν ἀπιστοπόρους πρὸς τὴν Ἰωάννου καθαίρεσιν ὧν ἦν πρῶτος ὁ κωμῳδῶν, ὁ τῆς Ἀλεξανδρείας τὸν ἐν Αἰγύπτῳ Θεόφιλος, ὁ πρῶτος ἀρξάμενος τῆς καὶ τῶν ἱερῶν καὶ τῶν ἐξ αἰῶνος πατρίων ἀπιθανῆς.

In

In hoc quidem tempore, poſt Joannis aliorumque reditum, palam infeſto in eum animo eſſe cœpit. Quumque cuncta ex animi libidine gereret, omnium locorum Epiſcopos, ad dejiciendum loco ſuo Joannem concitat: inter quos PRIMUS ET SUMMUS *erat* ALEXANDRINÆ URBIS IN ÆGYPTO ANTISTES THEOPHILUS, *qui primus ſacra patritoſque ritus æternos, oppugnare cœpit.*

Hunc Theophilum Zoſimus aſſerit, Primum fuiſſe qui Ritus & Sacra Ethnica oppugnarit: ita ſcilicet, ut illa loca quæ ipſis ſacratiſſima erant demolitus ſit. Quod tamen non contigit antè annum ſalutis noſtræ 389.

Multa quidem Gentilium Templa deſtruxerant Chriſtiani jam à tempore Conſtantini Magni, præcipuè tamen in Aſia, Sardis alibique; ac præſertim talia in quibus, aut circa quæ, flagitia multa ſub prætextu religionis committebantur; uti illud Veneris Aphacitidis, de quo Euſebius lib. 3. de vita Conſtantini, ſimiliaque alia: ſed multa denuo reſtaurata fuere; quæ non niſi poſt Theodoſium, imò diu poſt aut denuo everſa aut in uſum Chriſtiani cultus converſa fuere: quod ulterius oſtendere minimè neceſſarium duco, cum ex præcedentibus ſatis clarè eluceſcat.

Talia autem flagitia Alexandriæ & Canopi commiſſa quotidie, induxiſſe Theophilum ut ſummo cum ardore ac zelo ea evertere niteretur, veriſimile quam maxime fit ex (Ruffino libro undecimo cap. 26.) imò ex ipſo Strabone: qui de hoc loco, ut de omnis petulantiæ, laſciviæ atque impudicitiæ ſcholâ, jam ſua ætate, loquitur, lib. 17. Geographiæ ſuæ, in hunc modum:

Canopus CXX. *ſtadiis diſtat ab Alexandria, terreſtri itinere: cognominis Canopi, qui Menelai gubernator fuerat, & ibi mortuus eſt. Habet Serapidis Templum religioſè cultum, ut etiam nobiliſſimi viri ei credant, & pro ſe vel pro aliis inſomnia ibi captent. Sunt qui curationes conſcri-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

bant: quidam virtutes editorum ibi Oraculorum. Sed ante omnia memorabilis est eorum turba, qui ad festivos conventus per fossam Alexandriâ descendunt. Nam singulis diebus ac noctibus navicularum plena est ea, viros ac mulieres vectantium, qui extremâ cum lasciviâ cantant ac tripudiant. Et in ipso Canopo diversoria habent fossæ imposita, ad hujusmodi levitatem atque oblectationes idonea.

Κάνωβός ἐστιν πόλις ἐν εἴκοσι ἑκαστὸν σταδίοις ἀπὸ Ἀλεξανδρείας πεζῇ ἰοῦσιν, ἐπώνυμος Κανώβου τοῦ Μενελάου κυβερνήτου, ἀποθανόντος αὐτόθι, ἔχουσα δὲ τοῦ Σεράπιδος ἱερὸν πολλῇ ἁγιστείᾳ τιμώμενον, καὶ θεραπείας σκῆπτρον, ὥστε καὶ τοὺς ἐλλογιμωτάτους ἄνδρας πεσδεῖν, καὶ ἐγκοιμᾶσθαι αὐτοὺς ὑπὲρ ἑαυτῶν ἢ ἑτέρων. Συγγράφουσι δέ τινες καὶ τὰς θεραπείας, ἄλλοι δὲ ἀρεταὶς τῶν ἐντοπίων λογίων. Ἀντὶ πάντων δ' ἐστὶν ὁ τῶν πανηγυρίζων ὄχλος, τὸ ἐκ τῆς Ἀλεξανδρείας καταίοντων τῇ διώρυγι πᾶσι γὰρ ἡμέρα καὶ πάση νυξὶ πληθὺς τῶν ἐν τοῖς πλοιαρίοις καταπλεόντων καὶ καταρχομένων ἀναίδην εἰς τὸ ἐκάστης ἀκολασίας, καὶ ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν· τῶν δ' ἐν αὐτῷ τῷ Κανώβῳ καταγωγὰς ἐχόντων, ὑποκειμένας τῇ διώρυγι ὑφυεῖς πρὸς τὴν τοιαύτην ἄνεσιν καὶ ῥᾳστώνην.

Paulò superius dixerat: *Prius tamen Eleusinem [navigatur] qui pagus est Alexandriæ, & Nicopoli proximus, in ipsâ Canopicâ fossa situs: Conclavia habet & loca, ubi Capyriis initiantur & viri & mulieres: quod est Canopicorum rituum ut protervitatis initium.*

Πρῶτον δὲ ὑπὸ τὴν Ἐλευσῖνα· ἔστι δ' αὕτη καταγὶς πλησίον τοῦ τε Ἀλεξανδρείας, καὶ τοῦ Νικοπόλεως ἐπ' αὐτῇ τῇ Κανωβικῇ διώρυγι κειμένη, ᾐθαῖος ἔχουσα καὶ ὑπόψεις τοῖς καταγίζειν βουλομένοις καὶ ἀνδράσι, καὶ γυναιξὶν, ἀρχή τις Κανωβίσμου, καὶ τοῦ ἐκεῖ λαμυρίας.

Hinc & Juvenalis μάλα πατριακῶς, ut in omnibus, de Canopo quasi longè modestiori urbe Roma esset:

Nupta

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Nupta Senatori comitata eſt Hippia ludum,
Ad Pharon, & Nilum, famoſaque mœnia Lagi,
Prodigia & mores urbis damnante Canopo.

Sed, ut redeamus in viam denuò, mi Lector, videmus ex talibus exemplis, quamdiu perduraverit publicus Ethniciſmi cultus. At quanto cum tumultu, quantiſque cum cædibus Chriſtianorum, hæc circa Alexandriam peracta fuerint, teſtantur abunde ſcriptores Eccleſiaſtici: quo te Lector, modo libeat, amando; ut inde perſpicias quam numero innumeri fuerint, adhuc iſtis temporibus, Idolorum cultores, in præcipuis Imperii urbibus, præter eos, qui in vicis, oppidis ac pagis habitantes, diutiuſque in prava illa ſuperſtitione perſiſtentes effecere, ut paganorum nomine ſecutis temporibus Ethnici ab ipſis denominati fuerint.

Maximum tamen ſuſtentaculum hujus pravæ religionis, publicique ipſius cultus, erant Magnates ac Proceres Romani Imperii, tam in Oriente quam in Occidente: ut quibus ſubnixi cæteri eo audacius peragebant ſua ſacra, iiſque exemplo majorum, firmiter inhærebant. Taleſque erant Viri qui aut Conſulares aut Conſules ſæpè, aut Rectores & Præſides provinciarum erant; aut magnis exercitibus ut duces præerant; aut præfecti urbis Romæ, aut Prætorio; aliave maximi ponderis munera obibant, atque ita clari quandoque militiâ, ac per eam benè meritis in Rempublicam, ipſoſque Imperatores; quique potentia atque auctoritate tantùm inter cæteros eminebant, ut Imperatores ipſorum beneficiis obſtricti, licet minimè ipſos amarent, vereri ac timere tamen deberent: (præſertim in tali Reipublicæ ſtatu, qualis fuit per annos quamplurimos, quum Legiones atque exercitus crearent Imperatores, Senatu etiam ipſo, licet ille in hiſce ſemper minimum momenti haberet, Ethniciſmum amplexante,) dum, dico, illi ſemper metuere deberent ne ab ipſis malè habiti atque of-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

fenſi, aut ipſi ſumerent Imperium, aut ad alios transferrent; cujus rei quotidiana illis ob oculos verſabantur exempla, (quæque notiſſima ſunt iis qui ſomnolento ſolum oculo legerunt iſtorum temporum Hiſtorias) ſic enim, ne altius aſcendamus, Julianus; ſic Theodoſio imperante Maximus; ſic poſtea Conſtantinus; ſic Eugenius; ſic alii, Imperium ſibi rapuerunt. Hinc in perpetuo metu atque anxietate verſabantur Imperatores, ne quis id ſibi faceret, quod aliis ipſi fecerant, quorum exempla Ammianus Marcellinus, Zoſimus, aliique nobis ſubminiſtrant in Conſtantio, in Valente, in aliis.

Quamobrem multa in talibus connivere debebant, multa ipſis permittere aut condonare; ne cum aut potentiam ipſorum vererentur, aut auxilio eorum in retinendo, tutandove Imperio contra hoſtes internos externoſve indigerent; exacerbatis animis aut invenirent aut quærerent cauſas ac prætextus, quibus malè mulctarent eos qui ipſis ita devincti erant, ut aut in totum aut pro parte eis deberent ſummum Imperium. Quam parum autem tales exercituum duces provinciarumve Rectores legionibus auxiliariiſque ſuffulti curarent edicta, liquido oſtendunt effecta iſtorum edictorum quæ in hanc rem per Conſtantinum Magnum, Theodoſ. Gratian. & Valent. A. A. A. Data ſunt; quippe quæ talia fuerunt, ut etiam anno 451. Impp. Valentinianus tertius & Martianus neceſſe habuerint, ut ſequenti hoc edicto Gentiliſmi cultum publicum in totum ſupprimerent.

Impp. Valent. & Mart. A. A. Palladio P. P.

Nemo venerandi adorandique animo delubra, quæ olim jam clauſa ſunt, reſeret. Abſit à ſeculo noſtro infandis execrandiſque ſimulacris honorem priſtinum reddi, redimiri ſertis templorum impios poſtes, profanos aris accendi ignes, adoleri in iiſdem thura, victimas cædi, pateris vina libari, & religionis loco exiſtimari ſacrilegium. Quiſquis autem contra hanc Serenitatis noſtræ ſanctionem, & contra inter-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

interdicta sanctissimarum veterum constitutionum, sacrificia exercere tentaverit, apud publicum judicem reus tanti facinoris legitime accusetur, & convictus proscriptionem omnium bonorum suorum, & ultimum supplicium subeat. Conscii criminis ac Ministri sacrificiorum eandem pœnam, quæ in illum fuerit irrogata, sustineant, ut hac legis nostræ severitate perterriti metu pœnæ DESINANT SACRIFICIA INTERDICTA CELEBRARE. *Quod si vir clarissimus Rector provinciæ post accusationem legitimam, & post crimen in cognitione convictum, tantum scelus dissimulaverit vindicare, L libras auri ipse Judex, L etiam Officium ejus confestim fisco nostro inferre cogatur. Dat. Prid. Id. Novemb. Martia. A. & Adelphio Conss. 451.*

Non mirum igitur temporibus isto superioribus talibus sustentatum fulcris mansisse Gentilismum. Cui rei confirmandæ facit historiola illa quam hunc in modum narrat Zosimus lib. 5. de Honorio.

Πολλὰ δὲ καὶ τὰς ἀρχὰς καὶ ἄλλα καινοτομήσας, καὶ τὰς μὲν πρότερον καταδικασθέντας ἐκβαλὼν, ἄλλοις δὲ τὰς ἀρχὰς ἀποδούς, ἔπεμψε Γενέριδον τὸν ἐν Δαλματίᾳ πάντων ἡγεμόνα, ὄντα στρατηγὸν καὶ τῶν ἄλλων, ὅσοι Παιονίαν τὴν πρὸς ἄνω, καὶ Νωρικὸς, καὶ Ῥαιτὸς ἐφύλαττον, καὶ ὅσοι αὐτῶν μέχρι τῆς Ἄλπεως. ὃς ἦν ὁ Γενέριδος βάρβαρος μὲν τὸ γένος, τὴν δὲ τρόπον εἰς πᾶν ἀρετῆς εἶδος εὖ πεφυκὼς, ἀξιεμάτων τε ἀδωρόπαστος, ἔτος, ἔτι τοῖς πατρῴοις ἐμμένων, καὶ τὴν εἰς θεὸς θρησκείας ἐκτῆναι οὐκ ἀνεχόμενος, ἐπειδὴ νόμος εἰσηχθη τοῖς οὐκ ὄσι Χριστιανοῖς ζώνην ἐν τοῖς βασιλείοις ἔχειν ἀπαγορεύων, τότε δὴ νόμῳ τεθέντος, ἀρχὴν ἐν τῇ Ῥώμῃ στρατιωτικῆς προεστὼς ὁ Γενέριδος, ἔμεινεν ἐπ' οἴκου, τὴν ζώνην ἀποθέμενος. ἐπεὶ δὲ ὁ βασιλεὺς, οἷα δὴ τοῖς ἄρχουσι συναριθμούμενον ἀπήτει στρατείαν καὶ τὴν οἰκείαν τάξιν εἰς τὰ βασίλεια, νόμον ἔφησεν εἶναι κωλύοντα ζώνην αὐτὸν ἔχειν, ἢ ὅλως τοῖς ἄρχουσι καταλέγεσθαι τὰς τὴν Χριστιανῶν μὴ πομένας θρησκείαν. δὲ ὁ βασιλέως εἰπόντος [ὡς] ὅτι μὴν τοῖς ἄλλοις ἅπασιν τὸν νόμον κρατεῖν, ἐπ' αὐτὸ δὲ οὐκ ἔτι, τοσοῦτον τῆς πολιτείας

στρα-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

περικινδυνεύσωσιν· τούτης δὲ ἀνέχεσθαι τὴν τιμὴν εἶπεν, εἰς ὕβριν πάντων φερούσης τὸ ὅσοι τὴν στρατείας λαβὼν τὸν νόμον διήμαρτον καὶ οὐκ ἄλλως ἀντελάβοιτο τῆς ἀρχῆς, ἕως ὁ βασιλεὺς αἰδοῖ τε ἅμα καὶ λύσσῃ σωφρόνων, ἔπαυσε δὴ πᾶσι τὸν νόμον, ἀποδὲς ἑκάτῳ, τῆς αὐτῆς οἴνῃ δόξης, ἄρχειν τε καὶ στρατεύεσθαι.

Quumque multa tum in creandis Magistratibus, tum aliis rebus innovasset, & ejectis iis qui prius cum potestate fuerant, aliis Magistratus traderet: Generidum quoque Dalmaticis militibus universis præfecit, eundemque cæterorum etiam, quicunque per Pannoniam superiorem & Noricos & Rhætos, & quidquid horum est usque ad Alpes, in præsidiis erant, ducem constituit. Atque hic Generidus, erat ille quidem Barbarus, sed indole ad quodvis genus virtutis præclarâ præditus, & alienissimus ab avaritiâ. Qui quum patritis ritibus adhuc inhæreret, nec à cultu Deûm se pateretur abduci; lex promulgata fuit, quæ in aulâ cingulo vetaret eos uti, qui Christiani non essent. Eâ lege lata Generidus, qui cum potestate militibus Romæ tum præerat, cingulo deposito, domi se continuit. Quum autem Princeps ab eo peteret, ut, quando Magistratuum in numero esset, ordine locoque suo ad palatium accederet: legem esse respondit, quæ cingulum habere se vetaret: aut inter Magistratus ulla ratione censeri qui religionem Christianam non venerarentur. Hoc ubi subjecisset Princeps, eam quidem legem ad alios quod attineret, ratam esse; sed ipsum illa non teneri, qui tantum pro republica discriminum adiisset; respondit se honorem illum non accipere, qui ad omnium tenderet injuriam, quotquot militiâ propter hanc legem spoliati fuissent. Nec munus suum obiit, donec Imperator pudore pariter & necessitate compulsus, legem hanc in omnibus irritam esse jussit: concesso cuivis ut opinionem suam retinens, & Magistratu fungeretur, & militaret.

Multos quoque inter hosce proceres fuisse procul dubio mihi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

hi est, qui nominetenus tantum Christiani (sive quod Ethnicismum animis ipsorum altè insidentem ob rationes Politicas occultarent, honoribusque ac muneribus acquirendis per hoc nomen ac publicam professionem; sive quod non ex tali causa sed avaritia, aut aliûs commodi emolumentive causa ducti) pecunia aliisve corrupti licentiam darent Ethnicis talia publicè exercendi, quæ Imperatorum parentes edictis summo studio prohibere debuerant.

Quod facilius ipsis quoque succedere potuit, sub Imperatoribus, qui aut Civilibus externisve bellis vel utrisque simul impliciti, aut immersi voluptatibus suis erant; aut qui non satis magno gustu atque inde Zelo Religionis Christianæ præditi, aut adulatoribus aulicis ex tali hominum genere pro parte saltem majori circumsessi (quo minus ad ipsorum notitiam perveniebant ea quæ intra Imperii ipsorum limites gererentur) proprias suas Leges vel omninò non, vel non satis magno cum vigore, exsequi curabant; eave quæ ab aliis benè cœpta fuerant, aut non rectè ac pro debito curabant, aut non satis fervide exsequebantur. Quod non semel contigisse ex iis, quæ superius attulimus, satis liquet. Ipsos vero Imperatores Christianos Gentilismo, illiusque cultus durationi, ansam aliquam dedisse, licet per edicta promulgata sacrificia cæterosque cultus publicos vetarent, non obscurum est, ex Titulo Pontificatus Maximi ac Stola Pontificali, quam (licet Religionem Christianam professi) à Pontificibus Ethnicis oblatam induebant; uti patet ex Zosimi historiarum libro quarto, ubi loquitur de morte Gratiani: Τᾶτο παραλαβόντες ἀφ' Ἑλλήνων Ῥωμαῖοι, τὰς πρώτας τῶν παρ' αὐτοῖς ἱερωσύνην ἔχοντες τάξιν, Πονλίφικας προσηγόρευσαν. οἷς συναριθμεῖσθαι τὰς βασιλέας, ἀφ' ὧν τὴν ἀξίας ὑπερέχον, ἐνομοθέτησαν. καὶ ἔτυχε τάτων Νομᾶς Πομπίλιος πρῶτος, ἓξ πάντες ἑξῆς, οἵ τε λεγόμενοι Ῥῆγες, καὶ μετ' ἐκείνους Ὀκταβιανός τε αὐτὸς, καὶ οἱ μετ' ἐκεῖνον τῶν Ῥωμαίων ἀναδεξάμενοι μοναρχίαν. ἅμα γὰρ τῷ παραλαβεῖν ἕκαστον τῶν τῆ ὅλων

ἀρχιῶ, ἡ ἱερατικὴ στολὴ πρῶτ τ Πονλιφίκων αὐτῷ προσφέρετο· καὶ πρῶτ' χρῆμα Πόνλιφιξ Μάξιμος ἀνεγράφετο ὅπερ ἐστὶν ἀρχιερεὺς μέγιστος. οἱ μὲν ἂν ἄλλοι πάντες αὐτοκράτορες, ἀσμενέστατα φαίνονται δεξάμενοι τὸ τιμιῶ, καὶ τῇ ἐπιγραφῇ χρησάμενοι ταύτῃ, καὶ δὴ καὶ Κωνσταντῖνος, ἐπεδὴ εἰς αὐτὸν ἦλθεν ἡ βασιλεία, καὶ ταῦτα τ ὀρθῆς ὁδὸ τ περὶ τὰ θεῖα τραπεὶς καὶ τῶν Χριστιανῶν ἐλόμενος πίστιν· καὶ μετ' ἐκεῖνον ἑξῆς οἱ ἄλλοι ἓ Οὐαλεντινιανός τε καὶ Οὐάλης. τ δ' Ποντιφίκων, κᾆ τὸ σώμασιν ἐσθῆτες προσαναγόντων Γρατιανῷ τῶν στολῶν, ἀπεσείσατο τὸν αἶτησιν, ἀθέμιτον εἶναι Χριστιανῷ τὸ σχῆμα νομίσας. τοῖς τε ἱερεῦσιν ὁ στολῆς ἀναδοθείσης, φασὶ τ πρῶτον ἐν αὐτοῖς τεταγμένον εἰπεῖν, εἰ μὴ βούλεται Πόντιφιξ ὁ βασιλεὺς ὀνομάζεσθαι, τάχιστα γενέσθαι Πόντιφιξ Μάξιμος.

Hoc à Græcis accepto, Romani eos qui Sacerdotum in Collegiis apud ipsos locum principem obtinerent, Pontifices appellarunt: simulque sanxerunt ut eorum in numero etiam Reges, propter dignitatis excellentiam, censerentur. Primus quidem Numa Pompilius hunc honorem adeptus est: omnesque deinceps qui Reges appellati sunt: ac post illos Octavianus ipse, quique post eum Romano in Imperio successerunt. Simul enim atque summum Imperium quisque consequebatur, amictus ei Sacerdotalis offerebatur à Pontificibus; & continuò Pontificis Maximi titulus ei tribuebatur. Ac cæteri quidem Principes universi lubentissimis animis hunc honorem accepisse, & hoc usi titulo videntur; adeôque Constantinus etiam potitus Imperio; licet is à recta sacris in rebus viâ deflexerit, & fidem Christianorum amplexus sit. Itemque post illum reliqui ordine secuti, & Valentinianus & Valens. Quum igitur Pontifices, ex more, talem Gratiano amictum detulissent, adversatus est id quod petebant; ratus non esse fas ejusmodi habitu Christianum uti. Quumque stola flaminibus reddita fuisset, ajunt eum qui dignitate princeps inter eos erat, dixisse: Si Princeps non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

non vult appellari Pontifex, admodum brevi Pontifex Maximus fiet.

Videmus hic ex verbis Zosimi Gratianum Aug. renuisse Stolam Pontificalem; At non videmus ipsum renuisse Titulum aut munus Pontificatus. Quod autem ipsi hæc Stola non oblata sit sub initium Imperii ejus, clare patet ex dicterio de Maximo; qui tantum se movere cœpit principatumque arripuit, postquam Theodosius Major ab ipso in Imperii societatem adscitus fuerat; imo anno eodem quo devicit atque interemit (per Andragatium) hunc Gratianum Augustum. Unde patet quidem, non pueris (forsan nec majoribus ætate, ante datam Romana in Urbe occasionem) illam fuisse oblatam; atque adeò interpretanda commodè esse hæc Zosimi de Gratiano verba. Sed ex inscriptionibus à Clarissimo J. Seldeno (viro quem nominasse solum laudasse est, quamvis nec mea, neque aliorum laudatione ullo modo indigeat) post alios quidem, sed appositissime in hanc rem, ab ipso allatis, apertum fit, & ipsum & Imperii ipsius socios, gestasse hinc titulum ac munus non sine Senatus consensu, ipsorumve Imperatorum beneplacito.

Si igitur talibus quoque inscriptionibus sit fides habenda, quales in singulari dissertatione, in qua de Vicario Pontificis Maximi, aliisque eo spectantibus ago, affero; quæque apud Gruterum, Seldenum, aliosque reperiunda sunt, non cum Gratiano hic titulus atque hoc jus Pontificatus Maximi in Cæsarum Christianorum personis desiit: sed diu adhuc obtinuit. Toto cœlo igitur errant qui sibi persuaderi patiuntur Gratianum, in gratiam Episcopi Romani, hunc titulum rejeciisse ut ibi clarius ostendetur. Nam sub hoc titulo etiam pro capite Ecclesiæ Christianæ sese gerebant (quod & revera erant ratione juris ac potestatis: nam munera Ecclesiastica plurima Clericis re-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

linquebant) Christiani Imperatores, uti clarum est ex Codice Theodos. Justiniano, Novellis, &c.

Videmus sanè ex hisce deceptum adhuc fuisse magnum illum Baronium ; neque satis sufficienter eum correxisse errorem, quem in notis ad Martyrologium se commisisse fatetur; dum in Annalibus ad annum 312. scribit *eo tempore desiisse pariter Christianos Imperatores Summi Pontificis* Titulum *& Stolam sumere : quorum* [addit] *primus (ut diximus) fuit Gratianus, quem imitatus est Theodosius.*

Non mirum igitur *adorationis* aliaque nomina ac titulos, ex Ethnicismo retenta, Imperatoribus quoque Christianis fuisse applicata ; quodque in marmoribus non tantum Constantino, sed & aliis sequentibus, *consecratis* tam sæpè legamus, *Devotus Numini Majestatique ejus*, cujusce rei unicum sufficiat exemplum hoc sequens.

IMPP. CAESS. $\overline{DD}$. $\overline{NN}$. INVICTISSMIS. PRINCIPIBVS. ARCADIO. ET HONORIO. VICTORIBVS. AC TRIVMFATORIBVS. SEMPER AV$\overline{GG}$. OB. INSTAVRATOS. VRBI. AETERNAE. MVROS, PORTAS. AC. TVRRES. IMMENSIS. RVDERIBVS EX SVGGESTIONE. V. C. ET. INLVSTRIS MILITIS. ET. MAGISTRI. VTRIVSQVE. MILITIAE. STILICHONIS. AD. PERPETVITATEM NOMINIS. EORVM. SIMVLACRA. CONSTITVIT CVRANTE FL. MACROBIO. LONGIANO V. C. PRAEF. VRBIS. D. N. M. Q. EORVM.

Ut autem non titulotenus sed & ipso facto fuere Pontifices Maximi Imperatores (quod alibi latius demonstrabo, ut

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

ut dixi) sic præter nomen illud Ethnicum retentum multa alia quoque ex Gentilismo retinebant.

Hinc nomina illa *Adorationis*, *Divi*, *Numinis* aliaque eis attributa non ab Ethnicis solum & Christianis, sed ab ipsis sibi assumpta.

Sic in Symmachi Epistolis non tantum, & Eutropio, sed & in Cod. Theodosiano, à Cæsaribus ipsis *Divi* vocantur *Jovianus*, *Valentinianus Magnus*, *Valens*, *Gratianus Valent. Junior Theodosius*, *Arcadius*, *Honorius*, *Theodosius Junior* & in Cod. Justiniani *Divus Placidius Valentinianus*, uti dudum notavit Onuphrius in *Civitate* suâ *Romanâ*.

Notabilis & illa inscriptio quæ apud Aldum, in libro de Orthographia in voce Cæcina, habetur, & apud Gruterum, pag. 287.

D. N. FL. ARCADIO
PIO. FELICI. VICTORI
AC. TRIVMFATORI
SEMPER. AVGVSTO
CAECINA. DECIVS. ALBINVS. V.C.
PRAEFECTVS. VRBI. VICE
SACRA. IVDICANS. DEVOTVS
NVMINI. MAIESTATIQVE. EIVS

Hinc Symmachus Theodosio & Arcadio lib. 10. Epist. 34. *Jam dudum me Divus genitor Numinis tui præcipuo honore dignatus est.*

Et Epist. 47. *Divo etiam parente Numinis tui Romana jura & fata moderante.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Et Epist. 58. Theodosio: *Erit jam Sacro-Sancti Numinis vestri, & illorum antiquare suffragia*, &c.

Epist. 21. Theodosio & Arcadio: *Exspectamus* Oraculum, *quo salutariter, ut* Vestro Numini *familiare est, patrum decreta firmetis.*

Et Epist 35. *Statui* Sacrum Numinis *vestri* Oraculum *sciscitari.*

Hæc pauca è permultis. At, dicat aliquis, hæc Ethnici Imperatoribus adulantis elogia Ethnica sunt. Audiamus igitur ipsos Imperatores Christianos de semetipsis ita loquentes. Ita enim Theodosius & Valent. Codicis Justin. lib. 1. Tit. 2. *C. Neminem ab Angariis*, loquuntur: *Cum ad felicissimam expeditionem* Nostri Numinis *omnium provinciarum per loca*, &c.

Et lib. I. tit. 2. *De navibus & embola; C. Jubemus*, habent: *Nec si* Coeleste *contra proferatur.* Oraculum, *sive annotatio sit* Divina, *pragmatica sanctio providentissimæ legis regulas excusare debet.*

Item lib. XII. tit. 58. *De Cohortalibus*, ita C. si quis ex grege. ita Honorius ac Theodosius: *Indultum nostræ majestatis* Oraculum *Amplissimæ tuæ sedi offerat allegandum.*

Imò eodem titulo, lege, *Quicunque charitas*, ita habetur: *Pœna proposita his, qui contra* Statuta Coelestia *crediderint suscipiendos aliquos.*

Nec ita mirum ipsos propiori ad Ethnicismum accedente ævo tali modo locutos fuisse; cum etiam, lib. VIII. tit. 49. *De Emancipationibus*, sic loquatur Imperator Anastasius: *Supplicationibus porrectis mereri super hoc* Divinum Oraculum.

Verum hæc similiaque eruditioribus non ignota sunt. Quapropter hîc finiam, ne nimis affectate, ac præter necessitatem,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

tem, exempla atque auctoritates copioſe congerere velle videar.

Videmus igitur ex hac poſteriori Diſſertatione, perduraſſe Ethnicorum χρησήια, uſque ad extirpatum penitus Gentiliſmum; ac fere quandiu ritus Ethnici perdurarunt. Qui ut ſenſim in urbibus (maxime majoribus) deleti ſunt: ſic tamen inter paganos [à quibus & illud nomen inter Chriſtianos, deſignandis illis qui Ethniciſmo extra urbes, in pagis, vicis, ac villis inhærebant, permanſit] ipſius reliquiæ diu permanſere: illiuſque veteris fermenti λείψανα, diu admodum, etiam inter ipſos Chriſtianos, retenta fuerunt: uti ex cap. IV. V. VI. & VII. Diſſertationis meæ de Divinationibus Idololatricis (uti & aliunde) clare patet.

CAPUT VII.

Catalogus χρησηλών, ſive Oraculorum, quæ cum ante, tum poſt Salvat. noſtrum Chriſtum natum vel exorta fuerunt, vel perdurarunt: quatenus id ex Scripteribus antiquis liquet.

UT autem lector meus faciliori labore perluſtrare queat, quot Oraculorum officinis (quas Operta Latini, χρησήρια commodius Græci, appellarunt) orbis terrarum jam olim repletus fuerit; catalogum illorum hîc brevem adornare volui; quem pene trecenta numero Oracula comprehendere reperiet.

Incipiam itaque ab *Opertis* Apollinis; ut quo nullus inter Gentilium Deos plura templa fatidica, aliaſque Oraculorum ſedes, unquam poſſedit, plurave Oraculorum Reſponſa reddidit: quamvis Æſchylus illa Jovi attribuere videatur. Is namque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

que in Tragœdia ἱερέαις, quæ Latina lingua *Sacerdotes* (ut Macrobii verbis utar) inſcribitur, ita loquitur:

Στέλλειν ὅπως τάχιστα. ταῦτα γὰρ πατὴρ
Ζεὺς ἐγκαθίζ λοξίᾳ ϑεσπίσματα.

Mittere quam ociſſime. Iſta namque pater
Jupiter immittit (ſeu ſuggerit) oblique reſpondenti
[Apollini] *Oracula.*

Et alibi:

πατρὸς θεσφήτης ἐστι λοξίας Διός,

Oblique reſpondens [Apollo] *Patris Jovis eſt propheta.*

Quique Harpia apud Virgilium libro tertio Æneidos:

Quæ Phœbo pater omnipotens, mihi Phœbus Apollo
Prædixit, vobis Furiarum ego maxima pando.

Verum ut ad Oracula ipſa, ac quidem aliquali ordine Alphabetico, progrediar; fuerunt iſta Oraculum Apollinis in Abis, ut teſtantur Heſychius, Pauſanias, Stephanus, Philoſtratus & Strabo.

—— in Ægis, in Cilicia; de quo alicubi Baſilius.
—— in Ægypto. videatur Herodotus lib. 1.
—— in Alpibus; Rufinus lib. X.
—— in Aphyte Pallenes, in Thracia. Strabo lib. 17.
—— Dini in Lycia, per piſces; Atheneus lib. 8.

Apollinis, porro, Archegetæ, apud Chalcidenſes. Thucid. lib. VI.

—— Bajani, in Italia, Capitolinus in Balbino.
—— Belis, ſeu Beleni, in Aquileia: Herodianus lib. 8.
—— Apud Branchidas, Mileſiorum: Macrobius, Strabo, & alii. Quod tamen poſtea fuit Apollinis Didymæi.

Actæi;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Actæi; (ſicut & Dianæ ſimul id fuit) ad Adraſteam : Strabo lib. 13.

—— ejuſdem (ut videtur) & in Zelea urbe : Strabo, ibid.

Carnei, in Laconibus. Pauſanias lib. 2.

Apollinis, apud Cærites in Etruria: Livius lib. 22.

Clarii apud Colophonios Max. Tyrius. Pauſanias, Ariſtides (de ſuo tempore,) alii.

Chomæi in Arcadia : Ammianus lib. 23.

(Per capras, Delphis : Strabo lib. 9.)

Corypei : Nicander in Theriaca: Μαντείας Κορυπαίου ἐθήκατο, καὶ θέμιν ἀνδρῶν.

Corinthi, apud Meſſenios. Pauſ. lib. 4.

Corythi, apud Tegeatas in Arcadia id. lib eod.

Cyrrhæi, in Cyrrha : Statius Theb. *Hæc Tenedon Cyrrhamque dies &c.* ad quæ Luctatius : *In Cyrrha tantum proſpera dabantur Oracula. Nam cui exitium immineba, taciturnitate templi damnabantur.*

Daphnæi, ad Antiochiam Syriæ ; notiſſimum.

Delphici, ſeu Pythii, nulli non veterum memoratum.

Delii in inſula Delo ; unde Lucanus:

Non tripodas Deli, non Pythia conſulit antra. vide & alios.

Didymæi, apud Branchidas (de quo tamen jam ſupra) Strabo lib. 9. 14. 17. item alii.

Apollinis Diradiotis, apud Argivos. Pauſanias in Corinthiacis.

Eutreſitæ : Stephanus in Eutreſi . . . . . ἀφ' ἧς Ἀπόλλων Εὐτρησίτης καὶ ἱερὸν αὐτοῦ, καὶ μαντεῖον ἐνδοξότατον

Gergythii, in Troade. unde & idem Stephanus : Γέργις πόλις τροίας . . . . . ἀφ' ἧς Γεργιθία ἡ χρησμολόγος Σιβύλλα, ἣν καὶ πεύκωλο ἐν τῷ νομίσματι τῶν γεργιθίων αὐτή τε καὶ ἡ σφὶγξ, ὡς φλέγων ἐν Ὀλυμπιάδων πρώτῃ· ἐν δὲ τῷ ἱερῷ τῷ Γεργιθίου Ἀπόλλωνος Σιβύλλης φασὶν εἶναι τάφον.

Grynæi, in Æolide : idem Stephanus, Strabo, alii.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Heliopolitani, in Syria ſeu Phœnicia. Lucianus de Dea Syria: Macrob. Saturn. lib. 1.

Hierei, ad Meandrum inter Phrygiam & Lydiam. Livius lib. 38. c. 12. 13.

—— ad Hyblam, in Sicilia; ubi & Galeotæ vates. Pauſanias lib. 5. Athenæus lib. 15.

Hyperborei, apud Agathyrſos: de quo Servius, ad lib. 4. Æneidos.

Hyſii, in Bœotia; ubi fons fatidicus. Pauſ. in Bœoticis.

Iſmenii, Thebis in Bœotia. Max. Tyrius. Herod. lib. 8. Pauſanias in Meſſeniacis.

Iſchnæi, in Macedonia. Heſychius.

Lycii, in Xantha: Max. Tyrius.

Myrinæi, ex piſcibus; in Troade, ſeu Polius Lycia (in fonte Curio. Ælianus Hiſtor. Anim. lib. 12. Plinius lib. 32. Athenæus lib. 8.

Apoll. Myricæi. Scholiaſtes Nicandri.

Myſtæ. Artemidorus lib. 2. ſub finem.

Orobii. quod Orobiæ tamen idem eſt cum Selenuntio; niſi Strabo (lib. X.) hic aliter explicandus ſit.

Oropæi, in confinio Atticæ ac Bœotiæ; ſive ad Oropum in Attica. (Strab. lib. 9.) ubi & in Pſaphi Amphiarai Oraculum fuit: & in Græa quoque.

Patarei. Mela lib 1. Servius, Ovidius, Herodotus.

Pythii: quod tamen idem cum Delphico.

Parnaſſæi: quod & forſan idem cum Pythio. quamvis plura ac ſibi admodum vicina cum ibi tum alibi fuerint ἀρχηγέλια: ſicut tam ex Cyrrhæo, quàm quidem & ex aliis in ſequentibus patebit.

Parnopii. Pauſanias in Atticis, plus ſemel.

Pergameni. Homerus Iliados V.

Ptoi, in Bœotia. Herodotus, Pauſ. Plut. Lycophron.

Phileſii. Arnobius lib. 1. Macrob. Saturnal. lib. 1. c. 17

Sar-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Sarpedonii, in Cilicia : ubi & Dianæ Sarpedoniæ Oraculum. Zosimus, Basilius de Thecla.

Selenuntii. quod tamen idem cum Orobiorum videtur. Strabo initio lib. X. Ac vide quæ suprà de Orobio dixi.

Apoll. Soractini: quod tamen non nisi in probanda facti (hujus illiusve veritate, &c. consistebat. Strabo lib. V. Virgilius lib. II. Servius, Plinius. Forsan & similis quasi Oraculi probatio fiebat in Castabalis, per fœminas Sacerdotes : de quibus idem Strabo, lib. XV. ubi plura de Magis, quibus Cappadocia abundabat, tradit.

Spondii, seu Spodii, Thebis. Pausanias in Bœoticis.

Sinopensis. Auctor χρησμαθίας ad Strabonem. Ἦν ἐν Σινώπῃ Ἀπόλλωνος μαντεῖον, ὅθεν Διογένης τ χρησμὸν ἔλαβεν, ἵνα παραχαράξῃ τὸ νόμισμα.

Sminthii, in Troade. Strabo lib. V. Macrobius lib. I. cap. 17. aliique.

Syrii. quòd tamen forsan Apoll. Heliopolitani in Syria.

Themenitidis, Syracusis. Suetonius in vita Tiberii, cap. 74.

Triopii. Herodotus lib. I.

Thymbræi. Servius (ad verba Virgilii hæc, *Da certam Thymbræe domum,*) *alii Thymbram locum in Delo Apollini consecratum volunt.* At vide ipsum Virgilium.

Apollinis Tegyræi, in Bœotia. Plutarchus, in Pelopida & alibi.

Telmessii, in Caria. Stephanus; item Plutarchus de Tranquill. animæ.

Thyrxæi, in Cyaneis ad fines Lyciæ. Pausanias in Achaicis.

Teneri; quod tamen idem forte, cum Ptoi montis. Lycophron.

Xanthi. Lucianus Bis accusato.

Jovis Ammonis, in Lybia. Curtius, Strabo, alii.

—— Beli, Apameæ in Babylonia. Xiphilinus Caracalla.

—— Beli, in urbe Babylone. Herodotus lib. I.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

—— Beli, in Ægypto. Herod. lib. I.
—— in Didymis Jovis ſimul ac Apollinis.
—— Dolicheni, apud J. Sponium, (in Miſcellaneis eruditæ antiquitatis) hoc modo:

DEO. DOLICHENIO
OCTA PATERNVS. EX. IVSSV. EIVS. PRO. SALVTE
SVA ET SVORVM.

—— Dodonæi: quod cunctis pene ſcriptoribus memoratum.
—— Fulgurantis, in Bœotia: Strabo, lib. 9.
—— Iſmenii, Thebis. Herodotus, Euterpe.
—— in Meroë. Herodotus lib. 2.
—— Nicephorei, prope Antiochiam. Spartianus, in Hadriano.
—— Olympii, in Elide: Strabo, Lucianus, Plutarchus, Herodotus.
—— Omolii, Thebis, Suidas.
—— Panomphæi; (quod forſan idem cum Olympio, quod Jovis Olympii Piſis, in Elide erat) Pauſ. Strabo . . .
—— Piſtoris, Lactantius, lib. 1.
—— Philii, prope Antiochiam. Euſebius & Rufinus, hiſt. Eccleſiaſtic.
—— Thebani in Ægypto. Herodotus, Euterpe.

Æſculapii, Ægis in Cilicia. Baſilius in Sanctam Theclam, lib. 2.
—— ad Apolloniam. Dion. Caſſius lib. 41.
—— in Alpibus Rufinus lib. X.
—— in Coo. Orig. contra Celſum, lib. ὡς γὰρ αὐτὸς ὠνόμαζεν Ἀσκληπιὸν ἐργετεῖν τε, καὶ τὰ μέλλοντα ὠφελέγειν, ὅλαις πόλεσιν ἀνακειμέναις αὐτῷ, οἷον τῇ Τελμησῇ, καὶ τῇ Ἐπιδαύρῳ, καὶ τῇ Κῷ, καὶ τῇ Περγάμῳ.

Oracula igitur quoque præterquam in Coo, reddebat

Æſcu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Æſculapius in Epidauro. Baſil. Orig. & Pauſ. in Corinthiacis.
—— Pergami. Orig. Baſil. Pauſ. Philoſtratus, lib. IV. cap. 3. Ariſtid. Or. Sacr. 4.
—— Romæ, in inſula Tiberina. Inſc. Grut.
—— in Trikka. Orig. contra Celſum.
—— ad Pœmenum in Myſia. Ariſtid. Orat. Sacr. 4.
Mercurii Acaceſii Pauſ. lib 8. Stephanus in Ἀλυχμῆ.
Agorei, Patris Achaicis. Pauſ. in Atticis.
Mercurii & Hecates, in Patris. Pauſ. 8.
Bacchi, Liberi, ſeu Dionyſii.
—— in Thracia, apud Satras. Herodotus, lib. 7.
—— ibidem, Libethriis. Pauſ. Bœoticis.
—— apud Liguræos (ibidem). Macrobius, Saturnal. lib. 1. cap. 18.
—— ad Hæmum. Eurip. Alceſtide.
—— ad Pangæum, Strabo lib. 7. Herod. lib. 7.
—— apud Amphiclenſes, Vates & Medicus per inſomnia. Pauſ. in Phocicis.
Ægoboli templum & Sacra, apud Thebanos. Pauſ. Bœoticis.
Martis, apud Satras. Herodotus Polymnia.
—— in Thracia (apud Aſiaticos). Herod. lib. eod.
—— in Maliera, ſive Tiora, apud Aborigines Dion. Halicarn. lib. 1.
—— in Ægypto. Herod. Euterpe.
Herculis, in Ægypto. Herod. lib. 2.
—— Athenis, in Cynoſargis. Suidas.
—— Buraici, in Achaia. Pauſ. — —
—— Gaditani. Mela, lib. 3. Silius, lib. 3. 13.
—— Tiburtini, prope Romam, Tiburi; cunctis notiſſimum.
Somnialis. apud Meſopotamenos in monte *Sambulos*: qui, *tempore ſtatuto per quietem, monet ſacerdotes*. Tacit. lib. Annalium 12.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Somnialis itidem Romæ, ſub titulo tamen *Victoris*, ab Octavio Herennio dedicatum. ad quod an non referendæ ſint ſequentes hîc inſcriptiones, videant eruditi.

Prima earum ſic occurrit apud Reineſium, claſſe X. num. 4.

V. F.
CVLTORES. HERCVLIS
SOMNIALIS. DECVRIA. I
DIS. MANIBVS. &c.

Secunda apud Sponium, in Miſcellaneis eruditæ antiquitatis, pag. 100. n°. LXIII. ita habet:

V. F.
CVLTORES. HERCVLIS
SOMNIALIS. IN victi . . . .
DIS. MANIBVS. SIBI. ET
POSTERISQVE. SVIS. II. QVI
INFRA. SCRIPTI. SVNT
Q. CAECILIVS. Q. GALLV
CELLANVS. T. FABIVS
L. ATILIVS
SEX. SCVTARIVS.

Herculem vero per inſomnia Reſponſa dediſſe, ſuaque adeo habuiſſe templa Fatidica, minus mirabuntur illi, qui obſervarunt & Iſidem, & Oſirim, & Serapim, & plures alios Deos (imo pene innumeros) per inſomnia Reſponſa Fatidica reddidiſſe. Id namque ex Pauſania, Tacito, Arriano, aliiſque pluribus abunde docemur.

Quid

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Quid quod illud non ſolum in ſtatuis Deorum, verum & in ipſis Ægypti filiis per Danaidas interemptis, ſuperſtitioſum vulgus locum habere voluerit? ſi veteri in Perſium Scholiaſtæ ſit fides habenda. Ita namque ille, ad verſus hos, Satyra ipſius ſecunda comprehenſos:

——— ——— ——— *nam fratres inter aënos,*
Somnia pituita qui purgatiſſima mittunt,
Præcipui ſunto, ſitque illis aurea barba,

hæc ſequentia habet: *Acron tradit, quod in porticu Apollinis Palatini fuerunt Danaidum effigies, & contra eos ſub divo totidem equeſtres filiorum Ægypti. Ex iis autem ſtatuis* QUÆDAM *dicebantur poſtulantibus per ſomnium dare Oracula.* Non quædam ſimpliciter: ſed, ut bene ad Perſium animadvertit magnus ille Caſaubonus, quædam inter illas magis vera ac bona, quam aliæ vel cæteræ.

De Dîs id tamen clarius patet. Unde toties ex viſu (id eſt apparitione vel ſimplici, vel, quod potius rear, adjuncto ſimul monitu aut juſſu) *aræ* ac ſtatuæ, atque alia quoque monumenta, Dis ſacrata fuerunt erecta aut ædificata. Ut, ex. gr. apud Gruterum, Pag. 2. num. 12. PRO. SALVTE &c. EX VISV DEAE. VALENTIAE. pag. 60. 2. VISV IVSSA POSVIT. vel ut pag. 70. 7. & 130. 11. VISV MONITVS. plurimiſque aliis inſcriptionibus ſimpliciter EX VISV.

Ad *juſſa* tamen & *monita* Deorum hæc ſequentia magis ſpectare videntur; quæ ex eodem Gruteriano Theſauro, ita habent, ex. gr. pag. 1015. 8.

SVM-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

SVMMANO. VISO. ADMONITA

. . . . . .

EX PRAECEPTO. &c.

102. SPEI. ARAM. SOMNIO. MONITVS

62. 9. SILVANO. SOMNIO. MONITA

80. 2. NEMESI. SOMNO. ADMONITVS. POSVIT

40. 6. DIANAE. IVSSV. IPSIVS

16. 5. I. O. M. IVSSA

12. 5. item 16. 12. EX. IVSSV. I. O. M.

64. 9. IMPERIO. DOMINI. SILVANI
ARAM. SILVANO. &c.

91. 2. MATRONIS. HAMAVEHIS
EX. IMPERIO. IPSARVM

82. 5. ISIDI. SACRVM. EX. MONITV. EIVS. &c.

—— ARAM. IOVI. FVLGVRATORI. EX
PRAECEPTO. DEORVM. MONTENSIVM.

Uti & apud Reinef. l. 10.

—— IMPERIO. VENERIS. FISICAE. I. O. M.

Sic quoque apud Græcos (Grut. XXI. no. 1. Rein. Cl. I. 113.]

ΚΑΤΑ ΚΕΛΕΥΣΙΝ ΘΕΟΥ &c.

uti & pag. XXI. 12. . . . .

ΔΙΙ ΠΑΤΡΙΩ
EX. ORACVLO.

& alibi,

ΘΕΑΙ ΔΙΝΔΥΜΕΝΑΙ
DEAE. DINDYMENAE
EX. ORACVLO

Cybeles nimirum, aut ſaltem Fanaticorum in ipſius Templo degentium.

Ac

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Ac poſtremo, pag. 88.7. (ne plura, præter neceſſitatem addam.)

ENDEVELLICO. SACRVM
EX. RELIGIONE
IVSSV. NVMINIS.

Quamvis autem aſſerere minime velim, omnia aut plurima *monita*, *juſſa* vel *Reſponſa*, hîc ex inſcriptionibus antiquis adducta, pro *monitis juſſis* ac *Reſponſis* ex ſtatis Oraculorum ſedibus (ſeu per *viſa*, ſeu per inſomnia, ſeu denique aliter) fuiſſe prolata; videre tamen, meo judicio, non obſcure queamus, non fruſtra de hoc Oraculorum genere tota volumina fuiſſe conſcripta. De quibus itaque Tertullianus, libro de Anima, in hunc modum loquitur: *Nam & Oraculis hoc* GENUS *ſtipatus eſt orbis. Ut Amphiarai apud Oropum, Amphilochi apud Mallum, Sarpedonis in Troade, Trophonii in Bœotia, Mopſi in Cilicia, Hermiones in Macedonia, Paſiphaæ in Laconica. Cætera cum ſuis originibus & ritibus & relatoribus, cum omni deinceps hiſtoria ſomniorum Hermippus Berytenſis quinione voluminum ſatiatiſſime exhibebit.*

Verum tempus eſt, redeamus denuo ad noſtrum Oraculorum catalogum, atque incipiamus à modò nominato Amphiarao. Erat igitur Oraculum Amphiarai, in Attica; teſtibus Herodoto, Pauſania, Strabone lib. 9. ac Philoſtrato.

Orac. ejuſdem & apud Oropios; de quo Tertullianus.
—— Auguſti Cæſaris, Romæ. Prudentio teſte. . . .
—— Amphilochi, in Mallo Ciliciæ, ut Pauſanias habet in Atticis, ac Lucianus. . . . .
—— Amphilyti: Ariſtide, in Oratione Sicula primâ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Antinoi, in urbe Antinoia. Hieronymo teſte.

—— ejuſdem Antinoi pluribus aliis in locis, ſicut & Hephæſtionis : de quibus ſtatim.

M. Antonini Cæſaris per inſomnia: apud Capitolinum.

Amphilochi in Ætolia. Ariſtides Orat. in Bacchum.

Apidis, in Ægypto habent Ælianus, Strabo, alii.

Apollonii Thyanæi. Juſtinus (vel qui ejus nomine abutitur) in Quæſtionibus ad Orthodoxos IV. 24.

Ariſtæi, in Bœotia. Gregor. Nazianz.

Autolici in Sinope. Strabo, libro 12.

—— in Averno, apud Cimmerios. Strabo, lib. 5.

—— ad Aornum Theſprotiæ. Pauſ. in Bœoticis.

—— in antro Citheronidum . . . . . .

Bacidis & Muſæi. Herod. Urania. Hoc tamen dubium.

Beleni. Herodianus, lib. 8.

Branchi. Lutatius, ad illa Statii; *Patrioque æquatus honore Branchus.* Terent. de Metris.

Bendidium, in Thracia, (Dianæ Oraculum.) Lucianus.

Beſæ Dei, ad Abydum Thebaidis. Amm. Marcellinus, lib. 19.

Cabirorum, in Bœotia. Herod. lib. 3. Athanaſius de Incarnatione.

Carmeli Dei. Tacitus Hiſtor. lib. II.

Calchantis, in Drio, Dauniæ in Italia. Strabo lib. 6.

Cœleſtis Virginis, in Africa. Tert. Apul. Auguſtinus; (qui lib. 2. de Civ. Dei: *Quam alii Venerem, quidam Junovem, alii Cererem eſſe volunt*) Capitol. in Pertinace.

Clitumni Dei, in Italia. Plinius lib. VIII. epiſt. 8.

Cenei, apud Getas (temporarium, ut ſic loquar) Strabo lib. 7.

Curetum Oraculum. Heliod. Bibliothecæ, lib. 3.

—— in Cilicia plurima Oracula. Plut. de Oracul. defectu.

Dianæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

—— Dianæ in Ægypto Herodotus, Euterpe.
—— Perſicæ in Caſtaballis Ciliciæ. Jamblich. ſect. 3. de Myſteriis.
—— Epheſiæ. Strabo, Lucianus.
—— Delphis (cum Apolline) Strabo . . . .
—— Sarpedoniæ, in Cilicia. Strab. lib. 14.
—— Deorum Subterraneorum, ſupra Meandrum. Pauſanias in Phocicis.
—— Draconteum, in Arcadia. In Hemerii fragmentis: quod ipſius tempore adhuc perdurabat.
—— Dormientium, ſeu per ſomnia, in Anariaca. Strabo lib. II.
—— Dearum Matronarum. Grut. Inſcr. pag. 91. n°. 2.
—— per Dracones, in Lavinio: ubi ſacer Junoni Argolidæ lucus. Ælian. Hiſt. Anim. lib. XI. c. 17.
—— per Dracones Apollini ſacros, in Epiro. ibid. & 2.
—— Drymachi. Athenæus. lib. 6.
Orac. Empedoclis, in Bœotia (in ſpecu.) Gregor. Nazianz.
—— Empedotimi, ibidem. teſte eodem; & Scholiaſte in Steliteutica.
—— Erynnium Oraculum. Herodotus lib. . . .
Orac. Fauni, in Italia. Virgilius, lib. 7.
—— per inſomnia. Tertullianus . . . . .
—— Fortunæ Prænestinæ, prope Romam. notiſſimum.
—— Antiatinæ (ſeu Fortunarum) itidem in Italia.
—— Fons veridicus Caſtaliæ, Delphis. Pauſanias, Sozomenus.
—— Caſſotis, ibidem. Pauſanias.
—— Caſtaliæ ad Daphnem Antiochiæ. Sozomenus, alii.
—— Veridicus ad ædem Cereris. Pauſ. in Achaicis.
—— in Bœotia. Pauſ. in Bœoticis. . . .
—— Aqua Cyanea, Thyrxei Apollinis: quod Oraculum tamen jam ſupra notatum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

—— Fons Limyræ, per piſces, (ad Limyram urbem). Plinius lib. XXXI. c. 2.

—— Veridicus, apud Oropios, prope Amphiarai Oraculum. Pauſ. in Atticis.

—— Fontes Tamarici, in Cantabria. Plin. XXXI. c. 1.

Orac. Gerionis, juxta Patavium. Suetonius . . .

—— Glauci, in Bœotia. Pauſ. in Bœoticis.

—— Glauci Delphis.

—— Glyconis Dei. Lucianus Pſeudomante.

—— Baalzebub, in Ekron, apud Iſraelitas Idololatras (inter quos forſan & alia fuere) 2 Regum c. 1.

Orac. Hecatis, in Patris . . . .

—— Hephæſtionis, multis in locis; ſicut & Oracula Antinoi.

—— Hermiones, in Macedonia. Tertullianus . . .

—— apud Hermutos, ex tauro. Macrob. lib. I. Saturn.

—— in Hypatis, Pauſ. in Eliacis.

—— Inûs (Ἴνυς) fanum & Oraculum in Laconica. Pauſ. in Laconicis.

—— Aqua fatidica. idem ibidem.

—— per ignem in Aſſyria (ſive in Ardibagenum regione) de quo ita Procopius libro I. Τὸ μέγα πυρεῖον ἐνταῦθά ἐϛιν, ὁ σέβονται Πέρσαι θεὸν μάλιϛα· ὃ δὲ τὸ πῦρ ἄσβεϛον φυλάϛοντες μάγοι, τά τε ἄλλα εἰς τὸ ἀκριβὲς ἐφοσιῶνται, καὶ μανθάνω εἰς τ' πραγμάτων τὸ μέγιϛον χρῶνται.

—— Aliud πυρεῖον, quod in India fuerit, deſcribitur à Benjamine Tudelenſi, in Itinerario: modo is circa iſtud fidem mereatur.

—— Iſidis. Grut. Inſcript. pag. LXXXII. 5. Juv. Sat. VI.

—— Tithoreæ, in Phocide, per inſomnia. Pauſ. in Phocicis.

—— Junonis Acceæ. Herodotus, lib. 8.

—— Acrææ, prope Corinthum. Strabo, Pauſ.

—— in Nyſa. Strabo, lib. 14.

Aqua

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

—— Aqua & Oraculum Cereris. Pauſ. in Achaicis.
Orac. Latonæ, in urbe Buti apud Ægyptios. Herod. Strabo.
—— Lacuna, in Apollinis Clarii ſpecu : cujus redduntur (teſte Plinio) mira Oracula bibentium breviore vitâ.
—— Laji. Herodotus. . . . .
—— Leucotheæ, apud Moſchos, in Colchide. Strabo, lib. II.
—— Luni Dei, in Carris. Strabo, lib. 12. Spartianus in Caracalla.
Orac. Machaonis, Gereniæ in Laconica. Pauſ. Lacon.
—— apud Meſſenios, ex tauro. Pauſ. in Meſſeniacis.
—— Memnonis in Ægypto. Tacitus, Lucianus, alii.
—— Minervæ, ibidem. Herodotus, Euterpe.
—— Minervæ Fatidicæ. Reineſii Inſcr. Claſſe. I. 128. Stephanus de Urbibus.
—— Mneſthei, in Hiſpania. Strabo lib. 3.
—— Montis Æthnæ. Pauſ. in Laconicis.
—— apud Moſchos, in Colchide : Herodotus. de quo tamen videndum, an non idem ſit cum Leucotheæ Deæ, an vero Phryxi.
—— Mycenis. Seneca Thyeſte. . . . *hinc orantibus Reſponſa dantur certa*, &c.
—— Mopſi in Cilicia ; de quo ita Lutatius ad Statium : *Mopſus Apollinis & Mantûs filius, Tereſiæ nepos, tanta augurandi gloria fuit, ut poſt mortem ei* TEMPLA *dicata ſint ; à quorum adytis ſæpe homines* RESPONSA *accipiunt.*
Orac. Neptuni, in Delphis. Pauſ. in Bœoticis.
—— in Calaurea. Pauſ. Corinth. & Phocicis.
—— Nemeſeon Smyrnenſium per inſomnia. Ariſtides. Orat. 4. Sacr.
—— in Narbaca, apud Hyrcanos. Strabo, lib. 17.
—— prope Neocæſaream, in Ponto. Greg. Nyſſenus.
—— Netonis, *(Tauri)* in Heliopoli. Macrob. Sat. lib. I.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

—— Noctis, in Attica. Pauſ. Atticis.
—— Nympharum Sphragitidum. Pauſ. in Bœoticis, Plutarchus in Ariſtide.
—— Nympharum in Antro Corycio . . . .
Orac. Orphei ad Hæmum. Sophocles Alceſtide, v. 967.
—— Orphei caput, in Lesbo. Philoſtratus, lib. IV. c. 4. item in Philoctete.
Orac. Panis, in Delphis Pauſ. Phocicis . . .
—— Cella, per inſomnia, in regione Corinthiaca. Pauſ. . . .
—— apud Piſas. Statius, lib. III. Thebaidos.
—— Panis Λυπηξὺς, in Arcadia . . .
—— Palicorum, in Sicilia. Macrobius Saturn. lib. V. Virg. lib. IX. Stephanus in παλικὴ.
—— Paſiphaæ, in Laconica. Tertullianus, Cicero, Plutarch.
—— Phryxi, in Colchide, in Mophica regione. Strabo, lib. II.
—— Plutonis, in Nyſa (uti & Junonis ſimul.) Strabo, lib. XIV.
—— Polemacritis (Machæonis filii) in Corinthiaca regione. Pauſ. Corinthiacis.
Orac. Rheſi. Euripides in Rheſo, v. 970. &c. vide & Bacchi ad Pangæum.
—— Rhetræ, apud Lacedæmonienſes. Plutarchus . . .
Orac. apud *Sagram*. Ælian. lib. XI. c. 10. Hiſtor. Anim.
—— Sarpedonis, in Troade. Tertullianus . . .
—— Serapidis. Alexandriæ, Tacitus, Arrianus, alii.
—— Serapidis Canobiticum. Strabo, lib. XVII.
—— Saturni, in Delphis. Pauſ. . . .
—— Saturni Alexandriæ. Flavus Joſephus, Ruffinus.
—— *Senæ*, in mari Britannico. Mela, lib. III. c. 6.
—— ad Scotuſam, in Theſſalia. Strabo, lib. IX.
—— ad Stygem, prope Cumas, in Italia. Strabo, lib. V.
—— Sphingis, in Ægypto. Pauſ. in Bœoticis.

Sibyl-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

—— Sibyllarum, apud Romanos; ſeu Libri Sibyllini.
—— Siriæ Deæ, Lucianus.
—— Sylvani. Grut. Inſcr. pag. 874.
—— Syrrhæ, inter Myra & Phella. Æl. lib. VIII. cap. Hiſt. Anim.
Orac. Terræ, ſeu Telluris, in Delphis. Pauſ. . . .
—— Ægiræ. Plinius, Pauſ. in Achaicis.
—— in Olympia, ſeu Piſis. Pauſ. Eliacis.
—— Themidis, in Delphis: *Cum regna Themis, tripodeſque teneret.*
—— in *Tenero*. Pindarus, Ode. 2. Ἴτω παρ' Μέλιαν, &c.
—— Tereſiæ, Orchomeni. Plutarchus, Pauſ. . .
—— Trophonii, in Lebadia. Pauſ. Plut. Ariſtoph. alii.
Orac. Veneris Aphacitidis (ſive in Aphaca.) Euſebius, Zoſimus, Zozomenus.
Ven. Gazenſis. Marcus, in vita S. Porphyrionis.
—— in monte Libano. Lucianus de Dea Syria.
—— Cœleſtis. Artemidorus. τὴν Ἀφροδίτην &c.
—— Paphiæ, in Cypro. Tacitus lib. 2. Hiſtor.
—— apud Vejentinos, in Italia. Livius.
Vaticani Dei, in agro Vaticano. Gellius, lib. 16. c. 17.
Ulyſſis. Tzetzes, ad Lycophr. ad verba, Μάντιν δὲ νεκρῶν Εὐρύτην, &c.
Zamolxeos (ſucceſſorumque ipſius) apud Getas. Strabo, lib. 7.

Hîc nimirum utcunque habemus iſtorum Oraculorum, quæ per terrarum orbem antiquis temporibus diſperſa, ad noſtram pervenere notitiam. Longe plura olim extitiſſe nullum dubium eſt: quod cum ex Hephæſtionis, Antinoi, Mopſi, aliorumque pluribus in locis ſimul ædificatis λεκανομάντεσι, tum ex aliis indiciis, Nemeſeos, Matronarum, Deorum Montenſium, aliorumque plurium ſatis clare apparet; præterquam quod ob plurimos veterum Scriptorum malignitate temporum, amiſſos, plurimorum quoque memoria interierit. Solus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

lus enim Hermippus (uti ſupra ex Tertulliano vidimus) quinque volumina illorum deſcriptionibus repleverat : ne quid de Porphyrio & aliis addam.

Si nunc quoque conſideremus, quot numero Oracula ſeu χρηστήρια, in unica quandoque vel Regione, vel Provincia, vel Regno, vel denique in eadem urbe aut vicinia ejus, fuerint, videbimus inter pluſquam ducenta ac quinquaginta, quorum memoria ex antiquis ſcriptoribus reſtat, in unica Peloponneſo, ultra vigintiquinque ; in parva illa Bœotia (in qua, teſte Plutarcho, antiquis temporibus, ipſumque antecedentibus, longe plura fuerant) ultra quindecim in, & circa Delphos, vel tempore vel locis diſtincta : ac plura etiam in Attica, in Cilicia, in Troade. (imo & ipſâ in Italia, ibique in & circa urbem Romam) ; in Caria, in Lycia, in Ionia, aliiſque mundi regionibus, ſibi admodum vicinis.

Nec dubito, ſi cuncta nobis à Scriptoribus Græcis, Latinis, aliiſque indicata ac deſcripta fuiſſent ac reſtarent Oracula, ſeu per inſomnia (quibus totus orbis, teſte Tertulliano, quondam ſtipatus erat) ſeu per verſus, aut verbis nulli metro incluſis, ſeu per nutus, ſeu per ſortes, ſeu per animalia bruta (boves, piſces &c.) ſeu per alia quæcunque tandem media vel inſtrumenta, millena numero illa fuiſſe, nos fore comperturos.

Ac quamquam Græciæ atque Aſiæ minoris populi circa iſta quammaxime inſaniiſſe videntur (forſan inde, quod ipſorum χρηστήρια curatius magis à ſcriptoribus memorentur:) attamen ſi quis itineris initium capiat à Gadibus, atque ita Africæ oram legens, per Ægyptum in Syriam ac Chaldæam tranſeat, hincque oram Ciliciæ percurrat, atque ita per Pamphiliam ac Lyciam, Cariam & Ioniam ad Troada penetret; atque inde iterum pergat trans Pontum (regionem,) & Galatiam, & Cappadociam, uſque in Colchida; hincque rurſus tranſeat per Cherſoneſum vicinaſque regiones in Thraciam ; inde porro in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

in Macedoniam ; atque ita proficiſcatur per Theſſaliam in Bœotiam, & in Atticam ; indeque pertendat in Peloponneſſam ; iſtaque peragrata, inde iterum redeat per Iſthmum in Phocida ; hincque per Epirum ac Theſprotiam, luſtret ſimul Illyricum, ex eoque ſolvens in Italiam, tranſeat ſimul Siciliam ; atque hac perluſtrata, rurſus per Italiam trans Alpes pertendat uſque in Britanniam (ne interjacentes regiones nominare neceſſe habeam) atque ita fere uſque ad ultima Thule ; ubique reperiet unum plurave hujus illiuſve Dei vel Deæ (ſi non & plurium ſimul) Oracula, illorumve Reſponſa æque ſuperſtitioſe petita, quam vafre ſuperſtitioſis reddita. Ne quid de cæteris mundi plagis loquar.

Hoc interim verum eſſe lectione comperio ; multa ſubinde Oracula interiiſſe, multa de novo fuiſſe exorta ; atque in una eademque regione, imo uno eodemque aliquando in loco [ex. gr. Delphis ; ubi nunc Telluris, aut Telluris ac Saturni ſimul, nunc Neptuni, nunc Panos, nunc Apollinis, quin & Apollinis ac Bacchi ſimul, extitiſſe perhibentur ; donec tandem ad unicum Apollinem devoluta ſint] id accidiſſe. Ex quibus quidem non omnia, ſicuti Delphico contigit, ſubſecutis temporibus, poſt bella, incendia, aliaſve ruinas, denuo inſtaurata fuerunt : poſtremiſque Gentiliſmi temporibus, eove ſaltem in interitum ruente (Chriſto Salvatore noſtro, jam per Evangelii lucem, Ethniciſmi tenebras magis magiſque diſcutiente) longe plura interciderunt. Ac quamvis alia ſubinde de novo exorirentur quædam, aliaque ex veteribus ruinis denuo repullularint, id tamen non ita crebro factum fuit, quam quidem antiquis temporibus ; quum neque Philoſophia, nec, ut tandem, Chriſtianiſmus verique Dei cultus hominum mentes veritatis radiis magis magiſque illuminarent, huicque Ethniciſmi fundamenta, cum illiſque pravas illas ſuperſtitiones ſenſim quidem, at penitus, in præcipuis Orbis partibus ſubrueret.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Quæ tamen minus perdurarunt videntur illa fuiſſe, quæ à Regibus ac Principibus (Alexandro, Adriano, aliiſve) deliciis ſuis, ne dicam catamitis, aliiſve (quantumvis in multis locis ſimul) exſtructa fuerant. Videnturque iſta ſponte ac brevi intercidiſſe, vel ſenſim exaruiſſe, quum jam adulatio in iſtos principes ceſſaret [quod & in illis Regibus ac Principibus locum habuit, quibus iſta ab aliis erecta conſtituta fuerant:] vel ſub ſecutis Cæſaribus, ad quos nihil illa pertinebant, ſumptus atque impenſæ non amplius contribuerentur: ſed contra etiam ad alia jam inſumerentur illa, quæ ipſorum cultui ac miniſteriis à dedicantibus, ſeu conſecrantibus deſtinata fuerant. Quibus denique & in cæteris Oraculis accedebant cauſæ in utraque mea Diſſertatione (imprimis vero priori) memoratæ: ob quas tandem exaruerunt, atque in totum interierunt.

De

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

De Statua Simoni Mago erecta.

SUMMARIUM.

1. *Baronii, Hammondi, & Spenceri opinio (contra Ciacconium,) de ſtatua Simoni Mago, ut prætenditur, erecta.* 2. *Juſtini Martyris de hac ſtatua aſſertio examinatur; uti & illa de Simoniana Secta.* 3. *Inſcriptio in inſula Tiberina reperta conſideratur; itaque occaſione de ſtatuis Romanorum nonnulla afferuntur.* 4. *De relationibus in numerum Deorum agitur.* 5. *An Juſtini teſtimonium hic valere debeat.* 6. *Examinatur Irenæi de hac ſtatua traditio.* 7. *Tertulliani,* 8. *Auguſtini,* 9. *Epiphanii.* 10. *Diſquiretur an credibile ſit, ei poſt mortem tam ignominioſam &c. ſtatuam fuiſſe, (ac quidem per tales ut perhibetur) erectam.* 11. *Quantula in æſtimatione fuerint Judæi ac Samaritani tempore Tiberii, Claudii &c. oſtenditur.* 12. *Hac data occaſione agitur de Chreſto Suetonii; quo, ſcilicet, impulſore Judæi tumultuaverint.*

INter alia, quæ per occaſionem primæ meæ Diſſertationi de Oraculis inſerueram, quæque adeo pleniorem merebantur tractationem, ſunt illa quæ de *Simonis Magi* ſtatua, Romæ ipſi ut Deo conſecrata à veteribus Scriptoribus traduntur; quæque huic ſecundæ editioni Appendicis vice potius annectere volui; ne nimis interrumpatur tractatio de Oraculis, per hæc, aliaque ipſi inſerta, Lectorque per illa, dum ipſum ἔργον legere ſtudet, per παράεργον detineatur, atque à recto tramite in devia nimis ducatur.

De hac igitur ſtatua non ſolus Sixtus Senenſis, aut Cæſar Baronius, inter Romanæ Eccleſiæ aſſeclas doctiſſimi viri; verum etiam Hammondus ac Spencerus (inter Reformatos

matos) ne alios quoque addam, ut de veriſſima hiſtoria locuti, eamque pro viribus tutati ſunt: ac quidem (ne quis id nimium miretur) auctoribus Juſtino Martyre, Irenæo, Tertulliano, Auguſtino aliiſque: quorum primi fere intra ſeculum aut ſeſquiſeculum, poſt hujus Simonis mortem ſcripſere. Præſertim ſi hiſtoria illa poſtremis Neronis temporibus, ſicut aliqui volunt, acciderit: imo ſi vel cum Baronio ſtatuæ iſtius dedicatio in 44 Jeſu Chriſti annum, adeoque ſub Imperatore Claudio, incidiſſe ſtatuatur.

Verum enimvero videamus, quid Baronius (ad quem hic potiſſimum provocant) quid Hammondus, quid denique Spencerus, hujus ſtatuæ patroni, pro illa adduxerint.

Baronius (ne omnia quæ adducit huc transferam, quod hæc, ut præcipua, ſuffecerint) primùm de ipſa *baſi* ac *titulo* SEMONI SANCO DEO &c. [ubi *Sancus* in *Sangus* mutat: quod & porrò facit: cum tamen id minime in inſcriptionibus compareat, atque alibi rariſſime occurrat, quod certe minus ingenuum] ita loquitur: *Præ ſe fert lapis ipſe baſin, ſuper quam ſtatua locata eſſet; nec enim cum valde anguſta ſit, capax fuiſſe videtur alicujus ſimulacri, humanæ ſtaturæ ſimilis.* At *Conſecratis* ſtatuæ non tripedaneæ, aut humana ſtatura minores; ſed Deorum pariles & humana ſtatura majores ponebantur.

Hanc baſin igitur (quamvis rationes iſtas non addit) non pro illa, quæ *Simoni Mago* poſita fuit agnoſcit: ac putat Juſtinum non tanta laboraſſe ablepſia, ut hîc ita decipi potuerit: quod ulterius his ſequentibus firmare nititur: *Quonam pacto, quæſo, in his Juſtinus decipi potuit, qui non tantum Gentilium Philoſophiæ, ſed & ipſorum Theologiæ eruditione, non leviter tinctus, vel mediocriter imbutus, ſed egregie excultus & apprimè eruditus fuerat: ut plane declarant ejus commentarii non modo ad Antoninum Pium, &*

& ad Senat. Rom. ſed ad Gentiles ipſos ſermo exhortationis ſcriptus.

Sed & quomodo idem ipſe non ea de Simone Mago plus certò, Romæ diu multumque verſatus explorata habuit, quæ non in angulo, vel coram ejus rei ignaris locutus eſt, ſed ad ipſum Romanum Imperatorem, nec non Romanum Senatum conſcripſit? vel quonam pacto tam aperte teſtatur à Senatu Populoque Romano Simonem Deum habitum, & ſtatua cohoneſtatum, cum hæc mox ſubdit: Quocirca ut ſacer quoque Senatus & populus unà vobiſcum poſtulata hæc noſtra cognoſcant, petimus, ut ſi quis inter eos doctrinis illius detineatur, vero cognito fraudem erroris effugere valeat; & ſtatuam ſi vultis abolete.

Hæc ipſe Juſtinus. Nunc vero dicant velim, qui ſuſpicantur eum de ſtatua Semonis Sangi [*Sancti* dicere debuit] *eſſe deceptum; nunquid inter duos fontes tantum, an in uno urbis loco ſimulacrum ejuſmodi viſebatur, cujus cultus & ſuperſtitio ab ipſis vero urbis cunabulis à Sabinis illata cum nomine creverat? Certe fuiſſe etiam in Quirinali ejuſdem idoli cultum, ſecunda quam poſuimus, inſcriptio demonſtrat* [eſt autem illa quam & ego ſecundo loco poſui.] *Quid enim Juſtinus, unum ab Imperatore petit abolendum, cum plura in Urbe eſſent ejuſdem idola, eodemque nomine, ſimulacra notata? Sic enim Romæ creverat ſuperſtitio, ut Dio* [*lib.* 60.] *de his Claudii temporibus agens, hæc dicat: Omnes jam ædes, omnia opera Statuarum & Donariorum eſſe plena.*

Quæ ad hæc notanda veniunt, in ipſo hujus rei examine notabuntur; nunc vero videamus, quid Doctiſſimus Hammondus (Diſſert. 1. cap. 9. de Epiſcoporum jure) dicat ubi ita de hac ſtatua loquitur: *Taceo notiſſimam, de* ÆDICULA [*an,*] *aut* STATUA *Romæ in Tiberi inter duos pontes conſtructa & Simoni Deo Sancto conſecrato, inſcripta, & hi-*

ſtoriam, Juſtini quidem, ut & aliorum fere omnium (Tertulliani imprimis & Irenæi) antiquiſſimorum Patrum teſtimoniis abunde firmatam. Quam tamen Petrus Ciacconius fretus marmorea cujuſdam ſtatuæ baſi, ad 1574. in inſula Tiberina refoſſa, & Semoni Sanco Deo Fidio ſacrata, convellandam putavit. Quaſi Juſtinus, homo externus, & Latinæ, inquit, linguæ non admodum peritus, ſic ſibi imponi paſſus fuerit, & caligantibus oculis SIMONEM *pro* SEMONE, DEUM SANCTUM, *pro* SANCO DEO, *pro* FIDIO *fallentem,* IMPERATORI *etiam* ROMANO *obtruſerit; qui, ſine dubio, compertiſſimi mendacii eum illico arguiſſet, nec eundem denique errorem Tertulliano quidem, homini quidem non externo, nec aut Civitatis aut linguæ Latinæ imperito, ut & aliis Romanæ Eccleſiæ ſcriptoribus errandum porrexiſſet. Multa ad Ciacconii ſententiam vellicandam dici poſſent, ſi iſtis vacaremus.*

Tertio nunc prodeat Spencerus, qui in commentario, ad Originem contra Celſum, hæc ſequentia habet:

Quærunt docti an illi [Simoni Mago] ſtatua cum hoc titulo erecta erat SIMONI DEO SANCTO. *Aſſerunt Juſtinus, Irenæus, Tertullianus, Euſebius, Theodoretus & alii quamplurimi. Cerda in dubio relinquit, in notis ad Tertulliani Apologeticum. NB. Ciacconius, in Opuſc. ante expoſitionem* COLUMNÆ TRAJANI, *negat: item Salmaſius, in notis ad Spartianum. Verum æquo lectori ſatisfactum erit ſi legat Illuſtriſſimum Baronium ad annum 44. n°. 55. 56. 57. 58. 59. &c. Clariſſ. Hammondum in Diſſert. I. c. 2. de jure Epiſcop. contra Blondellum. Multa, inquit, ad Ciacconii (addam ego Salmaſii) conjecturam vellicandam dici poſſunt, ſi iſtis vacaremus.*

Hoc certe voluiſſem: quod quia non fecit Spencerus, nec ulli hoc priores, meo quidem judicio; videamus, an non melius poſt lectam meam hanc diſſertatiunculam, à contraria

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

traria parte satisfactum erit; ac quidem æquis lectoribus.

Quæ Justinus de hac statua tradit sunt hæc sequentia:

καὶ γὰρ παρ' ὑμῖν, ὡς προέφαμεν, ἐν τῇ βασιλίδι Ρώμῃ ἐπὶ Κλαυδίου Καίσαρος γενόμενος ὁ Σίμων, καὶ τὴν ἱερὰν σύγκλητον, καὶ τὸν δῆμον Ρωμαίων εἰς τοσοῦτο κατεπλήξατο, ὡς Θεὸς νομισθῆναι, καὶ ἀνδριάντι ὡς τοὺς ἄλλους παρ' ὑμῖν τιμωμένους Θεούς, τιμηθῆναι· ὅθεν τήν τε ἱερὰν σύγκλητον, καὶ τὸν ὑμέτερον, συνεπιγώμονας ταύτης ὑμῶν, τῆς ἀξιώσεως παραλαβεῖν αἰτοῦμεν· ἵν' εἴ τις εἴη τοῖς ἀπ' ἐκείνου διδάγμασι, κατεχόμενος, ἀληθὲς μαθὼν, τὴν πλάνην φυγεῖν δυνηθῇ· καὶ τὸν ἀνδριάντα, εἰ βούλεσθε, καθαίρετε.

Nam apud vos prout diximus, sub Claudio Cæsare Simon fuit, & Sacrum Senatum populumque Romanum, eo perduxit stuporis ut Deus haberetur, & statua, velut alii quos colitis Dii, cohonestaretur. Quocirca ut Sacer quoque senatus, & populus una vobiscum postulata hæc nostra cognoscant petimus, ut si quis inter eos doctrinis illius detineatur, vero cognito fraudem erroris effugere valeat; & statuam, si vultis, abolete.

Quibus postremis verbis affirmat statuam, ipsius tempore adhuc stetisse erectam: ubinam vero ibi locorum, ac quali modo ac quam denique ob causam, jam dixerat his verbis: *In Imperiali urbe vestra Roma,* PROPTER MAGICAS *quas exhibuit* VIRTUTES *Deus habitus est, & statua apud vos veluti Deus honoratus. Quæ statua in amne Tiberi inter duos pontes est erecta, Latinam hanc habens inscriptionem,* SIMONI DEO SANCTO: *ac Samaritani prope omnes; & ex aliis quoque nationibus perpauci, illum quasi primum Deum esse confitentes adorant. Græca sonant.* Ὃς ἐπὶ Κλαυδίου Καίσαρος ἀφ' ὧν τὰ ἐνεργούμενα δαιμόνων πάσης δυνάμεις πείσας μαγικὰς ἐν τῇ πόλει ὑμῶν βασιλίδι Ρώμῃ, Θεὸς ἐνομίσθη, καὶ ἀνδριάντι [quod Deorum non est sed hominum] παρ' ὑμῶν ὡς Θεὸς ἐτύμητη [infarcta glossa habet insul-

insulse ὡς ἀνδριὰς ἀνεγέγραπται] ἐν τῷ Τίβερι ποταμῷ μεταξὺ τῶν δύο γεφυρῶν, ἔχων ἐπιγεγραφὴν Ῥωμαϊκὴν ταύτην, Σίμωνι θεῷ σάγκτῳ, καὶ σχεδὸν πάντες οἱ Σαμαρεῖς, ὀλίγοι δέ τινες καὶ ἐν ἄλλοις ἔθνεσιν, ὡς τὸν πρῶτον θεὸν ἐκεῖνον ὁμολογοῦντες, [ἐκεῖνον καὶ] προσκύνουσι.

Hactenus Justinus; cujus verba nunc perpendenda. In primo loco habet, *Senatum populumque Romanum eum pro Deo ut cæteros Romanorum Deos, habuisse; & statuam, uti Deo, posuisse.* Verum in secundo loco, illum *a S. P. Q. R.* PROPTER MAGICAS, *quas exhibuit Virtutes, Deum habuisse*, atque ex ista [Magicar. Virtutum] causa ipsi *statuam fuisse erectam*, cum inscriptione hac, *Simoni Deo Sancto.*

Addit, *prope omnes Samaritanos & ex aliis nationibus quoque per paucos, hunc Simonem adhuc suo* [Justini] *tempore ut Deum adorasse.* Attamen uti ex Actor. cap. 8. docemur, jam adveniente Philippo Evangelista, deseruerant hunc Simonem, Philippoque adhæserant unanimiter: ac, venientibus postea quoque Petro ac Joanne Apostolis, baptizabantur, ac Spiritum Sanctum (seu Sp. Sancti dona extraordinaria) accipiebant: quin & ipse Simon inter credentes Evangelio erat; seu potius, uti effectus docuit, ita simulabat. I nunc & quære, post integrum seculum, ac quod plus post Philippi & prædicationem excurrit, *Omnes prope Samaritanos* ipsum hunc Simonem, ut Deum adorantes. Eiconolatræ sive Idololatræ igitur erant Samaritani tempore hujus Justini; quod post Antiochi Epiphanis tempora (si tamen verum est, quod de isto ævo ipsis à Judæis Pharisaicis ipsorum infensissimis hostibus objicitur) nemo ipsorum, ac ne Josephus quidem, imputavit: cum post acceptum per Manassen Pentateuchum; Templumque in Geriezim monte exstructum, semper Legi Mosaicæ adhæserint.

Ac certe si Origeni fides habenda, ipsius tempore perpauci Simoniani jam per totum orbem (imò nullo pene numero) resta-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

restabant. Ita enim ille, libro I. contra Celsum: ἠθέλησε καὶ Σίμων ὁ Σαμαρεὺς μάγος τῇ μαγείᾳ ὠφελέας τινάς. καὶ τότε μεν ἠπάτησε. νυνὶ δὲ τὰς πάντας ἐν τῇ οἰκουμένῃ ἀκ ἔστι Σιμωνιανὰς εὑρεῖν ἐν ἀριθμῷ οἶμαι τριάκοντα καὶ πάχα τολείονας εἶπον τῶν ὄντων. εἰσὶ δὲ καὶ τῇ Παλαιστίνην σφόδρα ὀλάχιστοι. τὸ δὲ λοιπῆς οἰκουμένης ἀδαμοῦ τὸ ὄνομα αὐτοῦ, καθ' ὃν ἠθέλησε δόξαι καὶ ἑαυτὸν διασκεδάσαι. & libro sexto: Οὐδαμοῦ γὰρ τῆς οἰκουμένης Σιμωνιανοὶ· καὶ τοί γε ὑπὲρ τολείονας ὑπαγαγέας ὁ Σιμὼν τὸν καὶ τὸ θανάτου κίνδυνον, ὃν χριστιανοὶ αἱρεῖας ἐδιδάχθησαν, περιεῖλε τῶν μαθητῶν, ἐναδιαφορεῖν αὐτὰς διδάξας καὶ τὴν εἰδωλολατρείαν. ἀλλ' ἀδὲ τὴν ἀρχὴν Σιμωνιανοὶ ἐπεβουλεύθησαν. *Quin & Simon Samaritanus Magus per Magiam ſuam quoſdam decipere conatus, effectu non caruit ad tempus. Nunc autem in toto orbe, opinor, vix triginta Simonianos reperiri: ac fortaſſe ne tot quidem. Sunt enim in Palæſtina pauci admodum. in reliquo terrarum orbe nuſquam nomen eſt in iſta opinione, qua haberi voluit. & libro 6. Nunc nuſpiam gentium extant Simoniani; quamvis Simon, quo plures ſibi pararet diſcipulos, ſuſtulerit è ſua doctrina mortis periculum; quod Chriſtiani docebantur contemnere, dicens indifferentem rem eſſe Idololatriam. Imò nec ulla perſecutio contra Simonianos unquam exorta eſt.* Et tamen tam perpauci numero erant jam tempore Origenis.

Interim, tradente Juſtino, *Sacrum* (ut is loquitur) *Senatum, & populum Romanum, ita in ſtuporem perduxerat, ut Deus haberetur*, &c.

At quam parum hoc convenit cum hujus ipſius Juſtini verbis, *perpaucos in gentibus ipſum adoraſſe?* Et tamen, inter Gentes ac quidem Romæ (unde externæ Religiones, ne quidem omni vi ac molimine integre expellebantur: quod ex Iſidis Sacris aliiſque clare videmus) à tot tantiſque adoratur *Deus factus eſt, eique ut Deo ſtatua poſita.*

Verum hic audiendus quoque Tertullianus; qui cap. 5. Apol. *Vetus erat decretum, ne quis Deus ab Imperatore conſe-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

craretur, niſi à ſenatu probatus; ut Æmilius de Deo ſuo Alburno. Sic idem adverſus Marcionem cap. 18. *Alioquin ſi ſic homo Deum commentabitur, quomodo Romulus Conſum, & Tatius Cloacinam, & Hoſtilius Pavorem, & Metellus Alburnum, & quidam ante* [*NB*] *hoc tempus Antinoum, hoc alius licebit: nos Marcionem nauclerum novimus, non Regem, non Imperatorem.*

In primo loco, ſeu verbis primo adductis habemus nullum Deum apud Romanos factum (publice) niſi à Senatu probatum: ut ſic auctoritas publica ibi conſtaret. In verbis ſecundo loco adductis reperimus exempla publicæ conſecrationis (talia quæ in Acta publica, ſine dubio, relata fuerant;) quæ quoque ut rara admodum hîc recitantur. Nam Dii iſti ab aliis nationibus aſſumebantur, vel advocabantur, (ex. gr. Dea Peſſinuntia; imo ipſa Iſis; vel alii etiam, quos ex devictis urbibus aut gentibus ad ſe transferebant) nullo modo ibi (Romæ) conſecrabantur: quod de Junone, aliiſque pluribus Divinitatibus vel Numinibus, ex antiquis ſcriptoribus notum eſt.

Quod in hoc ſecundo loco, ſecundò indicatur, eſt, De Regibus atque Imperatoribus id quoque patere; imò & de deliciis ipſorum; quorum exemplum adfert Antinoum, his verbis: *Et quidam ante hoc tempus Antinoum.*

De nullis interim aliis in Deorum numerum receptis præterea loquitur, quam de Imperatoribus. Namque *Simonis* hujus *Magi* nulla ipſi mentio; ne quidem *Apollonii Tyanæi:* quem Ethnici nonnulli Salvatori noſtro Jeſu Chriſto æquiparare audebant: quemque ut etiam Oracula edentem perſonatus ille Juſtinus, in Quæſtionibus & Reſponſionibus in ſcenam producit: quum tamen & Pavorem & Cloacinam tanto antè tempore conſecratos adducat.

Perhibetur interim à Juſtino hanc Inſcriptionem conceptam fuiſſe his verbis, SIMONI SANCTO DEO. vel ſi mavis, ipſa verba Græca ΣΕ′ΜΟΝΙ ΔΕ′Ω ΣΑ′ΓΚΤΩ.

Ve-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Verum enim verò jam dudum alii eruditi oſtenderunt errorem Juſtini Martyris (qui Græcus erat) ortum ex mala lectione inſcriptionis iſtius quæ in Ara in inſula Tiberina detecta habetur hoc modo:

SEMONI
SANCO
DEO. FIDIO
SACRVM
COL. MVSSIANVS
QVINQVENNALIS
DECVR
BIDENTALIS
DONVM. DEDIT

item . . . .

SANCTO. SANCO
SEMONI. DEO. FIDIO
SACRVM. PECVNIA
SACERDOTVM
BIDENTALIVM
RECIPERATIS
VECTIGALIBVS

Sic apud Rein. l. 64.

SANCTISSIMO HERCULI &c.

ac. 65.

SANCTISSIMO DEO
PATRI
EX VOTO CONSUMMAVIT
JULIUS.
SECUNDUS FAONIUS.

Plura de hoc PATRE REATINO (namque Rheatinorum Deus & Patronus erat) ex inſcriptionibus adduci poſſent: ſed hæc modò allata ſuffecerint.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Quod vero attinet nomen illud *Sanctus*, id & Dîs & Heroibus & hominibus tribuebatur: nec ſolum Dîs Cœleſtibus, verum & Infernalibus. Namque ut *Jovi*, *Junoni*, *Apollini*, *Minervæ*, *Veneri*, *Lunæ* & *Mithræ* & *Soli* (qui pro uno eodemque numine veniunt) & *Fortunæ* tributum invenitur: ſic & *Bonæ Deæ* quæ eadem cum Proſerpina, idem quoque aſſignatur; præterquam *Cereri*, & *Sylvano* & *Genio* & aliis pluribus Dîs minorum Gentium; (imo & ipſis Aquis Albulis,) aut Heroibus, ut huic *Herculi*. Quin & etiam *Nemeſi Sanctiſſimæ*, & ipſi *Febri* (ut Dîs tamen Averuncis) aras ponebant; uti de febre id videmus hac ſequenti Inſcriptione, quæ apud Gruterum habetur.

FEBRI. DIVAE. FEBRI
SANCTAE. FEBRI. MAGNAE
CAMILLA. AMATA. PRO
FILIO. MALE. AFFECTO. P

De Hominibus idem id patet ex plurimis inſcriptionibus, aliiſque ſcriptoribus; ex quibus quoque patet illa quæ Baronius ex Dione Caſſio adfert, ſolum de hominibus eſſe intelligenda: uti ſtatim ex ipſo Dione patebit.

Interim notandum, non ſolis Regibus atque Imperatoribus, aliiſve ob bene geſtos magiſtratus, muneraque alia, aut etiam benefacta in Rempublicam; verum & Patronis hujus illiuſve Provinciæ, ordinis collegiive aut corporis; Literatis; ut Grammaticis, Poetis, Oratoribus, Medicis, Rhetoribus, Philoſophis, Jurisperitis; imo & Ludionibus, Hiſtrionibus ſc. Aurigatoribus aliiſque hujus farinæ: uti & fœminis, non ſolis matronis aut Virginibus, verum etiam ſcortis. ne quid de magis adhuc infamibus addam.

Videmus igitur, non de Dîs, tam ubique (& quidem de novo) conſecratis vel dedicatis, verum de hominibus loqui

Dio-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Dionem ubi libro LX. ait: Ἐπειδή τε ἡ πόλις εἰκόνων ἐπληρᾶτο, (ἐξῆν γὰρ ἀνέδην τοῖς βουλομένοις ἐν γραφῇ καὶ ἐν χαλκῷ λιθῷ τε δημοσιεύειν) τάς τε πλείστας αὐτῶν ἑτέρωσέ που μετήγαγε, καὶ εἰς τὸ ἔπειτα ἀπηγόρευσε, μηδενὶ ἰδιώτῃ, ᾧ ἂν μὴ ἡ βουλὴ ἐπιτρέψῃ, τοῦτο ποιεῖν ἐξεῖναι πλὴν εἴ τις ἔργον τι ὠκοδομηκὼς εἴη, ἢ καὶ κατασκευάσαιτο. *Quoniam verò urbs imaginibus replebatur (licebat enim omnibus qui vellent, pictura, ære, lapideque effigiem ſuam publicare) pleraſque earum loco motas alio tranſtulit (Claudius;) interdicto, ne quis in poſterum privatus injuſſu Senatus hoc ageret: niſi quis opus aliquod ædificaſſet aut refeciſſet.*

Scitum illud eſt Catonis dictum, apud Plutarchum (de Civili inſtitutione;) qui, cum jam, ſuo tempore, Urbs Roma ſignis ac ſtatuis referta eſſet, ſui ipſius nuſpiam ſiſti permiſit, *Malle, inquiens, cauſam, cur ſibi non ſteterit ſtatua, quam cur ſtet requiri.* ex quibus verbis, aliiſque ibi præcedentibus ac ſequentibus, clare patet, Plutarchum ibi de permagno numero ſtatuarum, quæ hominibus erectæ fuerant, loqui.

Quinimò temporibus Chriſtianis, cum jam ſub Theodorico Gothorum rege, ac poſt Theodoricum, cum jam Roma non amplius paganizaret; & jam A°. 410. poſt Chriſtum natum, (atque Honorii tempore) in obſidione Urbis, per Alaricum facta, ingens multitudo ſtatuarum quæ Dîs Deabuſque dedicatæ erant (quod Zoſimus maximè lamentatur) mœnibus à quaſſatione hoſtium reparandis, ruiniſque ipſorum replendis, ac denuo muniendis inſumpta eſſet, Urbsque adeo ſtatuis denudata videretur; atque inſuper per triduum direpta fuerit: (ne loquar de Totila ſub quo bis Roma capta fuit) iſtis, dico, temporibus Chriſtianis, adhuc perinſignis multitudo reſtabat.

Oſtendet hoc epiſtola ipſius libro 7. n°. 13., ſeu formula comitivæ Romanæ: quæ mihi digna videtur ut huc tota

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

transferatur: quod ex ista clarum fit, custodes publicos statuis quæ publice, sive in locis publicis positæ essent, fuisse, publica auctoritate appositos. Incipit autem illa hoc modo: *Si clausis domibus atque munitis insidiari solet nequissimum votum, quanto magis in Romana civitate videtur illici, qui in plateis pretiosum reperit, quod possit auferri? Nam quidam* POPULUS COPIOSISSIMUS STATUARUM, GREGES ETIAM ABUNDANTISSIMI EQUORUM, *tali sunt cautela servandi, quali cura videntur affixi. Ubi si esset humanis rebus ulla consideratio, Romanam pulchritudinem non vigiliæ, sed sola deberet reverentia custodire. Quid dicamus de Marmore, Metallis & arte pretiosa? quæ si vacet eripere, rara manus est quæ posset à talibus abstinere. Ubi sunt exposita, quæ facere potuerunt divitiæ generales, & labor mundi? Quem inter ista deceat esse negligentem? Quis in causa tali patitur esse venalis, quando gravissimum damnum potest fieri in pulchritudine singulari? Quare per indictionem illam Comitivæ Romanæ, cum privilegiis & justis commodis suis, tibi concedimus dignitatem. Ut fideli studio, magnoque nisu quæras improbas manus, & insidiantes aut privatorum fortunis, aut mœnibus, ad tuum facias venire judicium, & rei veritate discussa, congruam subeat de legibus ultionem. Quia juste tales persequitur publicus dolor, qui decorem Veterum fœdant, detruncatione membrorum: faciuntque illa in monumentis publicis, quæ debent pati. Officium tuum & milites consuetos, noctibus potius invigilare compelle; in die autem civitas seipsa custodit. Vigilans enim studio non indiget alieno. Furta quidem persuadent: sed tunc præsumptus facile capitur, cum justos minime supervenire sentitur. Statuæ nec in toto mutæ sunt: quando à furibus percussæ custodes videntur tinnitibus admonere. Proinde diligentiam tuam devotione laudabili sentiamus; ut cui nunc labo-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

laborioſos faſces injungimus, ſecuros honores poſtea conferamus.

Videmus hic ſtatuas non ſolis hominibus, verum & equis poſitas. Si quis vero dicat hos equos ſeu caballos non iſto honore, condecoratos, verum homines; ipſorumque honori trigas, quadrigas, equoque . . . dedicatos: conſideret exemplum Adriani Cæſaris, de quo, præter Spartianum, (qui teſtatur eum equos & canes ſic amaſſe, ut eis ſepulcra conſtitueret.) Dion Caſſius ita loquitur: τῆς δὲ αὖθις τὰς θήρας σπουδῆς αὐτοῦ καὶ ὁ Βορυσθένης ὁ ἵππος, ᾧ μάλιστα θηρῶν ἠρέσκετο, σημεῖόν ἐστιν. ἀποθανόντι γὰρ αὐτῷ καὶ τάφον κατεσκεύασε, καὶ στήλην ἔστησε, καὶ ἐπιγράμματα ἐπέγραψεν *Magno autem argumento eſt, eum ſtudio venandi delectatum fuiſſe, quod Boryſtheni equo, quo libenter in venationibus utebatur, mortuo monumentum ædificavit; erexitque columnam, adſcripto epigrammate.* Ex pluribus autem huic equo factis Inſcriptionibus, (ſeu mavis epigrammatis) unum adfert in notis ſuis ad Spartianum J. Caſaubonus; quod ibi legendum. De Canibus aliiſque animalibus, ipſiſque etiam lupis, id oſtendunt veterum monumenta.

Quam multæ verò ſtatuæ ſimul tum in Urbe Roma, tum in Provinciis, Urbibus, Municipiis, coloniis alibique non Cæſaribus tantum, ipſorumve Uxoribus ac liberis (etiam adoptivis; ſed & aliis illuſtribus viris Sejano ſimilibuſque imo & artificibus, quin & Pantomimis (ut Mneſtheri aliisque) nulli eruditorum ignotum eſt, aut eſſe poteſt: at Magis ut Magis illas fuiſſe poſitas (& quidem Romæ nedum & Templa) nullibi reperitur.

Ut autem ulterius aliquid reponam ad Argumenta Baronii, Hammondi, ac Spenceri: Si huic Simoni ut Deo, ac quidem Deo nunc primum conſecrato, Deorumque reliquorum in numerum relato, Ara ac Statua (ac quidem quod Hammondus ſat temere iis ſuperaddit, Templum quoque

vel

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

vel ſacellum) titulique poſitæ fuerint: quis quæſo ſuper iſta re detulit ad Senatum aut Cæſarem? Populuſne poſtulavit, ac Senatus permiſit; an verò petente Senatu id Cæſar conceſſit; cum nemo alias conſecraretur? ſicut id ex Tertulliano liquet.

De Claudio Cæſare quidem conſtat, eum modum dedicandis ſtatuis poſuiſſe: at nullibi patet, ipſum ullum novum Deum vel Heroa conſecraſſe; hominemve quempiam in Deorum numerum retuliſſe: niſi quod, (teſte Dione, lib. LX.) *Liviam immortalitati aſſeruit* (ſeu *indigitavit*) *dedicavitque ejus ſtatuam in Templo Auguſti, ac rem ſacram ei fieri à Veſtalibus mandavit, mulieresque per nomen ejus jurare juſſit. Hoſque honores ipſi tribuens, ipſe nihil præter nomina Imperii accepit. Quæ enim equeſtria certamina Kalendis Auguſti (qui eſt Natalis Claudii) exhibentur, inſtituta ſunt propterea, quod ea die Martis ædes conſecrata fuit. Uſus porrò in aliis quoque rebus eadem eſt moderatione; edixitque ne quis ipſum adoraret,* [προσκυνεῖν μηδὲ αὐτὸν] *neve quis ipſi ſacrificaret. Acclamationes crebras quoque iſtas & nimias inhibuit; imaginemque ſeu ſtatuam, unam modo argenteam & duas ex ære & lapide, initio ſibi decretas admiſit. Inutiles videlicet hos omnes ajebat ſumptus eſſe, ac magno damno, magnisque turbis urbi eos ſtare; quum omnes jam ædes, omnia opera ſtatuarum* [ἀνδριάντων Dio habet] *& donariorum eſſent plena.*

Quis jam animo concipere queat, id quod hic Claudius Cæſar in ſe ipſo renuit; ut ſcilicet ſibi vivo honores Divini tribuerentur: (quamvis Cajus ſe pro Deo haberi voluiſſet, Deorumque in morem adorari, ſupplicari &c.) quis, dico, cogitare queat, illum hoc huic Simoni, ac quidem Mago ac præſtigiatori conceſſiſſe, dum is adhuc viveret? Ipſumque non tantum ſtatua cohoneſtaſſe, verum & aris, & Templis & flamine, & thenſa in Circenſibus; & quæ ſacratis plura in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

in cultum ſive Heroicum, ſive Divium aliàs tribui ſolebant?

Certe Prudentius de Auguſto nobis talia lib. I. contra Symmachum [cui etiam Ara ac Statua ob merita in Rempublicam ex Senatus decreto poſita fuit] indicat, his verſibus:

Hunc morem veterum docili jam ætate ſecuta
Poſteritas, menſa atque Adytis, & flamine, & aris
Auguſtum coluit, vitulo placavit & agno.
Strato ad pulvinar jacuit, reſponſa popoſcit:
Teſtantur tituli, produnt conſulta Senatus,
Cæſareum Jovis ad ſpeciem ſtatuentia Templum.
Adjecere ſacrum, fieret quo Livia Juno, &c.

At, quamvis & vivo Auguſto, uti & Tiberio, Templa conſecrata fuerant, Cajuſque id ipſe ut fieret ſibi vivo, voluerat. Quis, quæſo, talia de Simone, aut vivo adhuc aut jam mortuo, præter Juſtinum, alioſve plane ſimilis credulitatis, memoravit? Nemo, certe, extra jam nominatos, aut qui ipſos nimis ſecure ſecuti fabulam hanc ulterius adornare voluerunt.

Videamus nunc, quæſo, quid Baronius de baſi iſta cum notiſſima illa Inſcriptione in inſula Tiberina reperta dicat: *Præfert lapis ipſis baſin ſuper quam Statua locata eſſet, ſed exigua: nec enim, cum valde anguſta ſit, capax fuiſſe videtur alicujus ſimulacri humanæ ſaturæ ſimilis.*

Rejicit igitur hanc Inſcriptionem, nec illa pro baſi Statuæ *Simoni Mago* dedicatæ agnoſcit: ac recte quidem (quamvis ſane non recte in illa *Sancus*, in *Sangum* mutet; quod *Sangus* nullibi in lapide hoc apparet.) Non enim fuit ſtatua Colloſſæa, aut alias major humana ſtatura; quod tales ac tanti ſolum Dis, aut Cæſaribus (præſertim jam in Deorum numerum relatis) ponerentur; cum quæ aliis hominibus, ob merita in Rempublicam vel aliis ex cauſis ponebantur humanæ ſaturæ magnitudine, nec majori, dedicarentur. Ac

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

fuit proculdubio ex earum numero quas Tripedales vocabant; adeoque non Dei per illam consecrati.

Recte quoque noster Baronius addit: *Quum nec nomen Imperatoris, nec Senatus (ut in cæteris) sed cujuspiam tantùm illius Collegii Sacerdotis Magistratu fungentis, donum illud offerentis, esset nomen expressum, aliquem hic non facile falli potuisse*: sed bene feciſſet si & simul addidisset: *Nisi aliquis fuisset extraneus atque advena.* Nam quod id de Justino Martyre dicat; nempe *nullam potuisse in Justini animum suspicionem ascendere, ut Simoni Mago in Deorum numerum recepto ea fuerit statua consecrata, cum ille etiam* (præterquam quod Philosophus ac Theologus esset) *Romæ diu multumque versatus talia explorata habuerit*; istud nulli bono fundamento innititur.

Unde enim habuit Baronius noster ipsiusque sequaces, *Justinum diu multumque Romæ versatum fuisse?* Quisnam ex veteribus id tradidit? Ac si diutius aliquanto ibi moratus fuit (namque aliquantisper ipsum Romæ degisse verum est: etiamsi quam diu id fuerit non liqueat) non liquet ipsum illa de Simone admodum diu post adventum suum eò scripsisse: quod si vel maxime verum, non tamen inde sequitur, eum circa talia decipi non potuisse. Contrarium enim habemus exemplum in hoc eodem viro circa prætensas cellulas, in Pharo Alexandriæ; quarum reliquias se ibi *vidisse* affirmat, deceptus Judaicis fabulis Judæorum Alexandrinorum.

Verum enimverò & hæc addenda sunt, nunquam aliquem Deum de novo confictum aut hominem in Deorum numerum relatum fuisse, quin eidem sic consecrato & Templum (vel Templa quandoque plura) & Aram, & Statuam & Sacerdotes & reliqua consecratis tribuenda, dedicata fuerint: imò & quandoque χρηστήρια, sive Oraculorum sedes; sicut ejusmodi exempla habemus in Hephæstione, in Augusto, in Antinoo.

Hoc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Hoc consideraſſe aliquatenus videtur Hammondus, qui hîc ÆDICULAM in Tiberi inter duos pontes constructam audacter (ne temere dicam) de suo superaddit; cum Justinus de sola Statua loquatur: qui certè de Templo cæterisque minime siluisset. Ac sanè si in hâc insula Tiberina tale Templum, (quod Deorum est) talisve Ædicula Simoni constructa fuisset; itane jam Justini tempore verisimile ullo modo est, id fuisse plane demolitum; nec Templi ruinas ibi restitasse; cum ipsa Dei statua ibi adhuc integer basi suæ insisteret?

An non oportebat quoque Sextum Rufum, ac P. Victorem, qui sub Imperio Valentiniani Majoris (qui anno 364. post Christum natum ad Imperium pervenit) ex instituto, accuratam Urbis Romæ, vicatim propemodum descriptionem fecere, ut quod tempus consumebat, ipsi literis renovarent, ullam hujus Templi (si unquam, ibi fuisset) mentionem feciſſe? aliumve aliquem ex antiquis scriptoribus ejus, quacunque demum data occasione meminisse?

Numerant quidem ibi Ædem *Jovis, Fauni,* & *Æsculapii:* sed de *Simonis Magi Templo* vel *Ædicula,* ipsis altum silentium.

Ut verò relictis Templo & Ædiculâ, redeamus ad Statuam huic *Simoni*, ut prætenditur, erectam; quam minimè verisimile id sit, exinde patet, quod istud aut ante ipsius mortem contingere ipsi debuerit, vel post mortem. Quod sub Claudio ei id non contigit, ex supra dictis satis clare elucescit. quod post volatum in aëra (ut prætenditur) ac casum & interitum talis honor ipsi habitus fuerit, cogitare sane ridiculum est: præsertim si hic audiamus (præter Arnobium lib. 2. & Augustinum de Sancto Petro & Paulo) Nicephorum ac Cedrenum, qui Baronio fide digni scriptores sunt: ac quorum primus in hunc modum de ipsius casu ac morte loquitur lib. 2. cap. 36. *Illo nempe jam humi illiso, & casu*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

mortuo, ibi ex populo, qui antea Simonem laudibus celebrarant, eum ſubito ita proſtratum videntes, palinodiam cantaſſe, & ingenti ac clara voce acclamaſſe, unum eſſe Magnum Deum, quem Petrus ac Paulus aperte ac clarè prædicarent, locumque in quo hæc Simonis ſtrages acciderat, [uſque in ipſius Nicephori hujus diem] Simonium vocari, &c.

Cedrenus verò poſt adducta quaſi Petri Apoſtoli verba, & caſum interitumque Simonis inde ſecutum, addit: Οὕτως ἡ πρώτη κατελύθη τῶν Σιμωνιανῶν αἵρεσις ἐν Ῥώμῃ, καὶ πλέον ἀβέσθη. Διὸ δὴ καὶ τὴν ἡμέραν ἐκείνου τοῦ Σαββάτου, ἐπίσημον ἄγουσι Ῥωμαῖοι. *Ita eo tempore Simoniana hæreſis everſa ac prorſus extincta eſt. Itaque etiam illius Sabbati diem Romani ſolennem agunt.*

Videmus ex talibus, mi Lector, quid de Illuſtriſſ. Baronii argumentis, quibus tantum deferunt Eruditiſſimi Hammondus ac Spencerus, cogitandum ſit. An verò etiam tam multa, uti perhibent, hi doctiſſimi viri, ad Ciaconii ac Salmaſii ſententiam vellicandam (quod vellicare tamen minime eſt ſolide refutare) dici poſſent; ex hiſce jam dictis, ac quæ adhuc infra adducentur, dijudicari poterit.

Porrò de Statua huic *Simoni* erecta loquitur etiam Irenæus: verum longe alio, nempe hoc ſequenti, modo: *Ita ut in ſtuporem cogeret multos hominum; quippe cum eſſet ſub Claudio Cæſare, à quo etiam* STATUA HONORATUS ESSE [NB.] DICITUR *propter Magiam. Hic igitur* A MULTIS *quaſi Deus glorificatus eſt*, &c.

Quæ hîc videmus multum ſane diverſa ſunt ab iis quæ nobis Juſtinus tradidit. 1. Eſt quod multos homines (ſive Samaritani illi eſſent; ſive alii) *in ſtuporem dederit.* 2. Quod à Claudio Cæſare *honoratus ſit Statua.* 3. Quod id fuerit ipſi factum propter Magiam. 4. Quod inde *à multis quaſi Deus eſſet, glorificatus ſit.*

Si

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Si autem multos homines dementavit, an ergo S. P. Q. Romanum, ac Cæsarem Claudium; quantumvis ille circa religiones se facile duci pateretur? Verum à multis quoque *quasi* Deus glorificatus est. Ergone à Senatu ac principe Deus consecratus? Adde jam quod, teste Irenæo, *statua honoratus dicatur*. qua loquendi formula noster Irenæus indicat, id se non pro certo tradere; sed rumorem, aut famam istam ipsius tempore fuisse vagatam: multoque minus aliquid de hac prætensa in Deum consecratione, memorat.

Et tamen hic noster Irenæus æque Romæ versatus fuit quam Justinus; ac si non eodem, certè fere eodem tempore: ubi sic æque requirere, rescire, ac propriis suis intueri oculis, potuit illa quæ Justinus Martyr nos de ista re tradit: nisi illa quæ adhuc Justini tempore (quod idem fuit, vel ad summum 25. annis posterius) in omnium versabantur oculis, jam Irenæi, ita plane evanuerint, ut tum saltem tenuis fama istius rei ad ipsius aures allapsa fuerit.

Quod interim quam maxime notandum venit est, Statuam hanc (ut dicebatur tempore Irenæi) ipsi positam fuisse *propter Magiam*. Quum tamen ex Romanis scriptoribus (Suetonio, Tacito, aliisque) constet, Magiam Romanis semper fuisse invisam atque damnatam. Solus Tacitus nobis id luculenter prodit exemplis. Ac jam à primis Reipublicæ initiis in legibus XII. tabularum, Magiæ, ejusque seu veri, seu prætensi effectus, damnata fuerant: temporibusque sequentibus, A°. nempe Urbis 721. & A°. 761. ab Augusto (ut Dio lib. 49. & 56. habet) ac Tiberio; ut apud Tacitum videmus, in exemplo Libonis Drusii quem sceleſtus ille Fermius Cato non solum ad Chaldæorum promissa, verum & ad *Magorum Sacra*, &c. impulerat, & *tentandas infernas umbras carminibus eliciendas*. Super qua re Patres vocabantur ad consultandum, ut super *re Magna & Atroci*; unde & damnatio secuta fuit.

Alterum (ex Tacito) exemplum habemus in filia Bareæ Sorani. *Acciderat ſane* [ipſius Taciti verbis hîc, ut pene ubique, libenter utor] *pietate Serviliæ (id nomen puellæ fuit) quæ caritate erga parentem, ſimul imprudentia ætatis, non tamen aliud conſultaverat, quam de incolumitate domus, & an placabilis Nero, an cognitio Senatus nihil atrox afferret. Igitur accita eſt in Senatum, ſteteruntque diverſi ante tribunal Conſulum*, &c.

Hæc quidem exempla ad Tiberii ac Neronis Imperia pertinent: ſequens verò ad Claudii: Nempe Lolliæ Paulinæ, apud Tacitum, lib. XII. Ita ut inde videamus, iſtis temporibus quibus hîc Simon perhibetur *honoratus*, ſive *conſecratus propter Magiam*, ſemper Magiam à Senatu Populoque Romano, uti & Cæſaribus (qui jam omnem vim Imperii in ſe traxerant) pro mortali crimine habitam ac damnatam fuiſſe.

Conſideremus nunc, mi Lector, cum, teſte Ulpiano Jurisconſulto, *non* ſolum *à temporibus antiquis* verum & *ſemper ſequentibus* tam ſevere damnata ſit; *ac ſæpiſſime & fere ab omnibus Principibus hujuſmodi ineptiis ſe immiſcere* [nedum talia conari] *interdictum ſit*; conſideremus, dico, quam parum probabile ſit *Simoni* huic *Mago*, ac quidem propter *Magiam*, iſta in *Urbe*, ubi non tantum *Magia* ac *Magi*, verum & iſti qui, ſive ex malignitate ſive ex imprudentia, eos conſuluerant, ſeveriſſime, ac quidem morte puniebantur, *Statuam* (ac quidem cum ejuſmodi Inſcriptione, qualis perhibetur) fuiſſe poſitam. Et tamen tam multi inter eruditos ipſum volunt, ob Magiam pro Deo habitum fuiſſe. qui certe hîc nihilo prudentiores noſtro Juſtino Martyre ſunt.

Qui tertius huc, ordine temporis, teſtis producitur eſt Tertullianus; qui Apologet. cap. 13. ait: *Cum Simonem Magum ſtatua & inſcriptione Sancti Dei inauguratis.* De quo Tertulliani teſtimonio ita loquitur Eruditiſſimus Jac. Pame-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Pamelius, in commentario ſuo: *Sicuti alia multa, ita etiam hoc eſt è Juſtini Martyris Apologia ſecunda deſumptum. Qui etiam* [NB.] *locus citatur ab Euſebio Eccleſ. Hiſt. l. 2. c. 13. ac Nicephori l. 2. c. 14. Sicut & Irenæi, ex libri 1. cap. 20. &c.*

Satis clarè videmus Tertullianum ſua de hoc Simone à Juſtino ſumpſiſſe; ſicut Euſebius ſua lib. 2. cap. 13. ex Juſtino & Irenæo: cum tamen nullibi indicet, iſtam ſtatuam ſuo tempore extitiſſe; aut ſaltem à Dedicationis ſuæ tempore, per aliquod annorum ſpatium duraſſe: multoque minus ad autopſiam provocet.

Prodeat tandem huc quoque Aur. Auguſtinus qui, A°. 430. poſt Chriſtum natum denatus eſt (quum Tertullianus jam A°. 215. Martyrio vitam finierat) ac pene 400. annos poſt Simonem Magum. Hic igitur Auguſtinus nobis plures ſtatuas affert: Imagines, ſcilicet, ſeu Simulacra tam Helenes, quam ipſius Simonis, eaque publica auctoritate poſita.

Verba ipſius, ſunt hæc, ad Quodvult Dum Epiſcopum, de Hereſi prima: *Jovem ſe credi volebat, Minervam vero Meretricem quandam Selenem, quam ſibi ſociam Sceleris fecerat; imagineſque & ſui & ejuſdem Meretricis diſcipulis ſuis præbebat adorandas, quas* [NB] *& Romæ* TANQUAM DEORUM SIMULACRA, *auctoritate publica conſtituerat.*

Hic igitur duas ſtatuas habemus: ſed non ex decreto Cæſaris Senatus poſitas. Ipſe enim ſibi ac Selenæ eas, teſtante Auguſtino, poſuit. Nemo certe ſibi ſtatuam (ſive ob Dignitates, ſive ob Merita,) in loco quocunque demum publico erigere poterat niſi ex permiſſu Senatus ante Cæſares; ac, jam imperantibus Cæſaribus; niſi ex permiſſu Cæſaris, ſive petente, ſive non petente, Senatu.

Ut autem ſic aliquis ſtatuam ponere poterat; ſic nunquam alicui permiſſum fuit, ut ſibi ipſi, ut Deo, Simulacrum erige-

ret

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

ret. Populus id quidem, at rariſſime fecit Cæſaribus ſuis, dum adhuc vivebant illi: crebro admodum, cum jam Divorum titulo in Deorum numerum relati eſſent: Cajuſque ac Domitianus ſemetipſos Deorum numero (ac quidem majorum gentium) adhuc vivi adjunxere. Sed nemini (uti vidimus ſupra) unquam, ſeu privato, ſeu ſumma Sacerdotia aut ſummos Magiſtratus poſt Cæſarem gerenti id permiſſum fuit: ut ſomniat id noſter hîc bonus Auguſtinus; qui certè hoc melius ſcire debebat; quod vir tam permultæ lectionis atque eruditionis eſſet.

Interim perpende, mi Lector, quam male quadrent hæ Imagines ſub *Jovis* ac *Minervæ* figuris cum *Semone Deo Sancto*, vel *Semone Sanco Deo fidio?* Qui *Semo*, certè non Jupiter aliquis; ſed Hercules, (qui Fidius, tamen æque ac Jupiter, appellabatur) erat; ſicuti ſupra jam abunde oſtenſum eſt.

De ejuſmodi tamen figuris, ſive imaginibus loquitur quoque Irenæus ſub finem, cap. 20. lib. 1. hoc modo: *Imaginem quoque Simonis habent factam* [Diſcipuli, nempe, hujus Simonis] *ad figuram Jovis, & Selenæ in figuram Minervæ, & has adorant.* Nec dubito quin hinc habuerit ſua, quæ de Simone affert, Auguſtinus: quod ſi verum, videmus, & hîc ſomniantem Auguſtinum. Quam multum enim diſtant hæc ab invicem, *Ex publica Auctoritate imagines iſtas fuiſſe conſtitutas;* atque, ex adverſo, *Diſcipulos Simonis tales imagines* INTER SE *habuiſſe, & illas adoraſſe?* Quibus clariſſime indicat Irenæus, eas privatim (atque ut Lararios Deos inter Ethnicos) ab ipſis fuiſſe cultas. Et tamen Auguſtinus, qui *Simonis Dei Sancti* totus obliviſcitur, ejus vice hîc nobis reperit *duas Statuas publica auctoritate erectas.*

Epiphanius, interim, qui hujus Auguſtini ævo vixit, atque ante ipſum mortuus eſt; his verbis utitur: Ἀλλὰ ἐκ εἰκόνα τινὰ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

πνὰ παρεδέδωκε τοῖς αὐτοῦ, ὡς δηθεν αὐτοῦ ὄπαν. καὶ προσκυνοῦσι αὐτὴν ἐν εἴδει Διὸς. ἄλλην δ' ὁσαύτως Ἑλένης εἰκόνα παρέδωκεν αὐτοῖς ἐν σχήματι Ἀθηνᾶς. Ἃ προσκυνοῦσι Ταῦτας οἱ ὑπὸ αὐτοῦ ἀπατημένοι. *Quin & imaginem quandam ſuis tradidit, ut ſuam exiſtentem; & cultu religioſo colunt ipſam ſub forma Jovis: ſimiliterque aliam Helenæ ipſis tradidit ſub forma Minervæ; & religioſe colunt illas ii qui ab ipſo decepti fuerunt.*

Hic, ſane, nihil minus quam Statuas publica autoritate poſitas reperimus: & tamen Epiſcopus Cypri hæc æque reſcire potuit, quam aliquis Hipponenſis aliuſve Africanus Epiſcopus, vel Presbyter: qualis ſuo tempore fuit Tertullianus. Affirmat hic quoque Epiphanius, Simonem hunc ſe pro Chriſtiano geſſiſſe, Chriſtique nomen, eum æque atque alios, prætendiſſe. Namque paulò ante jam modo citata ejus verba, dixerat: Παρελθὼν εἰς μέσον, καὶ προσχήματι ὀνόματος Χριστοῦ, ὡς ἐλλέβορον μέλιτι περιπλέκων, θανατήριον τοῖς ὑπ' αὐτοῦ ἀγρυθεῖσιν, εἰς τὴν κακομήχανον αὐτοῦ πλάνην παρενθεὶς τῷ τοῦ ὀνόματος ἀξιώματι Χριστοῦ, θάνατον ἐνεποίησε τοῖς πιθομένοις. *Progreſſus vero in medium, & ſub prætextu nominis Chriſti velut Helleborum melle circumveſtiens exitiale venenum, iis, qui ab ipſo capti erant infudit: ac fallaci ſuæ machinationi prætexens dignitatem (ſive auctoritatem) nominis Chriſti, cauſa ipſis exitu extitit.*

Quod poſtremo conſiderandum venit, ac minime prætereundum, ſed denuo ex ſuperiori repetendum, eſt quomodo iſti Romani, qui hunc Simonem viderant, dum in aëra ſublevabatur, ex alto decidentem, atque ex caſu necatum; vel (ſi aliter hanc fabulam narrari deſideras) cruribus confractis ibi jacuiſſe; ac poſtmodum ex deſperatione ſe ex alto dejeciſſe: (quamvis plures ipſum ex caſu inter volandum fuiſſe mortuum narrent, ac quidem inſpectante populo Romano) conſiderandum, dico, quî poſſibile ſit, ut hunc tali ſtatuâ, ut Deo, honoraverint. Vel ſi jam ante eum caſum (quod ta-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

men nemo oſtendere poſſet) Statua ipſum honorarint: quomodo iſtam, ac quidem tali in loco, uti prætenditur, poſt mortem ipſius Simonis tam dedecoroſam illam à ſede, ſeu baſi ſua, non deturbarint: cum malorum Cæſarum Statuas ſæpe revellerint: imo Neronis etiam, dum adhuc in vivis erat: nedum externi alicujus; ac quidem *Samaritani*.

Contra cultus externos (niſi id ex decreto Senatus factum fuiſſet) admodum animati fuere Romani. Nam quamvis commune vulgus circa * talia inſaniret, prudentiores, imò & ſummi Magiſtratus, eos ſemper odio habebant (ut ex Iſidis Sacris, & Bacchanalibus patet) eoſque Roma quandoque expulit.

Si verò (ut & hoc addam) Romani aliive, ne quidem ipſum Appollonium Tyaneum, de quo tot ac tanta narrant Ethnici, atque imprimis Philoſtratus; quique eò auctoritatis pervenit, ut Hierocles ipſum Jeſu Chriſto Salvatori noſtro æquiparare auſus fuerit; in Deorum numerum retulerint; ipſive ſacrificarint, araſque aut Templa voverint aut erexerint: [Nam quæ in Quæſtionibus &c. Juſtino attributis habentur meræ fabulæ ſunt; niſi id nonnulli privatim fecerint] Si igitur hoc ne quidem tali ac tanto (uti perhibetur) Apollonio præſtiterint: quis cogitare audebit, id ipſos feciſſe *Homini Samaritano* (quæ gens adhuc magis exoſa erat quam Judaica) hominique præterea, qui ut Irenæus, & ex ipſo iterum Euſebius, Epiphanius, Theodoretus, aliique) tradunt, alienos afferre ipſis videbatur Deos: ut qui Patrem quendam ac Jeſum aliquem ac Spiritum Sanctum ut Deos prædicabat: ſeſeque horum numero perquam impie immiſcebat: atque interim ſe ſub Jovis habitu, Helenam ſub Minervæ, coli vellet, &c.

Verum enimverò ſcimus apud Romanos quam male audiiſſe ſemper Judæos; nec certe melius Samaritanos: quorum tamen

* Externos Judaicoſque ritus. Suet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

tamen è gente hic Simon erat. quem certe, ſi hæc ita verè contigiſſent, conſtaret maximas turbas Romæ dediſſe; cum cæteri Judæi, imò & ipſi Samaritani, ſeſe his conatibus procul omni dubio (in initio ſaltem) oppoſuiſſent; ne ipſi in vitæ ac facultatum diſcrimen inducerentur. Tumultuaverant enim jam brevi tempore antea (A°. ſc. 36. poſt Chr. Nat.) atque à Pilato victi ac repreſſi fuerant. Judæi verò perpetuo pene tumultuabantur, extra urbem, uſque ad apertum ipſorum cum Romanis bellum. Unde non mirum ſane eos inter ſe quoque in ipſa urbe quandoque tumultuaſſe; cum ubicunque eſſent, huic illive Regi, aut ſectæ, aſſentarentur; vel pro rebellione hi, alii vero contra eam, ſtarent.

Hinc quoque factum ut plus ſemel Urbe Roma expulſi fuerint. Sic enim ſub Claudio Urbe pulſi ſunt, teſte Dione lib. LX. (ſeu Xiphilino ipſius abbreviatore) *Quod* (hi) *Judæi adeo iterum Romæ frequentes fierent, ut difficulter ſine tumultu, propter multitudinem urbe poſſent exigi: Non ejecit quidem eos* [*pergit Dio*] *Patriis tamen legibus vitam agentes, convenire vetuit.* Græca verba, apud ipſum legantur Dionem.

At Suetonius, de Tiberio: *Judæorum juventutem per ſpeciem ſacramenti, in provincias gravioris cœli diſtribuit: reliquos gentis ejuſdem, vel ſimilia ſectantes, urbe ſubmovit, ſub pœna perpetuæ ſervitutis niſi obtemperaßent.*

Quæ firmantur à Tacito lib. 2. c. hæc ſeq. verbis: *Actum & de Sacris Ægyptiacis Judaicisque pellendis. Factumque Patrum conſultum, ut quatuor millia libertini generis ea ſuperſtitione infecti, quîs idonea ætas, in inſulam Sardiniam veherentur, coërcendis illic latrociniis, & ſi ob gravitatem cœli interiißent, vile damnum: ceteri cederent Italia, niſi certum ante diem profanos ritus exuiſſent.*

Confirmat hæc & alius locus in ejuſdem Suetonii Claudio;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

ubi cap. 25. ita loquitur: *Judæos impulsore* CHRESTO *assidue tumultuantes Roma expulit.*

At jam Tiberius (si Tertulliano, si aliis quoque credamus) ipsum Jesum Christum in Deorum numerum relatum volebat, etiam adversante Senatu! Ac quamvis (si fabellæ huic fides habenda esset) in sententia sua, contra Senatum remanserit, nullam tamen Statuam, non tantum non ut Deo, verum ne quidem ut Philosopho, aut aliter bene, seu de Religione, seu de Republica benemerito, ipsi posuit.

Facile igitur videmus, talem Statuam, non fuisse positam, aut in gratiam Judæorum, aut in gratiam Samaritarum, aut denique in gratiam ipsius Simonis: qui tam misere atque ignominiose perierit, ut nil nisi dedecus atque infamiam ex tanta fama, quam Christiani Scriptores ipsi attribuunt (namque apud Ethnicos de hoc Simone, quamvis Apollonii Tyanæi meminerint, altum ubique est silentium) post mortem reliquerit.

Occasione autem istorum verborum, quæ modo ex Suetonio allata fuere, de Judæis *impulsore Chresto* Romæ tumultuantibus; quæque ab omnibus fere eruditis de *Christo* nostro Servatore dicta putantur, non possum non aliquid hîc inferere.

Notanda sunt certè verba Reverendissimi æque atque eruditissimi. J. Usserii; quæ in Annalibus Veteris Testamenti, ita sonant: *Hujus Chresti solus, ni fallor, mieminit Suetonius: Nam Christum D. N. (à quo Christiani alibi ab eodem memorati denominationem acceperunt) hîc ab illo fuisse intellectum, adhuc mihi persuadere non possum.*

Nec sane omninò præter rem ita Usserius videtur locutus; eo quod istud nomen *Chrestus* satis frequens fuerit Græcis; quorum ingens multitudo, sive servi, sive libertini generis homines essent, & Romæ & per totam Italiam degeret.

Vide-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Videmus id ex Inſcriptione, quæ tam apud Onuphrium, quam Gruterum extat; ubi in familia quadrigaria, quæ Praſina (ſive ut ibi appellatur Panni Chelidoni) erat, reperiuntur *Chreſtus factionis quæſtor*, & *Chreſtus* ejuſdem factionis *conditor*. cujuſmodi homines ſemper aut ſervi aut libertini erant; niſi temporibus ac moribus jam plane corruptis.

Sic in pluribus aliis inſcriptionibus (apud Aldum, Gruterum, Reineſium, ac Sponium) reperimus *M. Aurelium Chreſtum; P. Ælium Chreſtum, L. Coccejum Chreſtum, A. Egrilium Chreſtum*, pluresque alios: atque inter fœminas *Vitruviam Chreſten, Albutiam Chreſten* &c. ac ſimpliciter (apud Aldum) *Chreſtam* [ut *Chreſtæ conſervæ*] ſicut & apud Sponium apparet *Chreſtion Aug. libertus*, alibi *Herennius Chreſtianus*; & *Pontia Chreſtenis* (apud Reineſium.) *Chreſtinus*, & *Chreſtina*, apud Aldum & Gruterum.

Ex quibus (pluribuſque aliis, quæ adducere ſuperfluum foret) patet, nomen iſtud ſatis vulgare fuiſſe tum Græcis liberis, tum hominibus Libertini generis, tum denique Romanorum ſervis; quos Libertinos plurimos numero inter Judaicæ religionis homines fuiſſe, tam ex Diaconis primum Hieroſolymæ creatis, quam ex Libertinorum Synagoga (Act. cap. VI.) liquet. Videmus igitur hîc ex appellativo nomine *Chreſtus*, nullum argumentum deſumi poſſe pro vulgari Eruditorum opinione, qua volunt, hic *Jeſum Chriſtum* à Suetonio deſignari. Nec *Chreſtus* ſolum, verum & *Chriſtus* inter appellativa Græcis, hominibusve Græcæ originis, fuiſſe oſtendit hæc ſequens inſcriptio apud Grut. 855.

P. AELIVS. PRISCILIANVS.
ET AELIA. CHRISTE
VIVI. SIBI. POSVER.

Quis nunc credat (conſideratis ſimul illis, quæ jam ſupra

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

adduxi) jam ſub Claudii Imperio Judæos ita aſſidue contra Chriſtianos, ob Doctrinam Chriſtianam, & quidem auctore (i. e. ſaltem occaſionem dante) *Jeſu Chriſto*, tumultuaſſe, ut inde Roma expulſi fuerint, unà cum iſtis Chriſtianis contra quos tumultus ejuſmodi aſſidue concitaſſent ac continuaſſent?

Præterquam enim quod contra Chriſtianos, teſte Tertulliano, ante Neronem non ſevitum fuerit; Quis nobis oſtendet, hic ſub *Chreſti* nomine à Suetonio Chriſtum noſtrum Salvatorem fuiſſe intellectum? Nam quamvis *Chreſti* ac *Chreſtiani* nomina aliquando ludibrii cauſa, in Chriſtum ac Chriſtianos jacularentur; videmus ex modo allatis, id nomen quam ſerio ac quam frequenter pro appellativo hominibus (præcipue tamen Græcis) impoſitum fuiſſe.

Quibus addendum, denique, quod id ſatis clare pateat ex poſtremo Actorum capite. Ibi enim primi ac præcipui Judæorum à Paulo convocati, ajunt: *Nos neque literas accepimus de te ex Judæa: neque adveniens quiſquam fratrum annuntiavit aut locutus eſt aliquid de te mali. Æquum autem cenſemus ex te audire quæ ſentias. Nam de iſta hæreſi notum eſt nobis, ubique ei contradici (ſeu diſputari)* &c.

Hi primores igitur *nihil audiverant mali de Paulo;* qui tamen tam notus erat Judæis, quippe ad pedes Gamaliëlis eruditus; quique ex tam fervido perſecutore Chriſtianiſmi, jam converſus ad iſtam Doctrinam, Evangelium Jeſu Chriſti per totum pene mundum prædicaverat; & nunc ob perſecutiones Judæorum ad Neronem Cæſarem provocaverat. Verum iſti Judæi, (qui tamen perhibentur ob Chriſti nomen ita aſſidue tumultuaſſe) nunc *audire geſtiunt* quænam ſit ipſius Doctrina; qua ab ipſo expoſita, pars ei credebat, pars illorum incredula permanebat. Sed etiamſi ille ipſos ob incredulitatem graviter incuſaſſet, ille tamen *Manſit biennium totum*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

tum in proprio conducto, & excipiebat omnes qui ad ipsum ingrediebantur; Prædicans Regnum Dei, ac docens quæ sunt de DOMINO JESU CHRISTO, *cum omni dicendi libertate,* [NB.] *nemine prohibente.*

Ut autem denuo revertamur ad *Simonem Magum*, adeoque & ad primum de eo Historiæ Auctorem, Justinum Martyrem (namque ex Ethnicis, ut jam monui, nemo est qui ipsius meminerit; quamquam multus illis sermo de Apollonio Tyaneo Philosopho & Mago sit) quam credulus certê fuerit hic noster Justinus, ostendit vel ista fabella de 70. domunculis Alexandriæ ipsi à Judæis impostoribus narrata: quarum domuncularum ruinas tamen ut perhibebat, ipsi ibidem, ostenderant.

Nec certe solus ille est, cui per pias fraudes imponere talibus facile fuit. Passus & tale quid est Tertullianus circa Hierosolyma nova, per 40. dies in aëre apparentia (ne plura alia addam) nec minus Eusebius Pamphili, circa imaginem Christi in Paneade: atque, ut ceteros transeamus, finiamus hic cum Sulpitio Severo; qui etiam hanc Historiolam lib. 2. narrat: *Istud mirum quod iste locus, in quo postremum constiterant divina vestigia, cum in cœlum nube sublatus est, continuari pavimento, cum reliqua stratorum parte non potuit. Siquidem quæcunque applicabantur, insolens humana suscipere terra respueret, excussis in ora apponentium sæpe marmoribus. Quinetiam calcati Deo pulveris adeo perenne documentum est, ut vestigia impressa cernantur. Et cum quotidie confluentium fides certatim Domino calcata diripiat, damnum tamen arena non sentiat: & eadem adhuc* [NB.] *sui speciem, velut impressis signata vestigiis, terra custodit.*

Videat igitur nunc cordatus Lector, ex hujusmodi Justini aliorumque exemplis, quid pro se hîc habeant hujus statuæ, tam decantatæ, patroni; ac quam bene Ciaconium, prout

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

prout ipsius verba afferunt [ipsum eum Ciaconium mihi necdum inspicere licuit] Salmasium, alios que, hic Hammondus ac Spencerus refutaverint.

DE ACTIS PILATI.

OCcasione eorum, quæ pag. 44. & 50. editionis meæ prioris de *Oraculis Veterum Ethnicorum* dicta fuere, non possum quoque non aliquid addere *de Actis Pilati;* quorum inter Veteres Scriptores mentio, atque inter recentiores multos fides: ut quæ singularia quædam, ac maximi momenti, de Christo ac Salvatore nostro testentur.

Primus qui istorum, inter veteres, meminit est Justinus Martyr; qui ad verba hæc Regii Psalmistæ, *Foderunt manus ac pedes meos*, ita loquitur: Ὃ ὤρυξαν μὲ χεῖρας καὶ πόδας, ἐξήγησις τῆ ἐν τῷ σταυρῷ παγέντων ἐν αὐτοῖς χερσὶ καὶ ποσὶν αὐτοῦ ἦλων ἦν. καὶ μετὰ τὸ σταυρῶσαι αὐτὸν. καὶ ταῦτα ὅτι γέγονε δύνασθε μαθεῖν ἐκ τῶν ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου γενομένων ἄκτων. *Narratio est de clavis manibus pedibusque ejus in cruce infixis. Et cum jam in crucem egissent eum, alea super vestitum ejus luserunt: & inter se partiti sunt illum, qui crucifigendi supplicium peregerant. Atque hæc ita gesta esse cognoscere ex* ACTIS, *quæ sub Pilato sunt conscripta, potestis.*

Item paulo inferius: Ὅτι δὲ ἐ θεραπεύειν πάσας νόσους, καὶ νεκρὸς ἀναγεῖραι ὁ ἡμέτερος Χριστὸς προεφητεύθη, ἀκούσατε τῶν λεγομένων, ἐστὶ δὲ ταῦτα· τῇ παρρησίᾳ αὐτοῦ ἀλεῖται χωλὸς ὡς ἔλαφος, καὶ τραυλὴ ἔσται γλῶσσα μογιλάλων. τυφλοὶ ἀναβλέψουσι, καὶ λεπροὶ καθαρισθήσονται, ἐ νεκροὶ ἀναστήσονται ἐ περιπατήσουσιν. ὅτι τε ταῦτα ἐποίησεν ἐκ τῶν ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου γενομένων ἄκτων μαθεῖν δύνασθε. *Quod insuper Christum curaturum fuisse morbos omnes, & defunctos excitaturum prædictum sit, verba vaticinii audi-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

audite, quæ ſunt iſta. In adventu ipſius claudus ſaliet ſicut cervus, & diſerta erit lingua mutorum: cæci reſpicient, & leproſi mundabuntur, & mortui reſurgent & deambulabunt. Et quod iſta fecerit, ex iis quæ ſub Pilato facta ſunt, ACTIS *cognoſcere poteſtis.*

In priori Juſtini hujus loco habemus, *Manus* ac *pedes confoſſos*, & *ſortem ſuper veſtimenta jactam*: eaque ita fuiſſe geſta patere ex *Actis Pilati*. In poſteriori habemus, *claudos, mutos, ac leproſos ſanatos*; ac *mortuos reſuſcitatos*: ac quod iſta Dominus noſter Jeſus Chriſtus perfecerit, ex *Actis Pilati* poſſe cognoſci.

Opportet ſane prætenſos iſtos *Actus* ſatis amplum continuiſſe commentarium eorum quæ Salvator noſter, dum adhuc in carne verſaretur, geſſerat! Atque mirum permultis videri queat, per talia hunc ipſum Pilatum non Chriſti factum fuiſſe Diſcipulum; ſi non ante, certe poſt ipſius mortem: cum Oroſius (lib. 7. c. 2.) hîc ſupra allatis Juſtini verbis minime contentus, de ipſo in hunc modum loquatur: *Pilatus Præſes Paleſtinæ Provinciæ ad Tiberium Imperatorem atque ad Senatum retulit de Paſſione & Reſurrectione Chriſti, conſequentibuſque; quæ vel per ipſum factæ fuerant, vel per Diſcipulos ejus* [NB.] *in nomine ejus, fiebant.*

Hæc interim Acta, quæ omiſſa ab Euſebio negligenter fuere, ex Bibliothecæ Vaticanæ vetuſtis monumentis (ut aſſerit) nobis producit Sixtus Senenſis: ac quidem hoc modo, ut nobis αὐτόπτου, ſive ipſiſſimum repræſentet exemplar: *Pontius Pilatus Cl. Tiberio Neroni Imp. S. Nuper contigit, cujus rei ipſe teſtis eſſe poſſum, Judæos ſeſe ipſos, poſterioreſque ſuos univerſos per invidiam crudeli damnatione perdidiſſe. Cum enim ex Oraculorum promiſſis, majorum ipſorum auctoritate receptis, hoc exſpectarent, ut Deus illorum per Virginem juvenculam mitteret, qui jure rex eo-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

rum diceretur; hunc me præsente misit in Judæam. Is quod omnibus notum est, cæcis visum restituebat, leprosos mundabat, resolutos nervis curabat. Viderunt quoque ipsum Dæmonia abegisse, atque obsessos spiritibus immundis liberasse. Mortuos item ex sepulcris ipsis resuscitavit. Obediebant ipsi ventorum turbines, siccis pedibus mare inambulabat. fecit alia quoque permulta miracula, ut vulgo etiam inter Judæos, & plebem, Dei filius diceretur. Principes vero Sacerdotum, æmulatione & livore instincti, adversabantur illi; captumque illum mihi tradiderunt, ementitis sceleribus eum reum facientes, Magum appellabant, atque legis eorum desertorem, & contradictorem. Quibus persuasionibus seductus ipse, fidem quærelis eorum adhibui, flagellatumque ipsis tradidi, ut pro arbitrio in eum animadverterent. Crucifixerunt igitur illum, & sepulcro, quo conditus erat, custodes adhibuerunt; inter quos etiam ex meis militibus nonnulli erant, qui tertio die ipsum à mortuis resurgentem viderunt. Nequitia autem Judæorum magis hoc facto exarsit: numeraruntque magnam pecuniarum vim ipsis militibus, quatenus discipulos ipsius noctu corpus rapuisse prædicarent. Acceperuntque hi quidem pecunias: nihilominus tamen publice ubique professi sunt, atque testantur se visiones Angelorum vidisse, ac Jesum illum à mortuis vere resurrexisse. Hæc autem ideo scripsi, ne quis nugis ac mendaciis Judæorum, si de re gesta aliter loquantur, fidem adhibeat. Vale.

Quis nunc, quæso, amplius dubitet Tiberium his lectis *cum prærogativa suffragii sui detulisse ad Senatum, ut Christus inter Deos reciperetur*, ac cum Agrippa rege pene Christianum fuisse factum? si non ante passionem, saltem post ipsius Resurrectionem, quam hic noster Pilatus vere contigisse affirmat; ac præterea visiones Angelorum. &c. Hæc *commenta Monachalia* vel Gregorius Turonensis legisse videtur,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

detur, vel hujus adductæ epistolæ inventores ea à Gregorio hausisse: cum ille (lib I. c. 24.) hæc afferat: *Pilatus autem gesta ad Tiberium Cæsarem mittit; & ei tam de virtutibus Christi, quam de passione vel resurrectione insinuat. Quæ gesta hodie apud nos retinentur scripta.* Vel, certè, is talia ex Orosio hausit.

Interim Baronius, qui, ad annum 34. Christi, hanc eandem epistolam adfert, hoc modo de ista loquitur: *Sed ut redeamus ad Hegesippum* [qui hanc Epistolam, quamvis aliter quodammodo concinnatam, primus protulerat] *idem in anacephalæosi sua de morte & resurrectione Christi, Pilati Præsidis Epistolam ad* [NB.] *Claudium recitat: cui si qua est adhibenda fides, in titulo tamen certus est error. Ac post Epistolam recitatam ex Vaticana, uti ait, Bibliotheca.* (ac postillam recitatam) *Hactenus Epistola: quæ quidem an eadem ipsa sit, quam à Pilato ad Tiberium tunc temporis scriptam esse constat, relinquimus Lectoris prudentis judicio.*

Ad quæ quam optime notat magnus ille Casaubonus: *Nemo eam* [epistolam] *leget aliquo judicio, & literarum usu præditus, quin fraudem statim intelligat. Baronius quidem pro suspecta eam habuit: sed melius fecisset vir eruditissimus, si manifestum plani alicujus figmentum penitus rejecisset. Sixtum vero Senensem, hominem eruditum, qui probe norat, ejusmodi impostoris nihil olim fuisse usitatius, mirari satis non possum; qui illam ipsam Epistolam, diversa* [NB] *tantum Latinitate conceptam, in Vaticana, ut ait, à se inventam, pro vero & germano antiquitatis monumento publicavit.*

Quæ jam in priori editione pag. 45. velut ex Eusebii Chronico attuleram, de *Christi miraculis ac resurrectione*, ea certè non comparent in ipsius Chronico ἐξονικῶ λόγω πρώτω Græco. Verum priori loco hæc habentur: ὁ δὲ αὐτὸς Πιλᾶτος τιβερίῳ τῷ κῷ τὴν σωτῆρα ἀναγαγὼν, καὶ ἐξ χριστιανῶν δόγματος, ἐκίνησεν

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

νησεν εἰς ἔρωτα πίστεως. *Cum Pilatus ad Tiberium retulisset, ea quæ à Christo facta fuerant, permovit eum ad amorem Fidei. Tiberius illa communicavit Senatui, &c.*

Altero verò (ἐν χρονικῷ κάνονι) Πιλάτος Τιβερίῳ τὰ κατὰ τὸν Σωτῆρα ἀναγαγόντος, καὶ τὸ Χριστιανῶν δόγματος, Τιβέριος πρὸς τὴν σύγκλητον ἀνενολογήσατο περὶ τοῦ εἰς Χριστὸν πίστεως τοῦ μὴ πεισθείσης, &c. *Cum Pilatus Tiberio de factis Christi ac Doctrina Christianorum scripsisset, Tiberius ad Senatum retulit de fide in Christum: illo verò non persuaso,* &c. Alio rursus loco, in hisce collectionibus Chronicis (in quibus quæ Eusebio, quæ aliis sint tribuenda, Delio natatore opus est) nempe pag. 268. habes Ἐπὶ τούτων τῶν ὑπάτων [ΓΑΛΛΟΥ, καὶ ΝΟΝΝΙΑΝΟΥ] Πόντιος Πιλᾶτος περὶ τοῦ Χριστιανῶν δόγματος ἀνενώσατο Τιβερίῳ Καίσαρι; κακεῖνος τῇ συγκλήτῳ Ρώμης. τῆς δὲ μὴ πεισθείσης &c. *Istis sub Consulibus* [*Gallo & Nonniano*] *Pontius Pilatus Tiberio significavit de Christianorum Doctrina; ille verò Senatui: quo non persuaso,* &c.

Verum enimverò in Historia sua Ecclesiastica de *Actis Pilati* loquitur, ut de inimicorum, imò hostium Christianismi *figmentis*; quibus illi ludibrio propinare, ac calumniari acerbe tentabant religionem Christianam, eique serio deditos. Ita enim loquitur de istorum confictoribus: lib. 9. cap. 5. Historiæ Ecclesiasticæ, πλασάμενοι δῆθεν Πιλάτου καὶ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ὑπομνήματα πάσης ἐμπλεα καὶ τοῦ Χριστοῦ βλασφημίας, γνώμῃ τοῦ μείζονος, ἐπὶ πάσαν διαπέμποντας τὴν ὑπ' αὐτὸν ἀρχὴν, &c. *Confingentes tandem Commentarios Pilati ac Servatoris nostri, omni repletas blasphemia contra Christum ex sententia dominantis; dispergunt illos per omnem terram ipsi subjectam.*

Quod attinet ad Acta illa, ad quæ tum Justinus, tum Tertullianus provocant, de iis modo allatus Casaubonus: *Certè Eusebius cum historiam suam scribebat, neque Epistolam, neque*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

neque Acta Pilati viderat; neque aliud de ea re norat, nisi quod apud Justinum legerat, & è Tertulliano vel per se, vel per interpretem cognoverat. Nam alioqui tantæ vir diligentiæ & curiositatis, ipsam Epistolam vel Actus in suos commentarios fuisset procul dubio relaturus. In secunda historia cap. 2. locus è Tertulliani cap. V. in Græcum Sermonem versus habetur: nisi quod vel Eusebius, vel ejus interpres, Tertulliani hæc verba omisit. QUOD ILLIC VERITATEM ILLIUS DIVINITATIS REVELAVERAT; *& sententiam paulò aliter concepit. In Chronico Latino res eadem brevius narratur* [ita enim ibi, ut Casauboni verbis ea interseram, habetur: *Pilato de Christianorum dogmate ad Tiberium referente, Tiberius retulit ad Senatum, ut* INTER CÆTERA SACRA RECIPERETUR: *Verum cum ex consulto Patrum Christianos eliminari ex urbe placuisset, Tiberius per edictum accusatoribus Christianorum comminatus est mortem*] *item in Græco p. 66. ubi scribendum est,* πιλάτῳ τιβερίῳ τὰ κατὰ τ σωτῆρα ἀνενεγκών (non ἀναγαγών, quod respuit Hellenismus:) & τὰ τῶν χριστιανῶν δόγματος. *Ne Cedrenus quidem aut Zonaras qui tot seculis post Eusebium scripserunt, ullam aliam ejus historiæ cognitionem habuerunt, nisi quam ab Eusebio acceperant, cujus verba leviter immutata describunt: Ex his apparet quam insignis eorum impostura fuerit, quos non puduit Epistolam Pilati & Acta à se ficta pro genuinis monumentis jactare.*

Quibus verbis tum idem Casaubonus addit Acta illa, quæ Hæretici Tesserakaidekatitæ errori suo tuendo afferebant; quorumque meminit Epiphanius: cujus verba hîc paulò plenius adducenda duco: sunt autem hæc sequentia: Ἕτεροι δὲ ἐξ αὐτῶν τὴν αὐτὴν μίαν ἡμέραν νηστεύοντες, καὶ τὰ μυστήρια ἀποτελοῦντες, ἀπὸ τ Ἄκτων δῆθεν πιλάτε αὐχοῦσι τὴν ἀκρίβειαν εὑρηκέναι, ἐν οἷς ἐμφέρεται, &c. *Alii vero unicam diem jejunantes, ac Mysteria* (Eucharistiæ) *celebrantes; jactant se accuratum*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

illum agendi modum hauſiſſe ex ACTIS PILATI: *in quibus continetur*, &c.

Omnibus igitur hiſce inter ſe perpenſis, unuſquiſque, vel ſomnolentis oculis, facillime perſpiciat quanti ponderis aut pretii hæc *Acta Pilati* nobis eſſe debeant, aſſerendæ hinc veritati Religionis Chriſtianæ; nempe non majoris quam illa *Acta Pauli & Theclæ* quorum, in enumeratione ſua Apocryphorum Scriptorum diſtinct. XV. meminit Papa Gelaſius; eaque inter Apocrypha damnat; illorumque figmenta, atque exerte quidem illud de Leone baptizato: quem tamen minime averſatus videtur Ambroſius; qui, lib. 2. de Virginibus, inter alia: *Cernere erat lingentem pedes beſtiam, cubitare humi, muto teſtificante ſono, quod ſacrum Virginis corpus violare non poſſet: ergo adorabat prædam ſuam beſtia, & propriæ oblita naturæ, naturam induerat, quam homines amiſerant.* Idem Epiſt. 28. lib. 3. edit. Rom. ad Vercellenſem Eccleſiam: *Quo munere etiam venerabilis Thecla leonibus fuit, ut ad pedes prædæ ſuæ ſtratæ, impaſtæ beſtiæ* SACRUM *deferrent jejunium, ne procaci oculo Virginem, nec ungue violarent aſpero.*

Quid, quod in Actis S. Julianæ (citante iſta Baronio) tradatur, *Pugnanti Teclæ adſtitiſſe Dominum Jeſum Chriſtum præ ſe ferentem vultum Apoſtoli Pauli. Hæc namque Tecla Virgo, Paulo apud Iconium prædicante, audita ejus de Virginitate concione, repente nuptiis exſolvitur, & ſponſum ſuum juvenem, urbis primarium, forma & divitiis inclytum, reliquit: & Paulo adhærens, ei ſe comitem peregrinationis dedit: in qua cum à perſecutoribus gravia mortis diſcrimina ſubire cogeretur; nunc aquis immerſa, nunc in ignes dejecta; nunc feris objecta, tandem his omnibus,* PAULO PROTEGENTE, *liberata, ſimul cum ipſo Romam incolumis pervenit.*

De hominibus autem in beſtias, beſtias vero in homines trans-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

transformatis, etiam *Acta* vel *Actus Joannis* Apoſtoli tradunt: (quo melius perſpiciat Lector, quanti pretii hujuſmodi *Actus* ipſi eſſe debeant.) Namque ex iſtis ita narrat Philaſtrius, in Hæreſeon catalogo, cap. 54. *Habent Manichæi beati Joannis Evangeliſtæ Actus, & Petri, & Pauli, ſimiliter ab Eccleſia reprobatos; quia in his ſigna & prodigia magna Apoſtolos feciſſe narrent; ita ut* Pecudes, *& beſtiæ, & canes loquerentur; & animas hominum, velut canum, & pecudum eſſe dicant.*

Quis, quæſo, mi Lector, tam piis beſtiis, magis quam Teclæ leoni, baptiſmum denegare velit. Sororculas tamen ſuas aviculas Baptiſmo initiaſſe Franciſcum Aſſiſium tot ævis ſeriorem, non conſtat: nec certè in Fraterculis ſuis piſcibus id ullo modo neceſſarium erat.

Negare interim minime velim Pilatum aliquid ſuper tali ac tanto negotio ſcripſiſſe, at incertum eſſe quid ac quale id fuerit; atque ideo prudentiores Euſebium, Hieronymum, ſimileſque talia cautius prodidiſſe: cum alii, præſertim Græci poſteriores (qui mendaciorum in hiſtoria admodum feraces ſunt) paucis ſæpe veris atque optimis, atque ut traderentur publico digniſſimis, falſa ac dubia plurima, ex piarum fraudum amore, ſeu potius inſania, ſuperſtruxerint.

Debiliori adhuc fundamento innititur iſta *Traditio*, quod Auguſtus ſc. audita nativitate Salvatoris noſtri J. Chr. *Domini* appellationem renuerit; eaque abuti non auſus fuerit, eapropter quod jam *Mundi Dominus* natus eſſet. Ita enim Oroſius, qui tempore Auguſtini ſcripſit, libro 7. aſſerit. *Domini appellationem ut homo declinavit.* Ac paulò poſt: *Eodemque tempore hic, ad quem rerum omnium ſumma conceſſerat, Dominum omnium ſe appellari non paſſus eſt: imò non auſus; quia verus Dominus totius generis humani inter homines natus erat.*

Hiſtoria quæ fabella huic confingendæ occaſionem præbuit

eſt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

est illa, quam de Augusto affert Suetonius, in vita ipsius. cap. 53. *Domini appellationem ut maledictum & opprobrium semper abhorruit. Cum, spectante eo ludos, pronunciatum esset in mimo,* O DOMINUM ÆQUUM ET BONUM! *& universi, quasi de ipso dictum exultantes comprobassent: & statim manu vultuque indecoras adulationes repressit, & insequenti die gravissimo edicto,* DOMINUMQUE *se posthac appellari, ne à liberis quidem aut nepotibus suis, vel serio vel joco passus est: atque hujusmodi blanditias etiam inter ipsos prohibuit.*

Domini hanc appellationem exhorruit, neque eam ab adulatoribus sibi attribui passus est, ne videretur eo gavisus etiam Regis nomen affectare: cum J. Cæsari istud tantum invidiæ atque odii creasset, (saltem adauxisset) ut cædes inde ipsi ut tyranno secuta fuerit. Quare ne tyrannos Romano populo domi alere ac fovere, iisve favere videretur, id inter suos etiam in jocis caveri voluit. Hinc enim *Patris Patriæ* quidem lubens assumebat; cum videret id universi populi Romani votis ipsi oblatum: Verum *Regis* aut *Domini* anxie vitabat.

Quod & ipse Tiberius exemplo suo laudavit: ut qui, teste eodem Suetonio (cap. 27.) *Dominus appellatus à quodam, denuntiavit, ne se amplius contumeliæ causâ nominaret. Alium dicentem Sacras ejus occupationes; & rursus alium: auctore eo Senatum se adisse, verba mutare, & pro auctore suasorem, pro Sacris, laboriosas dicere coëgit.*

Quas tamen *Sacras occupationes*, similiaque; quin & *Sacro-Sancta Numina* &c. inter Christianorum Imperatorum appellationes reperimus; uti ex Dissertione mea secunda de Ethnicorum Oraculis constat: sicut pene omnia Imperatorum horum Christianorum *Sacra, Divina* & *Cælestia*, &c. per aliquot secula appellata fuere. Nec forsan id usque adeo mirum videbitur; cum jam ipse Augustus Deus appellari non dedignaretur: quod id Tyrannidem non saperet.

Et

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Et tamen Philo Judæus hoc de Deo, in ipso quoque negat; quamvis id ex antiquitate apertissime constet. Ita enim ille de Augusto: πίστις ἐνεργεστάτη τὸ μὴ δεσπότην, μήτε θεὸν ἑαυτὸν ἐθελῆσαι προσεννεῖν, ἀλλὰ κἂν εἴ λέγοιτό τι δυσχεραίνειν. *Quod verò fidem maxime creat est, quod nec* DOMINUM *nec* DEUM *se nuncupari voluit: sed quod si quis ipsum ita appellaret indignatione moveretur.*

Quam minime autem Divinitatis, Deive nomen aversatus fuerit ostendit nobis Tacitus lib. I. hoc modo: *Nihil Deorum honoribus relictum, cum se templis & effigie numinum, per Flamines & Sacerdotes coli vellet.* Quod de vivo adhucdum Augusto certè dicitur. Quare id minime quis mirabitur in illo jam demortuo. Sicut inde (ne præter ullam necessitatem plura exempla congeram) Prudentius, contra Symmachum, hoc modo (post illa quæ de Jano, de Pico, deque aliis dixerat) canit:

Hunc morem veterum docili jam ætate secuta
Posteritas, mensâ atque adytis & flamine, & aris
Augustum coluit, vitulo placavit & agno.
Strata ad pulvinar jacuit, responsa popposcit:
Testantur tituli, produnt consulta Senatus,
Cæsareum Jovis ad speciem statuentia Templum.
Adjecere sacrum, fieret quo Livia Juno, &c.

Quæ de titulis dicta hîc sunt, firmantur his sequentibus inscriptionibus:

ROMAE. ET. AVGVSTO
CAESARI. DIVI. F
COLON. AVXVRN
A. AEMILIUS. EX. PECVNIA.
SVA. F

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Ο ΔΗΜΟΣ ΘΕΑΙ ΡΩΜΑΙ ΚΑΙ
ΣΕΒΑΣΤΩ ΚΑΙΣΑΡΙ
ΣΤΡΑΤΗΓΟΥΝΤΟΣ
ΕΠΙ ΤΟΥΣ ΠΟΛΙΤΑΣ ΠΑΜΜΕΝΟΥΣ
ΤΟΥ ΞΕΝΩΝΟΣ
ΜΑΡΑΘΩΝΙΟΥ
ΙΕΡΕΩΣ
ΘΕΑΣ ΡΩΜΗΣ ΚΑΙ ΣΕΒΑΣΤΟΥ ΣΩΤΗΡΟΣ
ΕΝ ΑΚΡΟΠΟΛΕΙ ΕΠΙ ΙΕΡΕΙΑΣ ΑΘΗΝΑΣ
ΠΟΛΙΑΔΟΣ ΜΕΓΙΣΤΗΣ ΑΣΚΛΗΠΙΑΔΟΥ
ΑΛΑΙΕΩΣ ΘΥΓΑΤΡΟΣ ΕΠΙ ΑΡΧΟΝΤΟΣ
ΑΡΗΟΥ ΤΟΥ ΜΩΡΙΩΝΟΣ ΠΑΙΑΝΙΕΩΣ

Quibus & adde hæc, quæ alibi notavi:

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΙ. ΚΑΙΣΑΡΙ. ΘΕΩ, ΣΕΒΑΣΤΩ,
ΘΕΟΥ. ΥΙΩ,

Hinc enim tractu temporis (nec longo, admodum) *Augustales, tam primi*, quam reliqui: hinc *Flamines Augustales, Flamines Divi Augusti & Romæ;* sicut & *Flaminæ*, seu *Flaminicæ Augustales*, & ceteri *Sacerdotes Romæ & Augusti, Flamines* & *Flaminicæ domus Augustæ;* denique *Pontifices Cæsarum*, &c. Sic namque indicant id Inscriptiones hæ sequentes; ut

IVNIAE C. F. LAETAE. FLAMINICAE
DOMVS AVGVSTAE
L. MAECIVS NANVS CONSOBRINAE
PIISIMAE. ERGA. SE

item

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

item,

IVLIAE AVG
DIVI F. MATRI
TI. CAESARIS AVG. PRIN
CIPIS ET CONSERVATORIS
ET DRVSI GERMANCI
M. CORNELIVS PROCVLVS
PONTFEX CAESARUM

Sic enim Herodes ille Atticus, cujus inscr. Salmasius eruditissimo commentario illustratas edidit, Pontifex Augustorum erat; sive Ἀρχιερεύς: de quo alibi latius loquendi occasio erit.

Quibus illustrantur versus Prudentii, quos jam supra adduximus.

Nempe jam post mortem quoque Oracula reddebat; quod Dionæi Cæsaris astrum, quamvis apparuerit, minime efficere potuit. Cum etiam Christiani nominis Cæsares adhuc viventes non minora de se credi voluisse videantur: ut ex ipsorum propriis loquendi modis manifestum est: quod *omnia de se credere posset* (ut cum Juvenale loquar) *Dis æqua potestas.*

Verum, ut revertamur ad Augustum; in ipsa quidem Urbe Roma, donec in vivis erat, Templa sibi erigi non passus est: at in Provinciis id concessit; ac quidem sub *effigie Numinum.* quod quomodo intelligendum sit, ex Lipsii in Tacitum Commentario videri potest: sicut & illa ibi intelligi possunt, quæ idem ille Lipsius de Consecratione ejus, post mortem, ac de Liviæ Sacerdotio, ex Dione refert.

Quis, quæso, nunc, post talia sibi lecta, credat amplius, Augustum ex ista causa, quod jam *Dominus orbis* natus esset, appellationem *Domini* vitavisse? Vel si ex tali causa id fecit Augustus, ex quanam alia idem fecit Tiberius?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Vel ſi hoc ex eadem (qua id Auguſtus feciſſe prætenditur) cauſa, fecit Tiberius (quod ſani cerebri homo, ne quidem per inſomnium cogitare poſſet) ex quanam cauſa id fecit Fl. Julianus Cæſar, Apoſtata, ſeu *perfidus ille Deo*, ut cum Prudentio loquar?

Auguſtus tamen, ut perhibetur, rejecit iſtam appellationem *Domini;* exinde ſc. quod *Vero Deo ac Domino* orbis jam nato, iſtum titulum ſibi minus convenire ſentiret. E contrario Imperatores Chriſtiani, ac qui ob pietatem (quod permulta Eccleſiaſticis donaverint ac conceſſerint;) in cœlum laudibus, tolluntur, à Monachis Græcis, aliiſque ejuſmodi commatis ſcriptoribus; illi, dico, iſtud *Domini* nomen uſurpabant, ſibique pene ubique arrogabant. Neque id ſolum; verum & *Sacras occupationes* (ab ipſo Tiberio rejectas) & alia admiſere; & *numina* ſe appellari ſunt paſſi; & *Oracula ſe dare* faſſi ſunt: ut in Diſſertatione mea ſecunda pag. 558. luculenter oſtendi, & ulterius oſtendere copioſius poſſem; ſi id ullo modo neceſſarium eſſet.

Sic enim Conſtantino Magno, præter plures alias Inſcriptiones plane ejuſmodi, hæc dicata eſt:

PIISSIMO FORTISSIMO
FELICISSIMO D. N
CONSTANTINO MAXI
MO VICTORI SEMPER
AVGVSTO
BADIVS MACRINVS
V. P. P. P. H. TARRAC
NVMINI MAIESTA
TIQVE EIVS SEMPER
DEVOTISSIMVS

Uti & Matri hujus Conſtantini Helenæ, quæ ut volunt Socrates & alii, Hieroſolymam per ſomnium monita profecta, ibi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

ibi Crucem *Domini* invenit, clavoſque illos per manus ac pedes *Domini* infixos; ex quibus, de Cruce partim Statuæ ſuæ incluſerit, de clavis hunc Galeæ ſuæ, illum vero equi ſui freno (quod & à Zacharia Propheta prædictum volunt) inſeruerit: huic, dico, Matri Conſtantini Magni, tantæ pietatis fœminæ, hæ ſequentes Inſcriptiones, præter plures alias, dicatæ ſunt.

PIISSIMAE. AC VENERABILI
D. N. HELENAE AVG
MATRI. D. N
MAXIMI VICTORIS AVG
CONSTANTINI
ET AVIAE D. D. N. N
CONSTANTII ET CONSTANTIS
ORDO ET POPVLVS
SVRRENTINOR

item

PIISSIMAE ET CLEMENTISSIMAE
DOMINAE NOSTRAE AVGVSTAE
HELENAE MATRI
SEMPER AVG. CONSTAN
TINI ET AVIAE
DOMINORVM NOSTRORUM
CAESARVM BEATORVM
VXORI DIVI CONSTANTII
ORDO NEOPOLITANORVM
ET POPVLVS

Item, denique (ne plura aggeram) de hac ipſa

ΘΕΙΟΤΑΤΗ ΚΑΙ
ΕΥΣΕΒΕΣΤΑΤΗ, &c.

DIVINISSIMÆ AC
PIISSIMÆ, &c.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Hæc autem atque alia istius commatis ab hominibus nominis Christiani dedicata fuisse, tum ex ipsis hisce Inscriptionibus, tum ex aliis, quæ Imperatoribus Christianis positæ sunt, tam clarum est, ut nullis opus hîc sit aliis argumentis. Sic & *Divi* titulus non aliis tantum Christianis Imperatoribus tributus fuit; verum & ipsi Gratiano (qui stolam Pontificalem rejecerat) ac quidem ab Imperatoribus Christianis; uti ex hac sequenti Inscr. (apud Sponium reperienda) patet.

DIVO GRATIANO
TYRANNIDE VINDICATA
THEODOSIVS ET VALENTINIANVS
AVGG. EX. VOTO. P. P

Et tamen isti homines, qui eo tempore scripsere (quod maximè de hoc Orosio dicendum) quo adhuc ipsi hujusmodi inscriptiones Imperatorum Christianorum inspicere ac legere quotidie poterant; talia de Augusto confingere ausi fuere, quæ ne ullam quidem umbram virisimilitudinis habent.

Si tamen alia quoque ab hoc Orosio allata consideremus minus certe mirabimur eum ejusmodi afferre causas eorum quæ pro vel Divino instinctu factis, vel pro prodigiis habet. Afferam hujusmodi unum alterumve exemplum, quod vel recitasse simul refutasse cordatis Lectoribus erit. Habet nempe lib. 6. *Deinde cum secundo in Sicilia receptis à Pompejo & Lepido legionibus XXX. servorum M dominis restituisset. & XLIV Legiones solus imperio suo ad tutamen orbis terrarum distribuisset; ovansque urbem ingressus omnia superiora populi Romani Imperatori debita donanda literarum etiam monumentis nedum aboleri censuisset; in diebus ipsis fons olei largissimus, sicut superius expressi, de taberna meritoria per totum diem fluxit. Quo signo quid evidentius, quam in diebus Cæsaris toto orbe regnantis futura Christi nativitas decla-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

declarata est? CHRISTUS *enim* LINGUA *gentis in qua & ex qua natus est, Unctus interpretatur. Itaque cum eo tempore, quo Cæsari perpetua tribunitia potestas decreta est, Romæ fons olei per totum diem defluxit, sub principatu Cæsaris, Romano imperio per totum diem, hoc est, per omne Romani tempus imperii, Christum & ex eo Christianos, i. e. unctum atque ex eo unctos de meritoria taberna, hoc est de hospitali largaque Ecclesia affluenter atque incessabiliter processuros: restituendosque per Cæsarem omnes servos; qui tamen cognoscerent Dominum suum cæterosque qui sine domino inventirentur, morti supplicioque dedendos: remittendaque sub Cæsare debita peccatorum in ea urbe in qua spontaneum fluxisset oleum: evidentissima his quæ Prophetarum voces non audiebant, signa in cælo & terra prodigia prodiderunt.*

Historiola hæc (sive factum) si pro historia habenda esset; jam contigerat 34. annis ante natum Christum. verum fabulam meram hîc narrari ostendunt cætera omnia illa prodigia quæ à Suetonio, aliisque, circa Augusti nativitatem &c. facta fuisse narrantur. certè illa comparanda est cum ista fabella, quam inter alias de prodigiis nobis narrat in M. Bruti vita, Plutarchus: *Cuidam ordinum ductori brachium unguentum rosaceum exudasse; neque quum crebro detergerent id & eximerent, quicquam profectum.* Quod tamen ibi inter mala omina adducitur. Interim Orosius noster, quasi ex Divino instinctu Prophetæ alicujus verba explicaret, hîc mira reperit mysteria. Ac certe oleum istud rosaceum, quod gratissimi odoris est, boni aliquid portendisse debuisset. Unde liquet quam sapienter hæc fabella quoque inventa est. Verum his nugis diutius non inhærendum est.

Namque si hic quoque de circulo circa solem apparente, cum Octavius Cæsar, post necem Jul. Cæsaris in urbem veniebat (quem circulum & Plinius & Seneca & alii pro naturali

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

rali phaſmate, qualia plura, ac quidem ſæpius, apparuere, habuerunt) certe & de aliis ſic confictis miraculis; imò mero quandoque mendacio ſuperſtructis, nobis etiam loquendum eſſet: ut de *Crucis ſigno cum circulo* &c. pluſquam ſemel Conſtantino Magno in cœlis apparenti: de eodem quoque Gallo Cæſari adhuc majori cum ſplendore ſuper Hieroſolymis viſo: Quæ *Crux* ac *Corona*, uti victoriis Conſtantini præſignificarant, ſic iſtæ Gallo viſæ (forſan quod iſta inſcriptio hîc non aderat, In hoc ſigno vinces) ipſi interitum prænotarunt. Quæ quibus antiferas?

Dolendum ſane eſt, ejuſmodi homines (quales hic Oroſius, uti & Nicephorus & Nicetas, imò & Socrates & alii, circa talia, fuere) per pias ſuas fraudes, taleſque Miraculorum confictas narratiunculas, quibus Religioni Chriſtianæ *majorem* auctoritatem, Divinitatiſque opinionem, præter neceſſitatem, conciliare ſtudent; vera Chriſti Salvatoris noſtri, quin & Apoſtolorum ipſius, miracula hominibus iſtis, qui alias veram religionem ſuſque deque habentes, hinc anſam arripiunt eam ſugillandi, aliiſque reddendi ſuſpectam, occaſionem dediſſe, non ſolum magis elevandi, verum & irridendi quandoque: quibus tamen, cum Religioni, tum miraculis omnes vere pii homines firmandis ac patrocinandis quam ſerio ſtudere debent.

De Conſecrationibus Ethnicis.

QUæ de *Conſecrationibus Ethnicis* feſtinato magis ac confuſe, quam exacte & juſto ordine, conſcripſeram; ea, quamvis nec ſic cunctis ſatisfactura credam, hîc recolere volui.

Hæc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Hæc igitur *Consecratio*, seu *Dedicatio* quoque, (quæ ut sæpius à se invicem distinguitur, ita & sæpius quoque inter se confunduntur) non una ac simplex, sed duplex, imò triplex specie erat: ac prima quidem, qua aliquid sive animatum, sive inanimatum huic illive Deo Deæve, vel his illisve Diis Deabusve consecrabatur; atque adeo dicatum, sacrum aut sanctum, cum jam antea esset profanum, reddebatur: quod apud Græcos erat ἀναθέναι τι θεῷ τίνι, item καθοσιῶσαι ac καθιερῶσαι, sicut & illi homines, qui isto modo honorabantur, dicebantur τετυχηκέναι τιμῶν ἡρωικῶν, vel ἰσοθέων; ut qui in numerum Heroum, vel etiam Deorum referrentur; adeoque & consecrarentur.

Sic Consecrati quoque erant, qui mysteriis initiati essent: uti & Collegia & Sodalitates huic illive Deo Deæve dicata. Sic Vestales, sic Sacerdotes, sacrisque Deorum ministeriis addicti. Hincque illud in Inscriptionibus, CVI REGIA VESTAE PONTIFICI FELIX SACRATO MILITAT IGNE. ac clarius: SACRATAE APVD AEGINAM DEABVS. TAVROBOLITAE. ISIACAE. HIEROPHANTRIAE DEAE HEKATAE GRAECO. SACRANEAE DEAE. CERERI. item SACRARIA DEAE CERERI &c. Sic denique qui *Magnæ Deorum Matri* per Taurobolia, vel Criobolia, similibusve consecrabantur.

At alia quoque species (ne de Devotionibus hîc loquar) erat, qua vivi vel semetipsos, vel alios adhuc vivos, vel jam mortuos, per statuas, huic illive Deo Deæve (vel Diis Deabusve) consecrabant, ac proprios, quasi, faciebant, per illam Dedicationem; eosque ita huic illive Deo Deæve, vel etiam in universum cunctis commendatos, ac sub ipsorum peculiari tutela positos volebant. Hinc Dion Chrysosthomos, in Rhodiaca. Καί τοι γε τὰς ἀνδριάντας, οὐχ ἥττον ἀναθήματα εἶπεν τίς ἂν εἶναι τῶν θεῶν, τὰς ἐν τοῖς ἱεροῖς. καὶ πολλὰς ἰδεῖν ἐστὶν ἔτως

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

ἐπιγεγραμμένης, οἷον. ὁ δεῖνα ἑαυτὸν ἀνέθηκε, ἢ τὸν πατέρα, ἢ τὸν υἱὸν, ὅτῳ δήποτε τῶν θεῶν. *Atqui & Statuas quis dicere posset Dis consecrata esse donaria; eas nempe quæ sunt in Templis. Et multæ talem habent Inscriptionem, puta: Ille Dis consecravit* SEMET IPSUM, *aut* PATREM, *aut* FILIUM, *cuicunque tandem Deorum.*

Sic enim Romulus, post devictos Camerinos, (teste Plutarcho in ipsius vitâ) Ἔνδε τοῖς ἄλλοις λαφύροις ἅρμα χαλκοῦν ἐκόμισε τέθριππον ἐκ Καμαρίας· τοῦτο δὲ ἀνέθηκεν ἐν τῷ ἱερῷ τοῦ Ἡφαίστου, ποιησάμενος καὶ ἑαυτὸν ὑπὸ νίκης στεφανούμενον. Quæ vertuntur ab Herm. Cruserio hunc in modum: *Inter cæteram prædam ex Camerio æneum attulit currum* [dicere debuerat *quadrigam*] *atque eum in templo Vulcani dedicavit; cui imposuit statuam suam à Victoria coronatam.* Sic quoque Domitianus, in conflagratione Capitolii, *primâ irruptione apud ædituum occultatus, solertiâ liberti lineo amictu turbæ Sacricolarum immixtus ignarusque* [*ignoratusque* cum Pichena lego] *apud Cornelium Primum paternum clientem, juxta Velabrum, delituit. Ac potiente rerum patre, disjecto æditui contubernio, modicum sacellum* JOVI CONSERVATORI, *aramque posuit, casusque suos in marmore expressit. Mox imperium adeptus,* JOVI CUSTODI *templum ingens, seque in sinu Dei sacravit.*

Quæ de lineo amictu ac Sacricolarum turba habet Tacitus, distincte magis exprimit Suetonius in hujus Domitiani vita, cap. I. his verbis: *Ac mane Isiaci celatus habitu, inter Sacrificulos vanæ superstitionis*, &c. At quis locus, quidve munus hisce Isiacis in Capitolio? cum nullum Isidis Templum ibi; neque isti Deæ ullibi Romæ, ex auctoritate publicus cultus exhiberetur. Probabile igitur Isiacos, aliis Sacerdotibus, sese immiscuisse, atque ita eò perfugium quæsivisse; atque ab aliquo horum sive vivo sive mortuo, libertum hanc vestem accepisse, Domitianoque detulisse.

Alii

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Alii vero aliis jam demortuis quandoque ſtatuas huic illive Deo dedicabant: uti apud Tacitum (lib. III.) *Julia Marcelli effigiem Divo Auguſto* (i. e. jam in Deorum numerum relato) *dicavit*. Uti & Iſocratis ſtatuis, de quibus Plutarchus in vitis X Rhetorum, primo quidem ita habet: Ἀνάκειται δὲ αὐτοῦ καὶ ἐν Ἐλευσῖνι εἰκὼν χαλκῆ, ἔρεισθεν τοῦ πρόσω τοῦ Τιμοθέου τοῦ Κόνωνος, καὶ ἐπιγέγραπται, Τιμόθεος Φιλίας τε χάριν, ξενίων τε μεθημῶν Ἰσοκράτους εἰκὼ τὴν τοῦ πατρὸς θεᾶις. *Eſt etiam illius in Eleuſine ænea erecta ſtatua ante porticum ſub Timotheo Cononis filio, cui ita inſcribitur:* TIMOTHEUS HONOREM AMICITIÆ DEFERENS ATQUE HOSPITALITATI, DEABUS ILLIS ISOCRATIS IMAGINEM POSUIT. Ac ſecundo: Ὃς δὲ εἰκόνα αὐτοῦ χαλκῆν ἀνέθηκε πρὸς τῷ Ὀλυμπίῳ, ὡς ὄπι Κίονος, ἐπέγραψεν. Ἰσοκράτης Ἀφαρέως πατρὸς εἰκόνα τήνδ' ἀνέθηκε Διὶ, θεός τε σέβων ἠδ γονέων ἀρετήν. *Qui* [*Aphareus Apharei filius*] *æneam juxta Olympum tanquam in columna erexit ſtatuam, atque inſcripſit ei.* APHAREUS PATRIS ISOCRATIS HANC STATUAM JOVI DEDICAVIT; COLENS ITA DEOS ET VIRTUTEM PARENTUM.

Sic reperimus apud Sponium inter Inſcriptiones Itinerario ipſius adjunctis has ſequentes.

1°. ΠΟΛΙC ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΝ ΚΑΙCΑΡΑ
ΤΙΒΕΡΙΟΥ ΚΑΙCΑΡΟC ΥΙΟΝ CΕΒΑCΤΟΥ
ΚΑΙCΑΡΟC ΥΙΩΝΟΝ ΥΠΑΤΕΥΟΝΤΑ
ΘΕΟΙC

2°. Ibidem ΙΟΥΛΙΑΝ ΘΕΟ
ΔΩΡΑΝ ΑΡΕΤΗΣ
ΕΝΕΚΕΝ ΘΕΟΙΣ

3°. Α ΠΟΛΙC ΜΑΡΚΟΝ ΚΑΛΗ . . . .
ΓΑΙΟΥ ΤΙΟΝ ΒΥΒΛΟΝ ΤΟΝ
ΠΑΤΡΟΝΑ ΚΑΙ ΕΥΕΡΓΕΤΑ
ΕΡΜΑΙ ΗΡΑΚΛΗΙ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Sic apud. Gruterum, in Inſcriptionum Theſauro:

VEDIUS P. F. POLLIO
CAESAREM
IMP. CAESARI AVG ET
COLONIAI BENEVENTANAI

Item in eodem alibi:

TU QUÆ TARPEJO COLERIS VICINA TONANTI
VOTORUM VINDEX SEMPER FORTUNA MEORUM
ACCIPE, QUÆ PIETAS PONIT TIBI DONA MERENTI
EFFIGIEM NOSTRI CONSECRATURA PARENTIS.

Imo & ipſos Deos, ſeu Divinitates aliorum Deorum tutelæ per hujuſmodi Dedicationes commendabant; uti videre eſt ex ſequentibus hîc Inſcriptionibus.

ex. gr.

FORTVNAE PRIMIG
SIGNVM. AEQVI
TATIS. NIGRINAE
AVXESIS. CVM
FELICE. AVG. LIB. ET
SVIS D. D. D. D

ac

FORTVNAE PRIMIGENIAE &c.

. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .

SIMVLACRA DVO
SPEI, &c.

Plura exempla afferri poſſunt: verum illa eruditis ſatis obvia ſunt.

Ad Romanorum Cæſares Auguſtoſve ut deveniamus, iſti vel

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

vel vivi adhuc, vel jam vita functi, cultu sive Heroico, sive Divino (vel flagitantibus aliis, vel ipsorummet placito aut jussu) colebantur. Hoc tamen hîc prius considerandum, moderatiores ambitione principes statuas suas in ipsis Templis; vel ibidem inter Deos poni ac dedicari noluisse: verum in istorum vestibulis ut ponerentur fuisse contentos. Quod patet in Augusto; cujus statuam cum vellet Agrippa in Pantheo (à se ædificato) dedicare, is id serio prohibuit: *Quare* (ut Suetonii verbis utar) *Agrippa quidem superioris Cæsaris Statuam in Pantheo, suam & Augusti in Vestibulo posuit.* Sic Trajanus, teste, in Panegyrico, Plinio Juniori; qui ipsum his verbis alloquitur: *Tibi maximus honos excubare pro Templis, postibusque prætexi. Sic fit ut Dei summum inter homines fastigium serves, cum Deorum non adeptus. Itaque tuam statuam in vestibulo Jovis Optimi Maximi unam alteramve, & hanc æneam, cernimus.*

Sed Cajus Caligula ac Domitianus & Commodus tali honore minime contenti statuas suas in Templis, atque inter Deos (quasi ipsorum paredri essent) poni, dedicari, & adorari ac coli voluerunt. Ac quidem de Cajo, quam stulte ac ridiculose circa hæc essent, audiamus rursus Dionem; qui ita lib. 59. loquitur: Ἀνακαλόντων δὲ αὐτὸν τὸ μὲν, ἥρωα, τὸ δὲ, θεὸν, δεινῶς ἐξεφέρησε· ἠξίου μὲν γὰρ πρότερον ὑπὲρ ἄνθρωπον νομίζεσθαι καὶ τῇ Σελήνῃ συγγίνεσθαι, καὶ ὑπὸ τοῦ νίκης στεφανοῦσθαι. Ζεὺς τε εἶναι ἐπλάττετο καὶ τοῦτο καὶ γυναῖκ' ἄλλας τε πολλὰς, καὶ ταῖς ἀδελφαῖς μάλιστα συνεῖναι προσεφασίσατο. Ἥρᾳ τε καὶ Ἄρτεμις καὶ Ἀφροδίτη πολλάκις ἐγένετο. πρὸς γὰρ δὴ τὴν τῶν ὀνομάτων μεταθεσιν καὶ ἄλλο κῆμα πᾶν τὸ προσῆκον σφίσιν ἐλάμβανε· καὶ ποτὲ μὲν ἡλυδριώδης ὡρᾶτο καὶ κεφαλὴν καὶ θύρσον εἶχε, ποτὲ δὲ ἀρρενωπὸς ῥόπαλον καὶ λεοντῆν ἐφόρει· λευκογένειός τε αὖ καὶ μέλας τοῦτο πανταχοῦ ἐφαιτάζετο τρίαινάν τε ἔσειν ὅτε σκηπτὸν καὶ κεραυνὸν αὖθις ἀνέτεινε παρθένῳ τε πολεμικῇ ὡμοιοῦτο, καὶ μετ' ὀλίγον ἐγυναικίζετο. ὅτω τε καὶ τῷ ῥυθμῷ τῆς σολῆς καὶ τοῖς προσθέτοις τοῖς τε περιθέτοις ἀκριβῶς ἐποικίλ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

λετο· καὶ πάντα μάλλον δοκεῖν, ἢ ἄνθρωπον εἶναι, ἤθελε. Καί ποτέ τις ἀνὴρ Γαλάτης ἰδὼν αὐτὸν ἐπὶ βήματος ὑψηλοῦ ἐν Διὸς εἴδει χρηματίζοντα, ἐγέλασεν. Ὁ δὲ Γαίου σκάλησεν αὐτὸν καὶ ἀνήρετο, τί σοι δοκῶ εἶναι καὶ ὅς ἀπεκρίνατο (ἐρῶ γὰρ αὐτοῦ τὸ λεχθὲν) ὄλι μέγα παραλήρημα καὶ κάδος μέντοι δεινὸν ἔπαθε. σκυτοτόμος γὰρ ἦν. ὅτῳ πῃ ῥᾷον τὰς τῶν τυχόντων ἢ τὰς τῶν ἐν ἀξιώσει τινὶ ὄντων παῤῥησίας οἱ τοιοῦτοι φέρουσι. ταῦτα μὲν ἐν τῷ σχήματι, ὁπότε τις θεὸς ἐπαλάθετο εἶναι, ἐλάμβανε· καὶ αὖτις ἐς ἱκετείαι καὶ ὀχὰς θυσίαι τε καὶ τὸ σεβάσφενοι σεσόμενος. *Proinde aliis eum Heroëm, aliis Deum vocantibus, vehementi insania correptus est. Jam ante quoque humano fastigio altior haberi volebat, seque cum Luna coire, & à Victoria coronatum esse videri. Jovem autem se fingebat, eaque occasione cum multis aliis mulieribus, & cum sororibus congressum esse præ se ferebat: sæpe Juno, Diana, Venusque fiebat, mutato cum nomine etiam omni habitu. Inde aliquando muliebri ornatu conspiciebatur, crateram ac thyrsum gerens: modò viriliter compositus clavam & leonis pellem gestabat; aliàs barbatus conspiciebatur, aliàs imberbis: nunc tridentem tenens, nunc fulmen vibrans: jam Virgini bellatrici se assimilabat; mox in mulierem transformabatur: denique compositione vestitus, & tam appositiis, quam circumpositiis ornamentis, exquisite se variegabat; quidvis potius, quam homo videri cupiens. Forte quadam die accidit, ut Gallus quidam eum pro excelso tribunali sub specie Jovis Oracula dantem videret, ac viso rideret: eum Cajus vocatum percontatus est, quidnam ipsi esse videretur. Magnum respondit ille (verba enim ejus ponam) deliramentum. Idque impune tulit; quod esset sutor. Nam hujusmodi homines facilius vulgarium, quam aliqua dignitate præstantium libertatem tolerant. Hoc igitur habitu se inducbat, quum Deum se fingere vellet:* SUPPLICATIONESQUE *ei &* VOTA & SACRIFICIA, *pro singulorum ratione fiebant.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

bant. Ut plurimum in ſerico veſtitu, aut triumphali ornatu in publico verſabatur.

Hæc ut irridenda vere erant, ſic non minus illa quæ idem Auctor hoc modo [paucis aliis interpoſitis] perſequitur. *Vitellius à Cajo accitus, ut interficeretur: eo modo ſe neci eripuit. Compoſuerat ſe longe, quam gloria ac dignitas ejus ferret, alio habitu* [adibat enim ipſum, teſte Suetonio, *capite velato circumvertenſque ſe, ac deinde procumbens*] *Cajique pedibus advolutus, effuſis lachrymis, atque illum ſimul & Deum appellans ſæpius, & adorans, tandemque vovens, ſi incolumis evaſiſſet, ſe ei ſacrificaturum, ita hominem emolliit, ut non modo ſuperſtes maneret, ſed etiam inter præcipuos poſthac amicos haberetur. Aliquando Cajus rem ſibi eſſe cum Luna dixit, percontatusque eſt Vitellium, vidiſſetne ſe cum Dea congredi: tum Vitellius, quaſi attonitus, oculis in terram demiſſis, tremens, exili voce: Solis, inquit, Domine vobis Dis licet invicem videre.* Pergit deinde. *Cajus verò ulterius provectus Romæ ſibi Templum extruxit; atque in Capitolio quidem ſibi manſionem ædificaverat, ut poſſet cum Jove (ſic enim ferebat) converſari: ſed indignum putans, ſe in eo contubernio poſteriores ferre, incuſato ſimul Jove, quod Capitolium occupaviſſet, ipſe in Palatio properatò ſibi Templum poſuit.* Ac paulo poſt (ne omnia afferendo tædioſus nimis ſim) ita pergit: *Tum ſeipſum Jovem Latialem appellans Sacerdotes addidit Cæſoniam uxorem ſuam, Claudium, alioſque ditiſſimos, centies ſeſtertium à ſingulis eo nomine accipiens. Ipſe etiam ſibi Sacerdos fuit, equumque ſuum collegam Sacerdotii adſcivit. Immolabantur autem ei ſingulis diebus aves delicatæ, ac magni pretii.*

Ultimis his verbis Suetonii hæc ſequentia commentario ſunto: *Templum etiam numini ſuo proprium, & Sacerdotes & excogitatiſſimas hoſtias inſtituit. Amiciebanturque veſte, quali*

ipſe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

ipſe uteretur. Magiſteria Sacerdotii ditiſſimus quiſque & ambitione & licitatione maxima vicibus comparabant. Hoſtiæ erant Phœnicopteri, pavones, tetraones, Numidicæ, meliagrides, phaſianæ, quæ generatim per ſingulos dies immolarentur.

Verum ut ad Domitianum deveniam, de hoc, (poſt verba illa ſupra ex ipſo de Trajano allata) ita Plinius in Panegyrico: *At paulo ante* [ſub Domitiano] *aditus omnes, omnes gradus, totaque area hinc auro, hinc argento relucebat, ſeu potius polluebatur, cum inceſti Principis ſtatuis permixta Deorum ſimulacra ſorderent*, &c.

De Commodo ita jam pluries adductus Dio (lib. 72.) Καὶ ἀνδριάντες αὐτὸ παμπληθεῖς ἐν Ἡρακλέους σχήματι ἔστησαν. καὶ τὸν αἰῶνα ὃν ἐπ' αὐτοῦ, χρυσοῦντε ὀνομάζεσθαι καὶ ἐς τὰ γράμματα πάντα ὁμοίως ἐσγράφεσθαι ἐψηφίσθη. ἔτους δὲ ὁ χρυσοῦς, ἔτος ὁ θεὸς, ἔτος ὁ Ἡρακλῆς, ἔτος ὁ θεὸς (καὶ γὰρ καὶ τοῦτ' ἦκεν) ἐξαίφνης ποτὲ μεσημβρίαν ἐκ τῶν προαστίων σπουδῇ ἐς τὴν Ῥώμην ἐλάσας, τριάκοντα ἵππων ἁμίλλας ἐν δύσιν ὥραις ἐποίησεν. *Pleræque ſtatuæ habitu Herculis ei collocatæ ſunt, decretumque fuit, ut id ævum, quo principatum teneret, nominaretur Seculum aureum, idque in omnibus literis ſcriberetur. Hic verò aureus, hic Hercules, hic* DEUS *(nam hoc quoque nomine appellabatur) aliquando de improviſo poſt meridiem ex ſuburbio celeriter Romam venit, ac triginta equorum certamen duabus horis perfecit*, &c.

Idem hic Dio, interim, de Cæſare Auguſto (lib. 51.) hæc ſequentia narraverat: Καίτοι δὲ ἐν τούτῳ τά τε ἄλλα ἐχρημάτιζε, καὶ τεμένη τῇ τε Ῥώμῃ, καὶ τῷ πάτρῳ τῷ Καίσαρι, ἥρωα τε αὐτὸν Ἰούλιον ὀνομάσας, ἐν τε Ἐφέσῳ καὶ ἐν Νικαίᾳ γενέσθαι ἐφῆκεν. ἅπασαι γὰρ σχεδὸν αἱ πόλεις ἐν τε τῇ Ἀσίᾳ καὶ ἐν τῇ Βιθυνίᾳ προελόμεναι καὶ τοῦτο καὶ τοῖς Ρωμαίοις τοῖς παρ' αὐτοῖς ἐποικοῦσι τιμᾶν προσέταξε· τοῖς δὲ δὴ ξένοις (Ἕλληνας σφᾶς ἐπικαλέσας) ἑαυτῷ μὲν καὶ τοῖς Ἀσιανοῖς ἐν Περγάμῳ, τοῖς δὲ Βιθυνοῖς ἐν Νικομηδείᾳ τεμενίσαι ἐπέτρεψε.

τρεψε. καὶ τοῦτ' ἐκεῖθεν ὁρμώμενον, καὶ ἐπ' ἄλλων αὐτοκρατόρων οὐ μόνον ἐν τοῖς Ἑλληνικοῖς ἔθνεσιν, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ὅσοι τῇ Ρωμαίων ἀρχῇ, ἐγένετο. ἐν ᾧ τοι τῷ ἄστει, τῇ τ' ἄλλῃ Ἰταλίᾳ, οὐκ ἔστιν ὅστις τῶν καθ' ὁποσοῦν λόγου τινὸς ἀξίων ἐτόλμησε τοῦτο ποιῆσαι. μεταλλάξασι μέντοι καίσαρσι τοῖς ὀρθῶς αὐτοκρατήσασιν ἄλλά τε ἰσόθεοι τιμαὶ δίδονται, καὶ δὴ καὶ ἡρῷα ποιεῖται. ταῦτα μὲν ἐν τῷ χειμῶνι ἐγένετο, καὶ ἔλαβον καὶ οἱ Περγαμηνοὶ τὸν ἀγῶνα τὸν ἱερὸν ὠνομασμένον ἐπὶ τῇ τοῦ νεῴ αὐτοῦ ἡμέρᾳ ποιεῖν. *Cæsar hoc tempore & alia quædam statuit, & Templum Urbi Romæ patrique Cæsari, quem Heroa Julium nominavit, Ephesi & Nicææ fieri permisit (hæ enim tunc urbes Asiæ & Bithyniæ clarissimæ habebantur) ut* AB INCOLIS ROMANIS *colerentur: extraneis autem hominibus, quos Græcos ipse appellabat, concessit ut sibi ipsi quoque Templa facerent: Asiani quidem Pergami, Bithyni vero Nicomediæ. Id ab hoc initio tractum, reliquorum in honorem Imperatorum non in Græcis tantum Provinciis factum est, sed & apud omnes populos Romanis subditos. Nam* ROMÆ *quidem &* IN ITALIA NEMO *unquam alicujus pretii homo id facere ausus est: quamquam illic quoque defunctis Imperatoribus, qui Imperio recte usi sint, cum alii Divini honores dantur, tum* SACRARIA *tribuuntur. Hæc ea hyeme acta, & Pergamenis quoque ut ludos, quos sacros dicunt, in honorem Templi ejus, celebrarent, permissum.* Quod Romæ quoque huic Augusto Cæsari jam defuncto factum fuisse, idem hic Dio, lib. 56. clare notat.

Plura verò Templa Cæsari Augusto, partim adhuc ipso vivo, partim jam post obitum ejus, dedicata fuisse, indicat idem rursus Dio; dum lib. 57. ita de Tiberio loquitur: Τά τε ἀγάλματα τὰ ἡρῷα αὐτοῦ, καὶ ὅσοι οἱ δῆμοι καὶ ὅσοι οἱ ἰδιῶται ἐποίησαν, τὰ μὲν αὐτὸς καθιέρωσε, τάδε τῷ πονπφίκιον ἔτει ἀνέθηκε. *Statuas & Fana ipsi [Augusto] à populis, aut [NB.] privatis facta, partim ipse dedicavit [utpote*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Pontifex Maximus] *partim ſacranda Pontificibus injunxit.*

Sic Nero Claudium (quamvis per deridiculum potius quam ſerio) in Deorum numerum Conſecratione retulit. Unde & Seneca loco ἀποθεώσεως, ἀποκολακύνθωσιν conſcripſit Satyram: ut qui per boletum, qui ipſius *tremulum caput deſcendere juſſit in cœlum*, ad plures abiit.

Sic denique & alii Cæſares hiſce poſteriores (vel alii ipſorum permiſſu) pluribus jam vita defunctis Cæſaribus ſimul (ſive ſolenni quoque ritu iſti conſecrati eſſent, ſive aliter pro Divis habiti) Templa, dedicarunt; uti tam ex Plinii Epiſt. 24. lib. X. quam Vopiſco (de Tacito Imperatore) patet. Plinii verba ad Trajanum Imperatorem hæc ſequentia ſunt: *Quum divus pater tuus, domine, & oratione pulcherrima, & honeſtiſſimo exemplo omnes cives ad munificentiam eſſet cohortatus, petii ab eo ut ſtatuas principum, quas in longinquis agris per plures ſucceſſiones traditas mihi, quales acceperam cuſtodiebam, permitteret in municipium transferre, adjecta ſua ſtatua. Quodque ille mihi cum pleniſſimo teſtimonio indulſerat, ego ſtatim decurionibus ſcripſeram, ut adſignarent ſolum, in quo templum mea pecunia exſtruerem: illi in honorem operis ipſius electionem loci mihi obtulerant. Sed primum mea, deinde patris tui valetudine, poſtea curis delegati à vobis officii retentus, nunc videor commodiſſime poſſe in rem præſentem excurrere. Nam & menſtruum meum calend. Septembris finitur, & ſequens menſis complures dies feriatos habet. Rogo ergo, ante omnia permittas mihi, opus quod inchoaturus ſum, exornare & tua ſtatua: deinde ut hoc facere quam maturiſſime poſſim, indulgeas commeatum. &c.*

Vopiſcus de Imperatore Tacito hæc teſtatur: *Divorum Templum fieri juſſit, in quo eſſent ſtatuæ Principum bonorum. Ita ut iiſdem Natalibus ſuis, & Parili-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

rilibus & Kalendis Januariis, & Votis, libamina ponerentur.

Neque ſolum Templis publice hos Divos honorabant, verum & in Lararіis ipſos colebant: quæ Lararia vel majora, ſeu majoris dignitatis ac Sanctitatis; vel minora, ſeu ſecunda, inferioriſque gradus ac dignitatis erant. Hinc Lampridius in Alexandro Severo: *Virgilium autem, Platonem Poetarum vocabat, ejuſque imaginem cum Ciceronis ſimulacro, in ſecundo Lararіo habuit; ubi & Achillis & Magnorum virorum. Alexandrum vero Magnum inter Divos & optimos in Lararіo Majore conſecravit.* De quo poſteriori *Lararіo* quoque (uti optime notavit Caſaubonus) idem hic Lampridius intelligendus eſt, cum de eodem Alexandro ita loquitur: *Uſus vivendi eidem hic fuit: Primum ut, ſi facultas eſſet, i. e. ſi non cum uxore cubuiſſet, matutinis horis in Lararіo ſuo (in quo & Divos principes, ſed optimos, electos, & animas ſanctiores, in queis & Apollonium, & quantum ſcriptor ſuorum temporum dicit, Chriſtum, Abraham, & Orpheum, & hujuſcemodi Deos habebant ac Majorum effigies) rem Divinam faciebat*, &c.

Quid quod & Liberti Cæſarum etiam vivi inter Lares ſacrati colerentur. Certe de *Narciſſo* & *Pallade* id narrat Suetonius; qui dum de fœdiſſimis adulationibus Vitellii loquitur (cap. 2. ipſius vitæ) hæc ſequentia habet: *Narciſſi quoque & Pallantis imagines aureas inter Lares coluit.* Præter quod exemplum credo ſimile non inveniri. Quin & videmus ſtatuas tales tanta cum veneratione fuiſſe cultas, ut & oſcularentur ipſas. Hinc enim Suetonius, in Caligula (cap. 7.) de Agrippinæ filiolo: Auguſtus [ſtatuam ejus] in cubiculo ſuo poſitam quotieſcunque introiret exoſculabatur. Quod Dio de Pertinacis quoque ſtatua narrat, lib. 74. nempe Severum & Pertinacis propinquos Pertinacis ſtatuam exoſculatos fuiſſe. Cum alias is cultus (ſaltem temporibus magis antiquis ſolis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Dîs exhiberetur; atque inde Cicero, Verr. IV. de Herculis ſtatua apud Agrigentinos narret: Rictum ejus ac mentum paulo fuiſſe attritius; quod in precibus ac gratulationibus non ſolum id venerari, verum & oſculari ſolerent.

Nec ſolos viros in Deorum numerum Conſecratione referebant: ſed & ipſas fœminas. Hinc Prudentius adverſus Symmachum: *Adjecere ſacrum fieret quo Livia Juno*, &c. ac de Druſilla Dio lib. 59. hoc modo: καὶ εἴ τέ τι ἄλλο ὅσου τῇ τε Λιβίᾳ ἐδέδοτο, ἐψηφίσθη, καὶ ἵνα ἀθανατισθῇ, καὶ εἰς τὸ βελευτήριον ἀφικομένη ἀνατεθῇ, καὶ ἐς τὸ ἐν τῇ ἀγορᾷ Ἀφροδίσιον ἄγαλμα αὐτῆς ἰσομέτρητον τῷ τῆς θεοῦ ἐπὶ ταῖς ὁμοίαις πομπαῖς ἱερωθῇ· οἶκός τε ἴδιος οἰκοδομηθῇ, καὶ ἱερεῖς εἰκόσιν ἀφ' ὅπερ ἄνδρες, ἀλλὰ καὶ γυναῖκες γεραίρωνται ἄπερ γυναῖκες αὐτήν, οἷαίς ἂν μαρτυρῶσί τι, ὀμνύωσι, καὶ ἐν ταῖς γενεσίοις αὐτῆς ἑορτή τε ὁμοία τοῖς Μεγαλησίοις ἄγηται, καὶ ἡ γερουσία ἢ τε ἱππὰς ἑστιᾶται. Τότε δὴ Πάνθεά τε ὠνομάζετο, καὶ ἱερὰ δαιμονίων ἐν πάσαις ταῖς πόλεσιν ἠξίου. *Decreta ei omnia quæ Liviæ, ac inſuper, ut immortalis haberetur. Ut in æde Veneris in foro ſimulacrum Druſillæ paris cum Deæ magnitudinis, & iiſdem colendum honoribus conſecraretur: ut peculiare fanum ei ædificaretur, eamque ſtatuis ſacris non modo viri, ſed mulieres etiam venerarentur: ut mulieres eam jurarent, quoties aliquid eſſent teſtaturæ: ut natali ejus die ludi Megalenſibus ſimiles fierent, epulumque ſenatui & equitibus daretur. Itaque tunc Panthea vocata eſt, & Divinis honoribus per omnes urbes culta.*

Denique ipſe ille Marcus Aur. Antoninus Philoſophus ac ſapiens alias vir (teſte Capitolino in ipſius vita) * *Petiit à Senatu ut honores Fauſtinæ* (at quali fœminæ!) *ædemque decernerent. Novaſque puellas Fauſtinianas inſtituit in honorem uxoris mortuæ Divam & Fauſtinam à ſenatu appellatam gratulatus eſt*, &c. Sic (in Anton. Pio) *Tertio anno Imperii ſui Fauſtinam uxorem perdidit, quæ* A SENATU *con-*

* Cicero in Tullio.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

conſecrata eſt, delatis Circenſibus atque Templo, & Flaminicis, & ſtatuis aureis & argenteis. Sic Sodales quoque Aurelianos habemus apud Capitolinum; ſicut & eoſdem & Martianos, & alios plurimorum Cæſarum, in inſcriptionibus apud Gruterum: qui ibi inveſtigandi.

Nec ſolæ principes fœminæ Conſecratione honorabantur; verum etiam fœminæ quandoque privatæ; minoris ſaltem longè quam Cæſarum notæ. Ita enim Cicero (qui alias talia ridere non veretur) ſuper Tullia filia ipſius jam denata loquitur: *Etenim habeo nonnullos ex iis quos nunc auctores qui dicant id fieri oportere quod ſæpè tecum egi* [conſecrationem videlicet filiæ] *& quod à te approbari volo; de fano illo dico, de quo tantum, quantum me amas, velim cogites. Equidem neque de genere dubito. placet enim mihi Cluatii: neque de re. Statum enim eſt de loco nonnunquam. Velim igitur cogites. Ego quantum his temporibus tam eruditis fieri poteſt, profectò* ILLAM *conſecrabo omni genere monumentorum, ab omnium ingeniis ſcriptorum, & Græcorum & Latinorum. Quæ res forſitan ſit refricatura vulnus meum: ſed jam quaſi voto quodam, & promiſſo me teneri puto.* &c.

Addi his poſſent illa, quæ in fine Conſolationis, ſuper hac re loquitur. At quum eruditi Conſolationem iſtam Ciceroni abjudicent, iſta non afferam. Lector quiſquis ea deſideret, ipſam illam adeat Conſolationem. Sufficit mihi, quod de facto conſtet.

Statius autem de Abaſcantii in Priſcillam pietate, in hunc modum canit:

— — *Mox in varias mutata novaris*
Effigies: hoc ære Ceres, hoc lucida Gnoſis,
Illo Maja tholo, Venus hoc non improba ſaxo,
Accipiunt vultus haud indignata decoros
Numina.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Sic denique (ne plura exempla adducam) Herodes Atticus, Regillam inter Deas, seu potius Heroinas, retulit, ut sic Heroico coleretur cultu; sive tali, qui Heroibus, vel Indigetibus debebatur. Ad quem cultum nemo cogi poterat: cum ille non ultra familiam sic consecrati consecratæve extenderetur: utpote qui privatim i. e. à privatis, quatenus non ex auctoritate publica, consecrati essent. Quod aliter in Cæsaribus ipsorumque uxoribus obtinebat: qui auctoritate publica in Indigetum numerum (quandoque & Deorum majorum gentium) intrudebantur. quare & illis publicus cultus debebatur: hinc igitur Herodes, sub finem Dedicationis:

——— ——— ——— ᾧ δὴ φίλον ἱερὰ ῥέξαι
καὶ θύσαι· θυέων αἰτὴρ ἐκ αἐκοντος ἀνάγκη.
Εἰ δὲ τι δ' εὐσεβέεσι καὶ ἡρώων ἀλεγίζειν,
Οὐ μὲν γὰρ θνητὴ· αἰζὴρ ἐδὲ θέσπις πέπυκται·
Τὼ ἕνεκεν οὔτε νεὼν ἱερὸν λάχεν οὔτε τι τύμβου,
Οὐδὲ γέρα θνητοῖς, αἰτὴρ ἐδὲ θεοῖσιν ὁμοια.
Σῆμα μὲν οἱ νηῷ ἴκελον δήμῳ ἐν Ἀθήνης.
Ψυχὴ δὲ σκῆπτρον Ραδαμάνθυ ἀμφιπολεύει
Τῶ δὲ Φαυστείνη κεχαρισμένον ἦσαν ἄγαλμα
Δήμῳ ἐνὶ Τροπέων. &c.

——— ——— ——— *Cui sacrificare voluntas*
Sacrificet: nec enim invitum dare thura necesse est:
Sed si cui Heroum cura est non temnere cultum.
Nec mortalis enim, sed nec Dea jure putanda est:
Nec Templum illa quidem, sed nec sortita sepulcrum:
Non hominum sed nec Divum [puta Deorum] mereatur honores.
Par Templo moles huic surgit in urbe Minervæ
Ast anima in regno Rhadamanthi læta vagatur. &c.

Ita nimirum ut παρεδρα esset Dîs Inferis. At de Faustina Marci

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Marci Antonini uxore, ut de Dea quadam (Dianæ ſimilibuſque ſuppare ſaltem) non ut de Heroina (adulatorie) loquitur. An autem in eodem Templo, cum Fauſtina hæc Regilla dedicata fuit, incertum; quamvis id non immerito probabile ponat Magnus ille Cl. Salmaſius.

Interim de Fauſtina cui Regillam ſuam commendat, ita Herodes noſter:

In pago Triope Fauſtinæ hæc grata locatur
Effigies. Latis Templum prætexitur agris,
Ordine ubi poſitæ vites, oleæque feraces.
Nec Dea fœmineæ dux & Regina catervæ
Abnuet hanc Nympham ſacris ſibi adeſſe miniſtram.
Spreta ſagittiferæ nec enim Iphigenia Dianæ.
Cæſia nec Gerſen eſt aſpernata Minerva.
Nec quæ inter Priſcas regnum tenet Heroinas
Cæſaris hanc magni poſſit contemnere Mater,
Mixta choris cupiet cum ludere ſemidearum.
Ipſa enim Elyſias moderatur Diva choreas,
Cumque ipſa, Alcmeneque, beataque Cadmeone.

Si ipſa Græca verba mavis, ſunt hæc ſequentia:

Τῷ δὴ Φαυστείνῃ κεχαρισμένον ἦτορ ἄγαλμα
Δήμῳ ἐνὶ Τριοπέῳ· ναῖε πάρος δ' ἀρέες ἀγρεὶ
Καὶ χορὸς ἡμερίδων τ' ἐλαωνήεντες ἄρουραι·
Οὐ μὲν ἀπιμήσεται θεὰ βασίλεια γυναικῶν
Ἀμφίπολον γερσὶν ἔμμεναι, ἠὲ ὀπάονα νύμφην.
Οὐδὲ γὰρ Ἰφιγένειαν εὐθρονος ἰοχέαιρα,
Οὐδ' Ἔρσην γοργῶπις ἀπηλίμησεν Ἀθήνη.
Οὐδέ μιν ἡρώῃσι παλαιῇσιν μεδέουσα,
Καίσαρος ἰφθίμοιο παρθένιος μήτηρ
Ἐς χορὸν ἐρχομένην ποτιερσάων ἡμιθεάων,
Ἠ λάχεν ἠλυσίῃσι χοροστασίῃσι ἀνάσσειν,
Αὐτή γ' Ἀλκμήνη τε, μάκαιρά τε Καδμειώνη.

Ut

Ut autem redeamus ad Imperatores seu Cæsares Romanorum; de talium Consecrationibus, Arnobius lib. I. (quamvis illa & ad aliorum Reges consecrandos vel consecratos pertineant) ita loquitur: *Tyrannos ac reges vestros, qui postposito Deorum metu, donaria spoliant populanturque Templorum qui . . . . . appellatis Indigetes, atque Divos: & quos odiis acrioribus conveniebat à vobis carpi,* PULVINARIBUS, ARIS, TEMPLIS, *atque alio mactatis cultu, ludorum & celebritate natalium.*

Quid quod Julius Cæsar etiam adhuc vivo sibi talia decerni passus fuerit? Sic enim de ipso Suet. cap. 76. *Sed & ampliora etiam humano fastigio decerni sibi passus est: sedem auream in curia, & pro tribunali, thensam & ferculum circensi pompa, Templa, aras, simulacra* JUXTA DEOS, *pulvinar, flaminem, Lupercos, appellationem mensis è suo nomine.*

Quo tamen longe moderatior Augustus, qui talia non nisi in Provinciis passus fuit: quamvis ei post mortem non minora decreta fuerint, ut jam inter Divos Consecratione recepto. Hinc enim Prudentius, hoc modo:

Hunc morem veterum docili jam ætate secuta
Posteritas, Mense, atque Adytis, & Flamine & Aris
Augustum coluit, vitulo placavit & agno:
Strata ad pulvinar jacuit; Responsa popposcit.
Testantur tituli, produnt consulta Senatus
Cæsarem JOVIS AD SPECIEM *statuentia Templum.*

Quo minus mirum est nos apud Capitolinum de Marco Aurelio hæc sequentia legere: *Et parum sane fuit, quod illi honores Divinos omnis ætas, omnis sexus, omnis conditio & dignitas dedit, nisi quod & sacrilegus judicatus est, qui ejus imaginem in domo sua non habuit, qui per fortunam*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

nam vel potuit habere vel debuit. Denique hodieque in multis domibus M. Antonini ſtatuæ conſiſtunt inter Deos Penates. Nec defuerunt homines qui SOMNIS EUM MULTA PRÆDIXISSE FUTURA, *& vera, concinuerunt. Unde etiam Templum ei conſtitutum, dati Sacerdotes Antoniniani & Flamines, & omnia quæ deſecratis decrevit antiquitas.*

Operæ pretium mihi videtur huc adducere illa, quæ, tam apud Dionem quam apud Herodianum, de Conſecrationibus Cæſarum Auguſti, Pertinacis, ac Severi habentur, quæ tamen Latine tantum afferam, quod longiuſcula ſint, ac facile textus Græcus horum ſcriptorum ab iſtius linguæ peritis inſpici queat.

De Auguſto igitur ita loquitur Dio, lib. 56. in fine: *Tum vero inter immortales eum indigetarunt, & Flamines* [Flaminem & Flaminicam] *ei cum ſacris, & Sacerdotem Liviam .... conſtituerunt, lictoreque uti eam in ſacrificiis permiſerunt. Cæterum Livia Numerio cuidam Attico, ſenatori & prætorio decies ſeſtertium dono dedit; quod, juraverat, vidiſſe ſe Auguſtum in cœlum aſcendentem, quemadmodum antiquitus Romulum Proculus vidiſſe perhibetur. Decretum quoque Romæ Auguſto Sacrarium* [ἡρῶον] *à ſenatu fuit, à Livia autem & Tiberio factum: alibi quoque multis locis ei fana exſtructa ſunt à populis, partim volentibus, partim invitis: Nolæque domus in qua deceſſiſſet, in Templum mutata. Dum ejus Romæ Templum ædificabatur, auream ipſius imaginem in æde Martis lecto impoſitam collocaverunt; eique tribuerunt omnia, quæ deinceps ſimulacro delubri ejus erant exhibituri. Decretum porro eſt, ne imago ejus ullo in funere cujuſquam ferretur: ut natalitiis ejus ludis, conſules quemadmodum Martis fieri ſolitum, præmia certaminum proponerent. Auguſtalia tribuni plebis, tanquam ſacri, celebrarent: ique omnia reliqua eo,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

quo consueverant fieri more peregerunt, veste triumphali ludis circensibus usi; currum tamen non conscenderunt. Præter hæc, in palatio Livia peculiares triduo ludos in honorem Augusti fecit, qui ipsi quoque secundo loco ab Imperatoribus cujusque temporis exhibentur.

Pertinacis Cæsaris Apotheosin ita narrat Dio: *Sacrarium* [ἡρῶον] *Pertinaci fecit, ejusque nomen votis & Sacramentis omnibus jussit usurpari: præcepitque ut statua ejus aureo curru ab elephantis veheretur in circum, utque ei tres sellæ aureæ in reliqua theatra perferrentur. Huic funus, etsi dudum obierat, ita factum est. Exstructum erat in foro Romano tribunal ligneum pone tribunal lapideum: super eo ædicula parietum expers, columnis innixa, ebore ac auro variè ornata: & in ea lectus consimilis illatus fuit, cui imago Pertinacis cerea, ornatu triumphali, à qua puer egregia forma, ita ut si dormiret Pertinax, pennis pavonis muscas abigebat. Ubi sic publicè jacebat expositus, Severus, noscque Senatores uxoresque nostræ, accessimus funebri vestitu: illæ in porticibus, nos sub dio sedebamus. Quibus ita dispositis, primo transierunt statuæ omnium veterum Romanorum illustrium, tum chori puerorum & virorum, qui lugubre de Pertinace carmen cantabant: deinde nationes omnes subjectæ Imperio Romano in statuis æneis sic ornatis, ut est cujusque gentis patria consuetudo. Sequebantur post varia genera civium, lictorum, scribarum, præconum, & qui sunt ejusdem generis. Veniebant deinceps statuæ multorum aliorum, quos præclare feciſſe aliquid, aut excogitaſſe, aut in aliquo nobili studio floruiſſe constaret. Subsequebantur equites & pedites armati, certatores equi, atque ea quæ ad parentandum pertinebant, quæ ab ipso principe & à nobis uxoribusque nostris, & à clarissimis equitibus & populis, & à collegiis Urbis missa fuerant. Postremo ferebatur altare inauratum, ornatumque ebore & lapil-*

lis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

lis Indicis. Quæ postquam transierunt, Severus ascendit in Rostra, & laudationem Pertinacis recitavit. cumque oraret crebro exclamatum est à nobis, partim laudantibus Pertinacem, partim lugentibus: sed oratione finita multo magis. Ac tandem, quum lectum de loco, in quo erat, moveri oporteret; omnes simul lamentati sumus, ac flevimus. Lectum tulere à tribunali Pontifices & Magistratus, non modo qui tum erant, sed etiam ii, qui fuerant in sequentem annum designati; eundemque postea tradidere nonnullis equitibus, ut ferrent. Pars nostrum lectum anteibat, & nonnulli plangebant, alii lugubre quiddam submisse tibiis accinebant. Imperator postremus sequebatur. Ita in campum Martium venimus. Hic extructus erat rogus instar turris formâ quadrangulâ ebore & auro ac nonnullis statuis ornatus. In summo ejus currus inauratus, quem Pertinax agitabat [collocatus erat]. *In hunc rogum conjectis primo iis, quæ allata fuerant parentandi causa, lectus impositus est. Post Severus & propinqui Pertinacis, simulacrum ejus osculantur. Quo facto Imperator tribunal conscendit, nos Senatores, exceptis Magistratibus in foros conscendimus, ut tutò simul ac commode spectaremus, ea quæ gererentur. Magistratus & ordo equestris, habitu sibi convenienti, & milites tam equites, quam pedites, fecere circum rogum in orbem discursationes urbanas & pyrrichias: deinde Consules ignem rogo injecere. Quod cum esset factum, Aquila ex rogo evolavit; itaque Pertinax indigetatus est.*

Ut autem plures ceremoniæ ac circumstantiæ comparent quam in Consecratione Augusti (cum qua an convenerit illa Claudii, cujusque meminit in fine libri LXI. incertum est) sic aliæ quoque ac plures, in ista Severi quam Herodianus nobis hoc modo describit: *Mos est enim Romanis consecrare Imperatores, qui superstitibus filiis vel successoribus*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

moriuntur: quique eo honore sunt affecti, relati dicuntur inter Divos. Est autem tota urbe quasi luctus quidam, festæ celebritati promiscuus; quippe functum vita corpus ritu hominum sumptuoso funere sepeliunt. Sed ceream imaginem, defuncto quam simillimam, fingunt, eamque in regiæ vestibulo proponunt, supra eburneum lectum maximum atque sublimem, vestibus instratum aureis. Et quidem imago illa ad ægroti speciem pallida recumbit. Circa lectum verò utrimque magnam partem diei sedent, à læva quidem senatus omnis vestibus atris amictus: à dextera verò matronæ, quas virorum aut parentum dignitas honestat. Harumque nulla vel aurum gestans vel ornata monilibus conspicitur, sed vestibus albis exilibus indutæ mœrentium speciem præbent. Intra spatium autem septem dierum fiunt quæ dixi: sed & medici subinde ingredientes: & postquam inspexerunt scilicet ægrotum, deterius se habere, identidem renuntiant.

Dein ubi jam visus obiisse diem, lectum humeris attollunt & qui ex equestri ordine sunt, & ex senatorio lectissimi juvenes, perque viam sacram in vetus forum deferunt, ubi Magistratus Romani deponere imperium consueverant. Utrinque autem gradus quidam sunt ad scalarum similitudinem exstructi, in quibus altera ex parte, puerorum chorus est è nobilissimis atque patritiis: altera, fœminarum illustrium hymnos in defunctum pæanasque canentium, verendo & lamentabili carmine modulatos.

Quibus peractis rursus attollunt humeris lectum, atque extra urbem perferunt in Martium campum: ubi quà latissime campus patet, suggestus quidam specie quadrangula, lateribus æquis assurgit, nulla præterquam lignorum ingentium materia compactus in tabernaculi formam. Id quidem interius totum est aridis fomitibus oppletum, extra autem intextis auro stragulis atque eboreis signis variisque picturis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

ris exornatum. Supra verò alterum minuſculum quidem poſitum eſt, ſed forma & ornatu perſimile, portis januiſque patentibus. Tertiumque item & quartum ſemper inferiore contractius: ac deinceps alia, donec ad extremum, quod eſt breviſſimum perveniatur. Poſſis ejus ædificii formam comparare turribus his qui portibus imminentes, noctu igne prælato, naves in tutas ſtationes dirigunt: pharos vulgo appellant. Igitur lecto in ſecundum tabernaculum ſublato, aromata & ſuffimenta omnis generis, fructus herbaſque ſuccoſque omnes odoratos conquirunt, atque acervatim effundunt. Quippe neque gens neque civitas, neque qui honore ullo aut dignitate præcellat, quin certatim pro ſe quiſque ſuprema illa munera principis honori deferant. Ubi verò ingens aromatum acervus aggeſtus eſt, ac locus omnis expletus, tum circa ædificium illud adæquitant, univerſis equeſtris ordinis certa quadam lege ac recurſu, motuque pyrrichio numeroque, in orbem decurrentibus. Currus item decenti ſimiliter ordine circumaguntur, inſeſſi purpuratis rectoribus, qui perſonas ferant, quæ habent imagines Romanorum omnium qui glorioſe exercitibus præfuerunt, aut regnarunt.

Quæ ubi celebrata ſunt, facem capit Imperii ſucceſſor, eamque tabernaculo admovet. Tum cæteri omnes undique ignem ſubjiciunt: cunctaque ilicò fomitibus illis aridis odoramentiſque referta, igni valido corripiuntur. Mox ab extremo minimoque tabernaculo, tanquam è faſtigio quodam ſimul cum ſubjecto igni aſcenſura in ætherem aquila dimittitur: quæ in cœlum creditur ipſam principis animam deferre. Ac jam ex illo una cum cæteris numinibus imperator colitur.

Poſt ejuſmodi Conſecrationem ipſorum & Templum parabatur; uti & interim Statua ſub habitu atque ornatu hujus illiuſve Dei (ut Jovis vel Apollinis vel alterius cujuſdam) in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

adytis, seu medio, vel interiori loco Templi ponebatur, de quo loco statim amplius: nunc de habitu paucula, quia alii satis multa (idque nummi abunde doceant) dicam. Cicero nempe ita de hac re loquitur (alicubi: *Jovem, Junonem, Minervam, Vulcanum, Appollinem, reliquos Deos ea facie novimus qua pictores fictoresque voluerunt; neque solum* FACIE, *sed etiam ornatu ætate, atque vestitu.*

Ad faciem quod attinet eadem quæ Cicero, Lucianus quoque affert; dum in Dialogo de Sacrificiis: Ἔπειτα ἢ ναοὺς ἐγείραντες, ἵν' αὐτοῖς μὴ ἄοικοι, μὴ ἢ ἀνέστιοι δῆθεν ὦσιν, εἰκόνας αὐτῶν ἀπεικάζουσι, προσκαλέσαντες ἢ Πραξιτέλην, Πολύκλειτον, ἢ Φειδίαν. οἱ ἢ, οὐκ οἶδα ὅπως ἰδόντες, ἀναπλάττουσιν γενειήτην μὲν τὸν Δία, παῖδα δ' ἐς ἀεὶ τὸν Ἀπόλλωνα, καὶ τὸν Ἑρμῆν ὑπηνήτην, καὶ Ποσειδῶνα κυανοχαίτην, καὶ γλαυκῶπιν τὴν Ἀθηνᾶν. *Deinde verò fanis in honorem illorum erectis, ne tectis aut penatibus careant, effigies illorum exprimunt, adhibito ad id vel Praxitile, vel Polycleto, vel Phidiâ. At hi, nescio ubi visos, illos effingunt, Jovem quidem barbatum, Apollinem verò semper puerum, Mercurium ducentem primam lanuginem, Neptunum nigro capillitio, cæsius oculis Minervam.*

Quibus concordant fere hæc sequentia, loquente ita Priapo:

Notas habemus quisque corporis formas.
Phœbus comosus: Hercules lacertosus.
Trahitque Bacchus virginis tener formam:
Minerva flavo lumine est: Venus peto:
Frontem comatos Arcadas vides Faunos:
Habet decentes nuntius Deum plantas:
Tutela Lemni dispares movet gressus:
Intonsa semper Æsculapio barba est:
Nemo est feroci pectorosior Marte: &c.

Hinc-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Hincque illud Prudentii de Auguſto jam inter Divos relato: *Teſtantur tituli, produnt conſulta ſenatus Cæſareum* JOVIS *ad* SPECIEM *ſtatuentia Templum.* Quæ tamen & ad ornatum ac veſtitum trahi queant.

Ad ornatum hunc igitur *Veſtitus* pertinebat, ſicut & Arma quæ Deo Deæve huic illive peculiaria erant, ac *radii*, quibus capita *Divorum*, ut *Deorum* ornabantur: unde Lucanus Pharſal. lib. 7. de Cæſaris anima: *Fulminibus Manes, radiis ornabit & aſtris. Inque Deum templis jurabit Roma per umbras*; uti ſtella Cæſaris capiti, (in nummis ipſius apud Goltzium videndis) impoſita. Unde & idem Virgilius: *Ecce Dionæum procedit Cæſaris* ASTRUM. Sic ipſe radiatus, apud eundem Goltzium comparet, cum inſcriptione ſequenti Γ. ΙΟΥΛΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΘΕΟΣ. Et in ſtatua quoque (nummo expreſſa) radiato capite cum ramulo in dextra manu, & haſtile [quod inſigne Deorum ſimulacris addebatur; eo quod olim haſtæ conſecratæ pro Dîs cultæ fuiſſent] in ſiniſtra, cum titulo, *Auguſto Deo.* Nec Statius aliter (de radiis) in Thebaide, dum ita canit:

——— *Licet ignipedum frænator equorum*
Ipſe tuus alte radiantem crinibus arcum
Imprimat.

Quibus addas denique Plinii hæc ad Trajanum verba: *Horum unum ſi præſtitiſſet alius, illi jam dudum radiatum caput, & media inter Deos* SEDES *auro* STARET *aut ebore, auguſtioribuſque aris & grandioribus victimis invocaretur.*

Quinetiam armis ſuis (uti jam obiter indicavi) ornabantur Dii, ac ſimiliter quoque Divi quandoque (ut ſic ſub Jovis ſpecie Auguſtus Cæſar) imo & vivi adhucdum Cæſares: uti id de Commodo patet. De Dîs id comparet ex ſequenti carmine:

Ful-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Fulmina ſub Jove ſunt: Neptuni fuſcina telum:
Enſe potens Mars eſt: haſta Minerva tua eſt.
Sutilibus Liber committit prælia thyrſis
Fertur Apollinea miſſa ſagitta manu.
Herculis armata eſt invicta dextera clavâ
At me terribilem, ...

Atque hinc Commodus, quem modo memoravi, (teſte Lampridio), *Accepit ſtatuas in Herculis habitu, eique immolatum eſt ut Deo.* Sicut & Dio de eodem Imperatore. lib. 72. Καὶ ἀνδριάντες αὐτοῦ παμπληθεῖς ἐν Ἡρακλέους σχήματι ἔστησαν. *Ac plurimæ ſtatuæ habitu Herculis ei collocatæ ſunt.* Ac paulò poſt: Κηρύκειόν τε τοιοῦτον φέρων οἷον Ἑρμῆς ἡ γὴ λεοντῆ ᾖ, τε ῥόπαλον ἐν τε ταῖς ὁδοῖς προεφέρετο αὐτῷ, ἐν τοῖς θεάτροις ἐπὶ δίφρου ἐπὶ χρύσου, εἴτε παρήει, εἴτε ἀπήει, ἐτίθετο. αὐτὸς δὲ ἐν τῷ Ἑρμοῦ σχήματι εἰσήει τε ἐς τὸ θέατρον, καὶ ἀποῤῥίψας τὰ ἄλλα, ἅτως ἐν τῷ χιτῶνι ἀνυπόδητος ἔργου ἔχετο. *Ferebat etiam caduceum, quale Mercurius ſolet. Pellis quidem leonis, clavaque geſtabantur ante eum, quum iter faceret: in theatris, ſive adveniret ipſe præſens, ſive abeſſet, in ſella aurea collocabantur. Atque ipſe habitu Mercurii introibat in theatrum, abjectiſque cæteris quæ ferebat, præter tunicam, nudis pedibus ad rem gerendam aggrediebatur.*

Hinc igitur, quod facie, veſtitu, armis, cæteroque ornatu (Jovi ex. gr. Aquila, Mercurio gallo, Junoni pavone, Minervæ noctuâ, Marti lupo, aliiſque per alia) ſatis clare deſignarentur Dii, atque hinc (ex æmulatione) quoque Divi; nullus ipſis addebatur Titulus, aut inſcriptio, qua deſignaretur quis quænamve Deus Deave eſſet, cujus ſtatua hoc illove habitu vel ornatu, ſive ſedens, ſive ſtans (ſeu feſſilis vel pedeſtris) poſita eſſet.

Nam quamvis Prudentius de Auguſto in Divorum numerum relato, canat, *Teſtantur tituli;* iſti tituli non eum in finem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

finem additi ipsorum statuis consecratis erant, ut inde notum fieret advenis, quis ille (illave) esset, cujus statuam sic (sive in Templi alicujus adytis, sive alibi) positam conspiciebant: sed ut noscatur inde, à quo ac quas ob causas illa posita ac dedicata seu consecrata erat.

Patet id sat clare, uti judico, ex Dionis Chrysosthomi Orat. 31. seu Rhodiaca; in qua inter alia hæc sequentia affert: Τὸς γὰρ θεὸς ἐπιγράφειν οὐκ ἐστιν ἔθος· ἔγωγε οὐκ ἀπελπίζω, καὶ τ' ἄλλων τινὰς εἶναι τοιούτους ἐν γῇ Θήβαις Ἀλκαῖον ἀνάκειταί τις, ὃν Ἡρακλέα φασὶν εἶναι πρότερον ὕστερον καλούμενον· ἡ παρ' Ἀθηναίοις Ἐλευσίνιος μύστου παιδὸς εἰκών, οὐκ ἔχουσα ἐπιγραφήν, κακεῖνον εἶναι λέγουσιν Ἡρακλέα· Καὶ παρ' ἑτέροις οἶδα πολλούς, τοὺς μὲν ἡμιθέων, τοὺς δὲ ἡρώων ἀνδριάντας οἷον Ἀχιλλέως, Σαρπηδόνος, Θησέως, διὰ τοῦτο λεχθὲν οὐκ ἐπιγεγραφέντας· Καὶ Μέμνονος ἐν Αἰγύπτῳ Κολοσσὸν εἶναι λέγουσιν. ἀλλ' ὅτι ἐνίων μὲν ἡ δόξα παρέμεινε καὶ διεφύλαξε τὴν φήμην ὁ χρόνος, ἃ μὴν ὅτι πάντων συνηνέχθη, διὰ τοῦτ' ἂν εἴη αἰτίαν. οὐκοῦν καὶ παρ' ὑμῖν οὐκ ἀδύνατον εἶναί τινας τοιούτους. &c. *Deos enim non moris est inscribere: ut ego non desperem, & aliorum esse quasdam hujusmodi: Thebis Alcæus quidam consecratus est, quem Herculem esse ajunt antea ita vocitatum: & apud Athenienses Eleusinii Sacerdotis pueri imago est, non habens inscriptionem: & illum dicunt esse Herculem. Et apud alios scio multas partim semideorum, partim heroum statuas; ut Achillis, Sarpedonis, Thesei, propter hoc antiquitus non inscriptas. Et Memnonis ita in Ægypto colossum esse ajunt. Cæterum in quibusdam gloria permansit, tempusque famam custodivit: at vero non in omnibus id contigit, quicquid tandem fuerit in causa. Proinde & apud vos non impossibile est, tales quosdam esse.*

Ut autem hæc Dionis verba paulò melius intelligantur ab iis qui ipsum non legerunt Oratorem, vel hanc saltem ipsius Orationem; sciendum est, Rhodios à temporibus antiquis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

permagno ſtatuarum numero, quas non ſolum Dis, & Heroibus; verum & hominibus cum ob alias virtutes tum merita in Rempublicam ſtatuerant, laboraſſe. Attamen cum mos ille, atque ambitio, ſtatuas ita ponendi atque inſcribendi permaneret apud illos, iis, quos ob benemerita in Rempublicam honorare volebant; numeruſque interim ita excreviſſet, ut novis ponendis nec locus, nec ſumptus, etiam quandoque, ſufficerent; eo deveniebant; ut ſi cui ſtatua, ſive civi, ſive advenæ, quem iſto honore condecorare volebant, eſſet ponenda atque inſcribenda, illi aliis ex ſtatuis jam dudum poſitis, ſive hominum illæ eſſent, ſive Heroum (quinetiam quandoque hujus illiuſve Dei, cui nulla inſcriptio addita eſſet) hanc illamve jam minus cognitam vetuſtate, vel alias ob cauſas neglectam, eligerent; ut deleta ex ipſa veteri inſcriptione, aliam ipſi inſcriberent, quâ illa videretur iſti homini, quem tali talive ſtatua honorare volebant, eſſe poſita, ac dedicata.

Sicque eradebant quandoque titulos illorum, qui quandoque ob longe majora in Rempublicam merita, hunc honorem ex publico decreto nacti fuerant. Quin etiam id ita temere atque incircumſpecte quandoque fiebat, ut ſtatuam huic illive ſeni quondam poſitam, eraſis titulis antiquitus inſcriptis, juveni huic illive, prout id illis lubebat (ſi quando alicui ſtatua dedicanda videretur) denuo dedicarent atque inſcriberent: quamvis ille tum facie quoque, tum & reliquo ornatu, ab illo, cui iſta olim dedicata fuerat, toto cœlo, quaſi, differret. Quod, ſicuti revera ridiculum erat; ſimulque injuſtum ſumme, atque injurioſum illis (adeoque & impium) quibus tales ſtatuæ atque inſcriptiones olim poſitæ fuerant, ita id à Dione noſtro carpitur ac damnatur: eoque magis, quod ſic aliquando Dei (Herois ſaltem) alicujus ſtatuam (quod ſine titulo adjuncto ſtaret dedicata) æque temere poſſent arripere, quin & quandoque arriperent, (ut exemplis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

plis probat) eamque homini, non Deo cuipiam dedicarent: atque ita Deos ipsos æque afficerent injuriâ, quam homines, quorum meritis atque honori, illæ primum positæ ac dedicatæ fuerant.

Porrò (ne hisce diutius immoremur) Consecratorum statuæ quoque Colossea magnitudine, si Deorum illæ essent; atque imprimis, si id in Templis fieret, ponebantur: cum hominum, ut hominum (ob virtutes insignes, aut artes, aut alia merita) solum magnitudine ἀνδριάντων, atque humanam staturam non supergressa, dedicarentur. Deorum enim Dearumque statuis id tantum competebat. Hinc enim *Drusillæ* (ut Deæ) *statua pari cum Deæ Veneris magnitudine ponebatur à Caligula. Sicque Nero Jovis Olympii statuæ Colossææ, capite dempto, suum caput imponi voluit.* Quod postea Domitianus imitatus, suum illi caput imposuit. Sic quoque Fl. Josephus testatur (lib. I. Belli Judaici) Herodem Cæsari Colossum dedicasse: καὶ τὸ σῶμα τὸς ἀνδριὰς ναὸς Καίσαρος ὅτι μεγάλου, κάλλει τε μεγέθει διάφορος, ἐν δὲ αὐτῷ κολοσσὸς Καίσαρος, ἐκ δισχιλίων τ' Ὀλυμπιάσι, Διὸς, ᾧ τὸ πρόσειπασιν. Ῥώμῃ δ' ἴσος Ἥρᾳ τῇ κατ' Ἄργος. *Contra ostium portus in colle Cæsaris templum, magnitudine simul & pulchritudine præcipuum, in eoque Cæsaris colossus non minor quam Jovis apud Olympiam, cujus ad exemplar factus est: Romæ* [Deæ] *autem par Junoni, quæ Argis est.*

Deorum verò *statuas* in templis ut plurimum quoque *sessiles* fuisse [quod rarissime hominibus contingebat, nisi jam in *Deorum*, non solum Heroum, numerum, relati essent, vel certis aliis de causis] ostendunt hæc Apollodori dicta ad Adrianum (teste Dione, lib. 69.) super templo Veneris Romæ per Adrianum ædificato, ut non satis alto. Dixit nempe de *simulacris, quod majora facta essent, quam ratio altitudinis amplitudinisque templi pateretur:* addiditque: *Etenim*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

enim ſi Deæ ſurgere, atque inde exire voluerint non poterunt.

De Macrino etiam teſtatur Capitolinus, *eum rogaſſe Senatum* (nam conſecrandi aliquem decreta pendebant à Senatu) ut, præter *equeſtres* ac *pedeſtres* ſtatuas, etiam *ſedentes duas* Antonino jam inter *Divos* relato decernerent.

Hinc quoque Jupiter & Juno, *in gremio* Fortunæ Prænestinæ: hinc denique *ſortes excidebant* è pulvinariis, ac *gremus* Deorum quorundam per *ſortes fatidicorum*: atque hinc poſtremo, Dii Deæque tam ſæpius ſeſſiles in nummis antiquis: quamvis id in ſtatuis magis, quam in nummis, frequens ſit; imprimis verò in templis.

De cultu interim quoque non tam Deorum, quam Divorum (ſive Indigetum atque Heroum) hic aliquid dicendum eſt: quamvis ille non ſic ad Conſecrationes, quam ad ipſos Conſecratos pertineat.

De Dîs igitur ita Cicero, lib. 2. ita loquitur, ut tres ipſorum claſſes conſtituat: primam ſcilicet eorum, qui *Cœlites* ſemper habiti fuerunt; alteram eorum, *quos merita in cœlum vocarunt*: tertiam denique illarum *Divarum*, propter quas datur aſcenſus in cœlum; quæque ab ipſo nominantur *Mens*, *Virtus*, *Pietas*, & *Fides*.

Horum itaque cultus non æque operoſus erat; verum religioſo magis cultu, ratione ſacrificiorum colebantur *Dii majorum gentium*; minori verò *Dii minorum gentium*, ſive *Indigetes*, (qui quaſi in Dîs agentes erant; quod ex hominibus inter Deos relati eſſent) *Penates*, aliique his conſimiles: minori tamen adhuc *Heroës*, illique qui plane ex ſuperum plebe eſſent.

Heroibus tamen quandoque, ex adulatione Divinus cultus exhibebatur, tam vivis (quamquam id rarius fieret,) quam demortuis. quod de Menelao & Helena ipſius uxore (in Helenæ encomio) teſtatur Iſocrates, dum ἐχ ὡς Ἥρωσιν, ἀλλὰ

ἀλλὰ ὡς Θεοῖς, *non ut Heroibus, verum ut Dîs*, eos cultos fuisse asserit: uti & Plutarchus de Præstantia Mulierum, his verbis: Τῇ Λαμπψάκῃ πρώτερον Ἡρωϊκὰς τιμὰς ἀποδιδόντες ὕστερον ὡς Θεᾷ ἐψηφίσαντο. *Lampsacæ cum prius honores, quales Heroibus exhibentur tribuissent, postea illi eos qui Dîs tribuuntur decreverunt.*

Nec mirum sane Græcos ita circa demortuos quandoque insaniisse, ut nec modum ullum hic servare valerent: cum & adhuc vivos tali honore dignarentur, atque afficerent. Ita enim non solus Alexander ille Magnus à Demade Athenienſi, ut, decimus tertius numero, Dîs Magnis adscriberetur, suffragium tulit; atque à Persis ut Deus adoratus fuit (quod & aliis, præter ipsum contigit:) verum circa Demetrium Poliorceten sic adulatione insanierunt, ut (præter plura impia æque ac ridicula, quæ in illius ac patris Antigoni honorem decreverant) ab ipso, loco Appollinis Delphici, Oracula peti vellent; sicut his sequentibus testatur Plutarchus: ὁ δὲ μάλιστα τῶν τιμῶν ὑπερφυὲς ἦν καὶ ἀλλόκοτον ἔγραψε Δρομοκλείδης ὁ Σφέττιος, ὑπὲρ τοῦ ἀσπίδων ἀναθέσεως εἰς Δελφοὺς ἐπὶ Δημητρίῳ λαβεῖν χρησμόν. αὐτὴν δὲ παραγράψω τὴν λέξιν ὀνόματος, ὅτως ἔχουσαν. Ἀγαθῇ τύχῃ δεδόχθω τῷ δήμῳ, χειροτονῆσαι τὸν δήμον, ἕνα ἄνδρα ἐξ Ἀθηνῶν, ὅστις ἀφικόμενος πρὸς τὸ σωτήρια καὶ καλλιερησάμενος, ἐπερωτήσῃ Δημήτριον τὸν σωτῆρα πῶς εὐσεβέστατα καὶ κάλλιστα, καὶ τὴν ταχίστην ὁ δῆμος τὴν ἀποκάθαρσιν ποιήσαιτο τῶν ἀναθημάτων· ὅτι δ' ἂν χρήσῃ, ταῦτα πράττειν τὸν δῆμον. ὅτω καταμωκώμενοι οἱ ἄνθρωποι, προσδιέφθειραν αὐτὸν, ὡς ἄλλως ὑγιαίνοντα τὴν διάνοιαν &c. *Quod verò præter cæteros honores modum excessit & fuit absonum, de consecrandis apud Delphos clypeis; Dromoclides Sphettius rogationem tulit, ut Oraculum à Demetrio peterent. Verba ipsa adscribam legis, quæ sic habent: Quod felix faustumque sit, velit jubeat populus, unum ut populus civem Athenienſem designet, qui ad Servatorem profectus, ubi litaverit, consulat De-*

metrium Servatorem, quemadmodum religiosissimè, commodissime & ocyssimè dona dedicaturus sit. quamcunque dederit dictionem, eam ut populus sequatur. Ita hominem deridentes, insuper dementaverunt, nec alias satis sanum.

At ipsum jam ante, cum patre, ut *Servatores Deos* in Acta retulerant, abrogatoque vetere Magistratu Archonte, à quo denominabatur in fastis annus, Servatorum Sacerdotem quotannis creaverant, quem plebiscitis contractisque præscripserant; sciverantque ut eorum cum Diis nomina peplo intexerentur. Locum etiam ubi primum descenderat de curru, consecraverant, posuerantque ibi aram, quam Demetrii Catabatæ nominaverant; pluraque alia absurda circa ipsum commiserant, apud Plutarchum aliosque legenda.

Et hi tamen Athenienses hunc ipsum Demetrium, cum jam cæso in pugna Antigono, exercituque ipsius devicto, in Græciam fugeret, nullosque Athenienſibus sibi magis amicos duceret, excluserunt plane, bellumque contra eum susceperunt. nec tamen ille hanc injuriam pro meritis ultus fuit; verum ipsos denuo in gratiam recepit.

Melius verò ipsos hos Athenienses ob similes honores remuneratus est Marcus Antonius Triumvir. Nam cum illi ut *Baccho* Minervam despondissent *probare se id Matrimonium dixit: dotisque nomine quadragies sestertium exegit.* Ipsa Dionis verba (lib. 48.) sunt: δέχεσθαι τε τὸν γάμον ἔφη, καὶ πεντακισμυριάδας ἕκαστον παρ' αὐτῶν ἐξέπραξεν.

Idem hic Antonius jam antea Cæsaris, cui vivo *Jovis* nomen ac Templum consecratum fuerat, flamen ac Sacerdos factus fuerat, teste etiam modò allato Dione. Unde minus certe mirum videri debet, quod hic se pro Baccho inter Athenienses gesserit.

Dionis interim verba sunt: καὶ πόλῳ Διά τε αὐτὴν ἀπίκρυς Ἰάλιον κεκοσμήκασαν, καὶ ναὸν αὐτῷ τῇ ἐπικλήσει αὐτοῦ τεμενισθῆναι

ναι ἔγνωσαν, ἱερέα σφίσιν τὸν Ἀντώνιον, ὥσπερ τινὰ διάλιον, προχειρισάμενοι. *Denique Jovis Julii cognomentum ipsi palam imposuerunt, Templumque Clementiæ Juliæ dedicari jusserunt; Sacerdotioque ejus Antonium, quasi flaminem Dialem aliquem, præfecerunt.*

Mitius multo, atque ingenuè ac satis lepide, Agesilaus egit cum Thasiis, qui ipsi quoque illum inter Deos referre volebant. Verum præstat, ut hic audiamus ipsum Plutarchum, qui (in Apothegm.) sic historiam narrat. Πάλιν δὲ τῶν Θασίων, διὰ τὸ δοκεῖν μέγα ὑπ' αὐτοῦ εὐεργετεῖσθαι, ναοῖς αὐτὸν καὶ ἀποθεώσεσι τιμησάντων, καὶ περὶ τούτου πρεσβείαν ἀποστειλάντων, ἀναγνοὺς τὰς τιμὰς ἃς αὐτῷ προσήνεγκαν οἱ πρέσβεις, ἠρώτησεν εἰ ἡ πατρὶς αὐτῶν ἀποθεῖν ἀνθρώπους δύναται. Φαμένων δὲ. Ἄγετε (ἔφη) ποιήσατε πρώτους ἑαυτούς· καὶ τοῦτ' ἂν πράξητε, τότε πιστεύσω ὑμῖν ὅτι κἀμὲ δυνήσεσθε θεὸν ποιῆσαι. Τῶν δὲ ἐπὶ τῆς Ἀσίας Ἑλληνικῶν ἐθνῶν ψηφισαμένων ἐν ταῖς ἐπιφανεστάταις πόλεσιν εἰκόνας ἀνιστᾶν αὐτῷ, προσέγραψεν, Ἐμοῦ μηδεμία εἰκὼν ἔστω, μηδὲ πλαστὴ μηδὲ κατασκευαστή. *Thasius eum, quod magna ab ipso se adeptos beneficia sentirent, templis Divinisque honoribus venerantibus, eâque de re legatos mittentibus: ut legit quos honores sibi decernerent, quæsivit à legatis, an civitas ipsorum homines in Deos posset convertere. Quum affirmarent, Agedum, inquit, vos ipsos primum Deos facite: eo facto credam vobis posse me quoque à vobis in Deum mutari. Addit porro: Quum Græcæ in Asia gentes decrevissent ei in nobilissimis urbibus statuas ponere; rescripsit: Nullum mei esto simulacrum neque pictum, neque fictum, neque artificio adornatum.*

De Græcorum levitate atque ad adulationem fictis ingeniis talia minus miranda erant; at longe magis de Romanis, quos tam Polybius (libro VI.) quam Dion. Halicarnassæus (libro II.) à gravitate morum præ Græcis maximè commendant, ac quidem præcipue circa religiones. Et tamen vidimus jam

id

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

id illos non ſolum circa mortuos, verum & quandoque circa adhucdum vivos æmulatos fuiſſe.

Ac quamvis Imperatores Chriſtiani, non tali modo ut Gentiles, poſt mortem conſecrarentur: certe vivi adhucdum multi inter ipſos & ſacram purpuram adorari ſinebant, & effata ſua ſeu decreta pro Oraculis haberi volebant, aliaque plura his ſimilia: verum & Divorum nomen poſt obitum iis tribuebatur (uti jam, capite ultimo Diſſertationis de Oraculis ſecundæ) oſtenſum fuit. Quin & ipſe Conſtantinus Magnus, acer ille Chriſtianiſmi propugnator, in nummis (apud Antonium Auguſtinum alioſque videndis) conſecratus fuit poſt mortem; cum ipſe appareat quadrigâ in cœlum ſubvectus, dum manus inde protenſa ipſum recipit.

Paſſos autem fuiſſe etiam hos Imperatores Chriſtianos, ut ipſorum ſtatuæ adorarentur, tam ex Hieronymo, quam ex Codice (tum Theod. tum Juſtinianeo) patet. Prior enim in Dan. cap. 5. ita habet: *Statuam, ſeu imaginem cultores Dei adorare non debent. Ergo judices & principes ſeculi, qui* Imperatorum Statuas adorant et imagines, *hoc ſe facere intelligant, quod tres pueri facere nolentes placuerunt Deo.* Hæc verò Hieronymi verba ſpectare non ad ſtatuas Imperatorum Gentilium (quas jam ab initio Chriſtianiſmi omnes Chriſtiani recuſabant) ſed ad Statuas Cæſarum Chriſtianorum, ex Codice luce clarius apparet. Ita enim ibi . . . . . tit. de Statuis & imaginibus: *Si quando noſtræ ſtatuæ vel imagines eriguntur, ſeu diebus, ut aſſolet feſtis, ſive communibus, adſit Judex* sine adorationis *ambitioſo faſtigio, in ornamentum diei & loco, & noſtræ recordationi, ſui probet acceſſiſſe præſentiam.*

Loca autem quæ conſecrabantur erant vel *Templa* ſeu *Delubra*, vel *Ædes*, vel *Fana*, vel *Sacella* vel *Herôa* (quæ cuncta ab invicem diſtinguebantur, quamvis nonnunquam inter ſe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

se confunderentur) *luci* aut *agri* aut alia, quæ à profano usu ad Sacrum, seu Sacrorum, transferebantur.

Quod ad *Templa* attinet, illa vel unico saltem, huic illive Deo aut Deæ, vel pluribus simul consecrabantur. Nam quamvis apud Romanos, singulis tantum Dîs Deabusve singula Templa, Ædes, ac Sacellas, ac cellas, consecrare fas esset: id tamen nec semper neque ubique locum habebat; uti patet ex verbis Valerii Maximi, qui ita de ista re loquitur: *Cum Marcellus quintum consulatum gerens templum Honori & Virtuti, Claſtidio prius, dein Syracusis potitus, nuncupatis votis debitum consecrare vellet, à Collegio Pontificum impeditus est, negante unam cellam duobus Diis recte dicari. Futurum enim si quid prodigii in ea accidisset, ne dignosceretur utri rem Divinam fieri opporteret: nec duobus nisi certis Diis unà sacrificari solere. Ea Pontificum admonitione effectum est, ut Marcellus separatis Ædibus, Honoris ac Virtutis simulacra statueret.*

Videmus igitur quantumvis id nefas ut plurimum esset, tamen aliquando istud apud ipsos locum habuisse Romanos. Sic enim ex. gr. jam olim Dioscurorum, seu Castoris ac Pollucis, simul Templum dedicatum fuerat; atque recentioribus ævis Augusti ac Romæ simul: Gentis Flaviæ &c. Ac quidem in Græcia frequentius erant *Dii* συννάοι atque etiam σύμβωμοι. nec deerat Romæ templum Pantheon; imò nec nummi Panthei; uti ostendit eruditissimus Cl. Nicasius: cujus Dissertatio de numno Pantheo huc aliquatenus facit. Ita enim videmus plures quidem Deos, seu potius plurium Deorum simulacra, uno eodemque in templo, uti in Ara eadem; ut in Amphiarai apud Atticos: de quo Pausanias: Καὶ Ὡρωπίοις ναός τε Ἀμφιαράου, ἔνι ἄγαλμα λευκοῦ λίθου. Παρέχεται δὲ ὁ βωμὸς μέρη. τὸ μὲν Ἡρακλέους, καὶ Διὸς ἔστι Παίωνος· τὸ δὲ ἥρωσιν καὶ ἡρώων ἀνεῖται γυναιξί. τρίτον δὲ Ἑστίας, καὶ Ἑρμοῦ, καὶ Ἀμφιαρά-

ἐσίν, ἐς τ̃ παίδων Ἀμφιλόχου. Ἀλκμαίων ἀφ' τὸ ἐς Ἐριφύλην ἔργον, ὅτε ἐπ' Ἀμφιαράῳ, ὃ μὲν δὴ καὶ παρὰ τῷ Ἀφιλόχῳ ἡμὴν ἐχθ. Τετάρτη δέ ἐστι τ̃ βωμ̃ μοῖρα Ἀφροδίτης καὶ Πανακείας, ἕλη δὲ Ἰασοῦς, καὶ Ὑγείας, καὶ Ἀθηνᾶς Παιωνίας· Πέμπτη δὲ πεπίηται Νυμφαῖς καὶ Πανὶ, καὶ ποταμοῖς Ἀχελώῳ ἐς Κηφισσῷ· *Apud Oropios templum Amphiarao; & eidem è candido lapide signum.* ARA *quidem ejus in partes distributa est quinque: Earum una Herculi, Jovi, Apollini Pæonio:* ALTERA *Heroibus eorumque uxoribus: Vestæ* TERTIA, *Mercurio, Amphiarao, & Amphilochi filiis. At* QUARTA *aræ pars Veneri, Panaceæ, Jasoni, Hygyæ, Minervæ Pæoniæ:* QUINTA *Nymphis, Pani Acheloo & Cephiso amnibus sacra est.*

De συνναίοις ac συμβώμοις seu συνθρόνοις plura, in Antiquitate, habemus exempla, tam apud Pausaniam, quam in Inscriptionibus apud Gruterum, Reinesium ac Sponium inveniendis: ex quorum numero hæc mox sequentia sufficerint. Idem, igitur, Pausanias, in Arcadicis, ita loquitur: Ψωφιδίοις δὲ καὶ παρὰ τῷ Ἐρυμάνθῳ ναός ἐστιν Ἐρυμάνθου καὶ ἄγαλμα. πρεσβυτάτη δὲ πασῶν ἐς Αἰγυπτίοις Νείλου πεποίηται τοῖς ἄλλοις λίθου λευκοῦ τὰ ἀγάλματα, &c. *Est etiam Psophidius ad Erymanthum, Erymanthi templum, cum signo ipsius [fluminis]. Sunt in eadem æde nobilium amnium è candido marmore signa: unius Nili simulacrum è nigro lapide, &c.*

Hi igitur fluminum simulacra seu statuæ σύνναοι erant, seu eodem in templo dedicatæ: inter quas quare solius Nili è nigro lapide erat, nulli erudito, obscurum esse potest: quod nempe ex Æthiopia ac Nigritarum regionibus in Ægyptum devolveretur.

De συνναίοις ac συμβώμοις simul, sive non tantum templo eodem, verum & una eademque ara gaudentibus, (quandoque & συνθρόνοις ut apud Pausaniam plus semel) hæc apud Spo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Sponium exempla habemus. Primum ſcilicet pag. 340. Miſcell. Eruditæ Antiquitatis:

ΘΡΑΣΕΑΣ ΔΙΟΓΕΝΟΥΣ
ΥΠΕΡ ΕΑΥΤΟΥ ΚΑΙ ΤΩΝ ΤΕΚΝΩΝ
ΚΑΙ ΤΗΣ ΓΥΝΑΙΚΟΣ ΤΟΛΛΑΣ
ΚΑΙ ΤΩΝ ΤΕΚΝΩΝ ΤΟΛΛΑΣ
ΚΑΙ ΚΟΡΙΝΤΟΥ ΤΕΚΝΩΝ
ΙΣΙΔΙ ΣΕΡΑΠΙΔΙ ΑΝΟΥΒΙΔΙ
ΑΡΠΟΚΡΑΤΕΙ ΘΕΟΙΣ ΣΥΝ
ΝΑΟΙΣ ΚΑΙ ΣΥΜΒΩΜΟΙΣ
ΕΥΧΗΝ

Sic & in Inſcriptionibus Itinerarii ejus parti primæ ſubjunctis, poſt alia ibi præcedentia:

ΣΕΡΑΠΙΔΙ
ΙΣΙΔΙ ΑΝΟΥΒΙΔΙ ΑΡΠΟ
ΚΡΑΤΕΙ ΔΙΟΣΚΟΥΡΟΙΣ
ΕΠΙ ΙΕΡΕΩΣ
ΣΤΑΣΕΟΥ ΤΟΥ ΦΙΛΟ
ΚΛΕΟΥΣ ΚΟΛΩΝΗΘΕΝ

Apud Reineſium (Claſſe I. n°. 290.

ΑΓΑΘΗ ΤΥΧΗ
ΔΙΙ ΗΛΙΩ ΜΕΓΑΛΩ
ΣΑΡΑΠΙΔΙ ΚΑΙ ΤΟΙC
CYNNAOIC ΘΕΟΙC CTATIOC
ΚΟΔΡΑΤΟC ΚΡΑΤΙCΤΟC
ΝΕΩΚΟΡΟC, &c.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Sic (ibid nº. 289.)

SOLI LVNAE SILVANO
ET GENIO &c.

Quæ poſtrema tamen inſcriptio an de συμβώμοις ſolis intelligenda ſit, an verò etiam de communi ipſius templo, non nimis clarum eſt: uti nec de ſequenti

SILVANO
SANC. SACR
ET. LIBERO. PAT
A. CAEDICIVS
THEOPHILVS
EX. VISO. D. POS

Ac forte diſtinguendum inter Statuas illas, quæ uni eidemque aræ impoſitæ fuerant conſecratæ, & inter Deos quibus una eademque ara conſecrata fuerat, quamvis nullæ ipſis ſtatuæ imponerentur: ſicque forſan capienda ſequens hæc (niſi id *Sacrum* de templo intelligendum ſit, vel aliquo omnibus ſimul hic nominatis donario)

HERKVLI ET MERCVRIO
ET SYLVANO
SACRVM
ET
DIVO. PANTHEO
EX. V.

De ſigno enim hiſce dedicato, illa minus capienda, quam hæc ſequens, quæ id aperte indicat

SIGNVM
JOVI. ET. FORTVNAE

Signa

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Signa namque & Statuæ ſic quandoque uni ſoli Deo, quandoque pluribus ſimul, conſecrabantur: quod idem quoque de aris conſtat; uti ex modo allatis, atque etiam ſequentibus ulterius, patet; ex Inſcriptionibus ſcil. quæ Reineſii prima claſſe continentur; ex. gr. *Diis Deabuſque, Diis Deabuſque Patriis, Diis omnibus cœleſtibus, Dis Sanctis, Silvano, Herculi, Libero; Jovi Minervæ & Apollini;* pluribuſque aliis, quæ viris eruditis ſatis notæ ſunt.

Pluribus igitur (ſicut aræ & ſtatuæ) Dîs ſimul Templa quandoque conſecrabantur: ſicut & plures Dii in uno eodemque Templo dedicabantur; quamvis primitus hoc illudve templum cui tale quid contingebat, uni ſoli, huic illive, Deo Deæve conſecratum fuiſſet.

Si autem huic illive Deo ſic ſoli, ut inde nomen ſortiretur, atque ipſi proprium id Templum dedicatum eſſet; ſtatua ejus, ut plurimum *ſeſſilis* (ſi non ſemper, in adytis ponebatur. Unde optimus ille antiquarius Virgilius lib. III. Georgicon, de templo Cæſari, ut Poëtice perhibebat, conſecrando, *In medio mihi Cæſar erit templumque tenebit.* Ad quem verſum Servius hæc ſequentia notat: *Ei ſemper ſeparatus numini locus eſt, cujus ſimulacrum in medio conſtituitur.*

Si jam mi Lector, conſideremus quibus ac qualibus modis, ſeu ceremoniis aut ritibus conſecrationes peractæ fuerint; iſtæ admodum variæ ac diverſæ fuerunt: neque usque adeo nobis patet, qualeſnam ac quot circumſtantiæ, aut in univerſum, aut circa diverſas, ſive Statuarum, ſive Ararum, ſive Terminorum, ſive denique Templorum conſecrationes locum habuerint. Neque omnibus talia Romanis percognita erant. Hinc enim Cicero, qui quidem Augur publicus, adeoque & ex præcipuis Romanæ Reipublicæ Sacerdotibus erat, at non è numero Pontificum, ita . . . . . loquitur: *Nihil loquor de Pontificio jure, nihil de religione, aut cæremoniis. Non diſſimulo me neſcire ea, quæ etiam ſi ſci-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

rem dissimularem, ne aliis molestus, vobis etiam curiosus viderer.

Pontificum igitur erat hoc consecrandi munus; hinc enim Livius lib. 38. c. 44. de Capua capta: *Signa statuas æneas, quæ capta de hostibus dicerentur, quæ eorum sacra & profana essent, ad Pontificum collegium rejecerunt.* Quod nempe, quamvis ex jussu, decreto, aut permissu seu concessu vel Populi vel Senatus vel Principis Dedicatio aut Consecratio fieret, illa per manus Pontificum, *quibus castæ manus* (ut Quintilianus loquitur) *& familiaris Sacris animus accesserat, fieret.*

Neque adeò erat in fabrorum aut lapicidarum potestate facere Deos; neque ab ullis Dii credebantur Imagines aut statuæ nondum consecratæ: quamvis, ridens, Horatius dicat de Priapo:

Cum faber incertus scamnum faceretne Priapum
Maluit esse Deum.

Nisi essent homines similes istis, de quibus in Moriæ encomio Erasmus; ut qui putarent *una eademque adoratione adorandam imagunculam carbone delineatam in pariete, ac Christum ipsum, si modo duobus sit porrectis digitis, & in umbone, qui adhæret occipitio, tres habeat Notas: quique* [uti alibi loquitur) *stultam illam sed tamen, jucundam persuasionem induerant, ut, si ligneum aut pictum aliquem Polyphemum Christophorum aspexerint, eo die non sint perituri, aut qui sculptam Barbaram præscriptis verbis salutarit, sit incolumis è prælio rediturus.*

Consecratione enim aut *Dedicatione* opus erat; ut sic per eam præsentia numinis, Dei Deæve, Semidei aut Heroïs, cujus imago repræsentabatur, in ista præsens adesset; atque adeo culta & adorata auxilium afferre petentibus crederetur.

Hinc Quintilianus Declam. 322. ita: *Hæc priusquam Dedicationis accipiant summam religionem, opera sunt tantum;*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

tum; Dedicatio est illa, quæ Deum inducit, quæ sede destinata locat. Quæ Dedicatio seu Consecratio Fatum consecratione mutabat, ut Tertullianus (Apol. cap. XII.) per ironiam affirmat: sicut & Arnobius (lib. IV.) ex Gentilium nomine: *Sed eos in his colimus eosque veneramur, quos dedicatio infert sacra, & fabrilibus efficit inhabitare simulacris.* Sicut & post idem ille ait, hos Deos Gentiles *jure dedicationis impulsos simulacrorum coalescere junctioni.*

Ut igitur non statim post perfectam sculpturam statuæ pro Dîs habebantur; seu potius numinis illius, cujus imagines erant, aut esse perhibebantur, præsentia ipsis adesse credebatur; sic consecratione opus erat, quæ per multas ac varias & diversimodas ceremonias, pro diversitate Deorum, locorum (Templorum, Sacellorum, Terminorum, &c.) perficiebatur: in universum tamen per *unctiones, coronationes, preces*, (sive prætensas, quandoque, magicas; sive ut plurimum, alias) *sacrificia*, aliaque in sequentibus adducenda; ac postremo *adorationes.*

Quamvis & *unctio* & *coronatio*, & *adoratio* conferrentur etiam statuis jam dudum consecratis. Namque in supplicationibus similibusque coronatio ac *sacrificia* pulvinaria & preces, & ludi sive votivi sive alii, quandoque & *unctio* (unde istud Juvenalis: *Genua incerare Deorum*) aut plura etiam præter hæc, adhibebantur.

Hinc apud Apulejum legimus Floridor. lib. 1. *Neque enim justius religiosam moram viatori objecerit* (ad Adorandum scilicet, &c.) *aut ara floribus redimita, aut spelunca frondibus, aut quercus cornibus onerata, aut fagus pellibus coronata, vel etiam colliculus sepimine consecratus, vel truncus libamine humigatus, vel lapis unguine delibutus.*

Quæ omnia signa partim erant atque indicia, res istas esse consecratas; partim quoque ipsius Consecrationis instrumenta erant.

Inter

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Inter quæ tamen *Unctio* & *Coronatio* (præter alia adhuc) ſtatuis magis propriæ erant. Unde Minucius Felix: *Non boni viri eſt, Marce frater, hominem domi foriſque lateri tuo hærentem, ſic in hac imperitiæ vulgaris cæcitate deſerere: ut tam luculento die in lapides eum patiaris impingere,* EFFIGIATOS *ſanè, &* UNCTOS, *&* CORONATOS.

Ac multò clariùs idem Minucius hiſce jam ſequentibus: *Quando igitur his naſcitur? [Deus] Ecce funditur, fabricatur, ſcalpitur. Nondum Deus eſt, ecce plumbatur, conſtruitur, erigitur. Nec adhuc Deus eſt. Ecce* ORNATUR, CONSECRATUR, ORATUR; *tum poſtremo Deus eſt, cum homo voluit & dedicavit.*

Ex quibus illa quæ Arnobius compendioſe admodum protulit, ſatis clarè meo judicio, intelliguntur: tam ſcilicet quæ libro ſexto habet hunc in modum: *Sequitur ut de ſignis aliquid, ſimulachriſque dicamus: quæ multa arte componitis, & religioſa obſervatione curatis.* (Hæc enim reſpicere quoque ad Conſecrationes, forſan & ad prætenſas magicas, mihi nullum dubium eſt) quam quæ libro 1. ubi de ſemetipſo, ſed nondum ex Ethniciſmo ad Chriſtianiſmum converſo, loquitur: *Lubricatum lapidem* ET EX OLIVI UNGUINE SORDIDATUM [alii ORDINATUM] *tanquam ineſſet vis præſens, adulabar, affabar; & beneficia poſcebam nihil ſentiente de trunco, &c.*

Hæc autem in Conſecrationibus locum habuiſſe; imò & per illas ſtatuas, ac lapides terminales (aliaque ſigna) conſecratas fuiſſe, ſatis clarè nos docet Aur. Auguſtinus lib. 16. cap. 38. de Civitate Dei, ubi ita loquitur: *Nec more idololatriæ lapidem* PERFUDIT OLEO *Jacob* (NB.) VELUT FACIENS ILLUM DEUM. *Neque enim adoravit eundem lapidem, vel illi ſacrificavit.* Uti & Lucianus, in Deorum Concilio: *Sed jam lapis omnis,* (NB.) *omniſque ara*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

ara vaticinatur, quæ sit OLEO PERFUSA & CORONAS HABEAT: *cuique vir præstigiator suppetat.*

Ἀλλὰ ἤδη πᾶς λίθος, καὶ πᾶς βωμὸς ἀγερωχεῖ, ὃς ἂν ἐλαίῳ περιχυθῇ, καὶ στέφανος ἔχῃ, καὶ γόητος ἀνδρὸς ὑπάρχῃ, οἷοι πολλοί εἰσιν.

Quæ de Statuis Deorum dicta, vel intelligenda, esse satis apertum est: quod termini ejusdemve generis lapides vaticinari nunquam perhiberentur: Sed qui Dii, aut ad minimum Heroës essent: uti jam antea alibi à me fuit indicatum.

Præter *Unguenta* & *Coronas* accedebant etiam *Velamenta*. Hinc Lucretius lib. v.

Nec pietas ulla est VELATUM *sæpe videri*
Vertier ad lapidem. — — —

Quod explicat Siculus Flaccus, ubi de Terminorum Consecrationibus loquitur, hoc modo: *Cum terminos disponerent, ipsos quidem lapides in solidam terram certos collocabant, proximè ea loca quibus fossis factis defixuri eos erant. Et* UNGUENTO, VELAMINIBUSQUE & CORONIS *eos coronabant. In fossis autem in quibus posituri eos erant, sacrificio facto, hostiæque immaculatâ cæsâ,* FACIBUS ARDENTIBUS INJECTIS, *fossæ cooperati* SANGUINEM INSTILLABANT, *eoque* THURA ET FRUGES JACTABANT: FAVOS *quoque* ET VINUM *aliaque quibus consuetudo est Terminis sacrum fieri* [in fossa adjiciebant] *consumptisque omnibus dapibus igne, super calentes reliquias lapides conlocabant: atque ita diligenti cura confirmabant; adjectis etiam quibusdam saxorum fragminibus circumcalcabant, quo firmius starent, tale ergo sacrificium Domini inter quos fines dirimebantur faciebant, &c.*

Ex hisce jam allatis, uti & ex mox sequentibus, videri potest, non ubique, sive in omnibus Consecrationibus, unas easdemque cæremonias fuisse observatas. Namque in unius

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

ejuſdemque Dei, alterius verò cognominis Conſecratione, alii longè Conſecrandi ritus obſervabantur.

De Jovis Cteſii Conſecratione ita Athenæus libro IX. Deipnoſophiſtæ, prout verba ejus emendat Is. Caſaubonus:

Διὸς Κ|ησίου σημεῖα ἱδρύεσθαι χρὴ ὧδε. Καδίσκον καινὸν δίωτον ἐπιθημαλ|ξάντα, στέψαντα ὥπερ ἐριῷ λευκῷ, καὶ ὀπὴ ἔμπα ἔμπροσθεν ἀὐτοῦ καὶ ὀπὴ μετώπου ἄωτον κρόκινον κρεμαννύμεναι, καὶ ἔννυσθαι ὅ, τι ἂν δύ|ῃς· εἶτα οἱ χέαι ἀμβροσίαν· ἡ δὲ ἀμβροσία, ὕδωρ ἀκραιφνὲς, ἔλαιον, παγκαρπία. ἅπερ ἔμβαλε.

Jovis Cteſii ſigna ita ſtatuenda; Cadiſcum novum utrinque anſatum operculo tegendum: Simulacri auribus coronam è lanâ albâ imponito. Ex humero ejus dextro lanam ſuſpendite coloris crocei: amicito etiam ut erit tibi commodum, deinde AMBROSIAM *illi affundito.* EST AUTEM AMBROSIA, AQUA PURA, OLEUM, ET FRUCTUUM OMNE GENUS; *Hæc omnia miſce ad Ambroſiam.*

Deſcribit hic unâ unguentum (quod Ambroſiam appellat) quibuſque conſtaret: aliud planè videbimus inferius in Hecates Conſecratione adhibitum.

De Jovis Hercei Conſecratione ſequentia afferunt, ex Ariſtophanis *Danaidibus*, Scholiaſtes ejus, ad Plutum; & Suidas, in vocibus, χύτρας ἱδρυτίου.

Μαρτύρομαι δὲ Ζῆνος ἑρκείας χύτρας,
Μεθ' ὧν ὁ βωμὸς ἅπας ἐδρύθη πάλαι.

Quæ *ollæ*, ſive χύτραι ad ſacrificia in Conſecrationibus adhibita magis pertinent: ac licet aliis Diis Conſecrandis, ſive jam modo conſecratis, quandoque etiam offerrentur; potiſſimum tamen illæ, quaſique eis proprium, uſum habebant in Mercuriorum Conſecrationibus.

Quæ manifeſta fiunt, puto, ex iis quæ ex ejuſdem Ariſtophanis comœdia, cui Pax nomen, heic ſequuntur:

Xe.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Χο. Ἄγε δὴ τί νῶϊν ἐντεῦθεν πιητέον;
Τρ. Τί δ' ἄλλο γ' ἢ ταύτῃ χύτρας ἱδρυτέον;
Χο. Χύτραισιν, ὥσπερ μεμφόμενον Ἑρμίδιον;
Τρ. Τί δαὶ δοκεῖ; βάλεσθε λαμυρῷ βοΐ;
Χο Βοΐ; μηδαμῶς· ἵνα μὴ βοηθεῖν ᾠοι δέοι.
Τρ. Ἀλλὰ ὑῒ παχείᾳ καὶ μεγάλῃ; &c.

Quæ apud hunc Poëtam lectu jucundiſſima ſunt.

Ch. Age quid jam deinceps faciendum eſt?
Tr. Quid aliud, quam illam ollis Conſecrando ſtatuere?
Ch. Olliſne, tanquam vilem quendam Mercuriolum?
Tr. Quid aliud videtur, num Juvenco ſaginato?
Ch. Juvenco? nequaquam; ne aliquo nobis juvandum ſit.
Tr. Suine pingui ac magnâ? &c.

Ad quæ verba Scholiaſtes: Ὅτε μὲν ταῖς χύτραις ὄσπεια ἥψων, ὅτε δὲ ἄλλο τι πολυτελέστερον ἱερεῖον, καὶ ἔθυσαν ἵδρυον· καὶ περὶ τοῦ θυόμενον ἔλεγον, βοῒ ἱδρύεσθαι, ἢ αἰγὶ, ἢ προβάτῳ, ἢ οἷον ἂν ἦ τὸ ἱερεῖον. *Aliquando quidem in Ollis legumina coquebant: aliquando vero ſumptioſius aliquam victimam offerebant, & ita Conſecrabant: ac de eo quod mactatum erat dicebant, (prout victima erat)* BOVE CONSECRARE, *aut* CAPRA [*conſecrare*] *aut* OVE.

Ditiores ſcilicet majore ſumptu, pauperes aut avari tenuiore, ſacrificia heic ſua peragebant.

Sic quoque μάλα κωμικῶς idem ille Ariſtophanes Pluti Conſecrationem in ſcenam producit:

Καρ. Ἱδρυσόμεσθ' ἦν αὐλίκ' ἀλλὰ προΐμεθ'
Τὸν πλοῦτον ὅπερ πρότερον ἦν ἱδρυσμένος,
Τὸν ὑποδίδομον ἀεὶ φυλάττων τὸ θεῖον.
Ἀλλ' ἐκδότω τις δᾷδα δᾴδας ἡμμένας,
Ἵν' ἔχων προσηγῇ τῷ θεῷ σύ. Ἱερ. πάνυ μὲν οὖν
Δρᾶν ταῦτα χρή. Καρ. Τὸν πλοῦτον ἔξω τίς καλῷ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Γραῦς. Ἐγὼ δῆτα ποιῶ; Καρ. τὰς χύτρας αἷς τὸν θεὸν
Ἱδρυσόμεθα λαβὲ καὶ ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, φέρε
Σεμνῶς. ἔχεται δ' ἦλθες αὐτῇ ποικίλα.

Ubi Scholiastes: Ἐθος ἦν ἐν ταῖς ἱδρύσεσι τῶν ἀγαλμάτων, ὀστρίων ἐψηθέντων χύτρας περιπομπεύεσθαι ὑπὸ γυναικῶν ποικίλως ἠμφισμένων. ἐν τούτων ἀπήρχοντο χαριστήρια τοῖς θεοῖς ἀποτίνοντες:

— — — *Parumper remane,*

Nam Consecrabimus ac collocabimus statim [Plutum scil.] *Ubi prius consecratus stabat* [Jupiter] *ut intimum Sacrarium* [sive Adyta] *semper servaret Deæ.* [Palladis] *Sed afferat aliquis huc* FACES ACCENSAS, *ut tu Deo Pluto præeas.*

Sacerd. Hoc quidem facere quam maxime oportet.
Car. Evocet aliquis Plutum foras ex ædibus.
Mul. Ego vero quid agam? [Car.] *Ollas istas quibus Deum collocabimus accipiens, eas capiti impositas decenter feras. Vestita enim es vestibus versicoloribus.*

Scholiastes: *Mos erat in Consecrandis ac collocandis imaginibus,* [de aris paulò inferiùs idem testatur] *circumducere in Pompa Ollas cum leguminibus decoctis quæ portabantur à fœminis vestibus versicoloribus adornatus. Et illa ut primitias gratulatorias Dis (consecratis) tribuebant.*

In hoc posteriori testimonio videmus & *faces accensas*, quibus Diis Consecrandis præibant.

Hecates Consecrationem habemus apud Euseb. lib. 5. præparat. Euangelicarum, hoc modo, in ipsius Hecatis prætenso Oraculo. Ita enim illa præcipit:

Ἀλλα πάλιν ξόανον κεκαθαρμένον ὥς σε διδάξω
Πηγάνῳ ἐξ ἀγρίοιο δέμας ποίει ἠδ' ἐπικόσμει

ζώ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Ζώοισιν λεπτοῖς κατοικιδίοις σκαλαβώταις
Σμύρνης καὶ σύραικον λιβάνοιο τε μίγματα τέλψας
Σὺ κεινοῖς ζώοισι, καὶ ἀθρόους ὑπὸ μήλῳ
Ἄυξησον πλῆ, αὐτὸς ἐπαυχόμενος τήνδ' ἀχλύν.

Purum absolve mihi simulachrum, quale doceho.
Sylvestri è ruta sacrum mihi perfice corpus:
Accedat tenuis mediisque penatibus errans
Stellio, quem styracis, myrrhæ, thurisque Sabæi
Pulvere, crescentis commisce ad lumina Phœbes:
Dumque instas operi, simul hæc mihi concipe vota.

Addit porro Eusebius: Εἶτ' ἐξέδωκεν ἀχλύν, καὶ ἐδίδαξε πόσους λεπτοὺς σκαλάβους.

Ὅσσαι μορφαί μοι, τόσσοις ζώοις σε κελεύω,
Καὶ σφίδρα ταῦτα πλῆ. δάφνης δέ μοι αὐτογενέθλης
Οἶκος ἐμὸς χώρημα ποιεῖ· καὶ ἀγάλματι πολλὸν
Κείνῳ ἐπαυχόμενος, δὶ ὕπνου ἐμέ τοι ἀναθρήσεις.

Tum ipsam quoque voti formulam præscribit, simulque docet, quot ejusmodi animalcula admiscere oporteat.

Quot mihi sunt formæ, tot misce animalcula dextra
Sedulus, atque ultro nascentis BRACHIA LAURI
IN NOSTRAM CONTEXE DOMUM: *
sic multa precatus
Effigiem, somni tandem me tempore cernes.

Prioribus versibus comprehenduntur & materia ex qua simulachrum erat faciendum, & ea quoque quæ unguentum illud quo Consecranda erat Hecate, componere debebat.

Si verò vota illa sive preces, quarum mentio quoque fit, addidisset Eusebius, videremus ex iis formulam, proculdubio, in Consecrationibus usitatam.

* De οἰκίσκοις, seu domunculis, vide Grotium ad Acta, & Casaubonum ad Athenæum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Alias tamen videmus apud Livium aliasque, & in Inscriptionibus antiquis, Consecrandi Formulas. Ita enim Livius lib. 1. loquentem inducit Romulum:

Jupiter Feretri, hæc tibi Victor Romulus Rex Regia arma fero, Templumque iis regionibus, quas modo animo metatus sum, dedico, sedem opimis spoliis, quæ Regibus Ducibusque hostium cæsis, me auctorem sequentes posteri ferent. Apud eundem quoque lib. 10. ita loquitur Virginius:

Hanc ego aram Plebejæ pudicitiæ dedico.

In Inscriptione etiam Capitolinâ habetur:

Alcidæ sacri generis decus, hoc tibi Prætor
Et Jovis Antistes dedico perpetuus.

Quibus addamus hanc, quæ sequitur, formulam Aræ Jovi Opt. Max. sacratæ inscriptam (non quidem ea forma qua & hodie Patavii extat, quaque eam Manutius, Gruterus aliique descripserunt; quod ea heic sat commodè exhiberi nequeat: attamen ipsissimis verbis quæ lapide antiquo continentur) hoc modo: L. CAESARE. IMP. P. COELIO. P. F. BALBINO. VIBVLLIO. PIO. COSS. VII. IDVS. OCTOBRES CN. DOMITIVS. VALENS II. VIR. I. D. PRAEEVNTE. C. JVLIO. SEVERO. PONTIFICE. LEGEM. DIXIT. IN. EA. VERBA. QVAE. INFRA. SCRIPTA. SVNT.

IVPPITER. OPTIME. MAXIME. QVANDOQVE. TIBI. HODIE. HANC. ARAM. DABO. DEDICABOQVE. OLLIS. LEGIBVS. OLLISQVE. REGIONIBVS. DABO. DEDICABOQVE. QVAS. HIC. HODIE. PALAM. DIXERO. VT. INFIMVM. SOLVM. HVIVS. ARAE.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

ARAE. EST. SIQVIS. HIC. HOSTIA. SACRVM FACIT. QVOD. MAGMENTVM. NEC. PROTOLLAT. ITCIRCO. TAMEN. PROBE. FACTVM. ESTO. CAETERAE. LEGES HVIC. ARAE. EAEDEM. SVNTO. QVAE. ARAE. DIANAE. SVNT. IN. AVENTINO. MONTE. DICTAE. HISCE. LEGIB. HISCE. REGIONIB. SICVTI. DIXI. HANC. TIBI. ARAM. IVPPITER. OPT. MAX. DICO. DEDICOQVE. VTI. SIS. VOLENS. PROPITIVS. MIHI. COLLEGISQ. MEIS. DECVRIONIB. COLONIS. INCOLIS. COLONIAE. IVLIAE. SALONAE. CONIVGIBVS. LIBERISQVE. NOSTRIS.

Non ſolæ *Preces* igitur, verum & *Leges* Dedicationis accedebant, uti & ex hac & ex aliis Inſcriptionibus diſcimus; & ex C. Plinii epiſtolarum lib. 10. (atque ibi Epiſt. 58. & 59.) magis innoteſcit. Niſi quod ſimul ex iis diſcamus; ut apud Romanos, non tamen ita id perpetui moris fuiſſe apud Græcos, & Aſiæ minoris populos.

Sed ipſum audiamus Plinium, Trajanique Imperatoris, ad ipſum reſponſum.

Plinius Tr. Imp. S.

Ante adventum meum, Domine, Nicomedenſes priori foro novum adjicere cæperunt, cujus in angulo eſt ædes vetuſtiſſima Matris Magnæ, aut reficienda, aut transferenda: ob hoc præcipuè, quod eſt multo depreſſior opere eo quod nunc maxime ſurgit. Ego, quum quærerem, num eſſet ALIQUA LEX DICTA TEMPLO, *cognovi* ALIUM HIC, ALIUM APUD NOS ESSE MOREM DEDICATIONIS. *Diſpice ergo, Domine, an putes ædem, cui*

cui NULLA LEX DICTA EST, *salvâ religione posse* TRANSFERRI: *alioqui commodissimum est, si religio non impedit.*

Tr. Plinio S.

Potes, mi Secunde carissime, sine solicitudine religionis, si loci positio videtur hoc desiderare, ædem Matris Deûm TRANSFERRE *in eam quæ est accommodatior: nec te moveat quod* LEX DEDICATIONIS *nulla reperitur, cum solum peregrinæ civitatis capax non sit Dedicationis quæ fit nostro jure.*

Ex quibus tam Plinii quam Trajani verbis etiam clarum est, circa Dedicationes seu Consecrationes, longè alios quandoque ritus ac ceremonias aliis in regionibus, aliasque apud gentes, locum habuisse; quod uti de Legibus Dedicationis hic patet, ita de aliis quoque nullum mihi dubium est. Nam Græcorum, Latinorum & Barbarorum sacra in plurimis variasse nemini ea indaganti ignotum esse potest.

De Auguriis captis in Consecrationibus Templorum, Ararum, aliarumve rerum Consecrandarum, apud Græcos me aliquid legisse jam non incidit: nec, id Barbaros fecisse, apud Latinos: nisi quæ de Germanis, Semnonibusque inter eos, Tacitus (libro de ipsorum moribus conscripto) hisce verbis tradit: *Stato tempore in silvam* AUGURIIS PATRUM, *& prisca formidine sacram, omnes ejusdem sanguinis populi legationibus coëunt.*

De suâ gente, Romana videlicet, Suetonius, in Oct. Augusto, cap. 7. *Quod loca quoque religiosa, &* IN QUIBUS AUGURATO QUID CONSECRATUR, *Augusta dicantur, ab auctu, vel avium gestu, gustuve; sicut etiam Ennius docet scribens:*

Augusto Augurio postquam inclyta condita Roma est.

Quo

Quo cum convenit Ovidius: qui libro 1. Faſtorum ita canit:

Sancta vocant Auguſta patres: Auguſta vocantur
Templa, Sacerdotum rite dicata manu.

Procul omni dubio tamen & hæc inter Græcas Barbaraſque gentes quoque locum habuere: quod Augurandi ars vetuſtiſſima (uti & plurima alia) à Chaldæis ac Græcis ad Romanos tranſierit.

Præter *Preces* ac *Leges* dictas, etiam accedebant ſæpe Diræ Imprecationes, quæ tamen præcipuè, ut puto, locum habebant in Conſecrationibus ſtatuarum certis in locis, Templis, Villis, Agrorumve confiniis, conſecratis collocatarum.

Hinc videmus apud Philoſtratum libro 2. de Vitis Sophiſtarum in Herodis Attici vitâ: Εἰκόνας γὰρ ἀνεθήκε σφῶν θηρώντων τε, καὶ πεθηρακότων, ἐθηρασόντων· ταὶς μὲν ἐν δρυμοῖς· τὰς δ' ἐπ' ἀγροῖς τὰς δὲ, πρὸς πηγαῖς τὰς δὲ, ὑπὸ σκιαῖς πλατάνων, οὐκ ἀφανῶς, ἀλλὰ ξὺν ἀραῖς ἔκ τε εἰκόνος, καὶ κινήσαντος. *Imagines certè ipſorum venantium, & venatione functorum & ad venandum paratorum conſecraverat, partim in quercetis, partim in agris, partim ſuper fontibus, partim ſub umbris platanorum; non* OBSCURE, SED CUM IMPRECATIONIBUS EJUS QUI CONCIDERET, *aut* [*è loco ubi conſecratæ erant*] MOVERET.

Harum Imprecationum ab Herode factarum, exempla habemus in Inſcriptionibus iſtis, quas cum Doctiſſimis ſuis notis edidit Celeber. Claudius Saſmaſius: quarum primam heic afferam, uti ab ipſo emendata fuit:

Πότνι' Ἀθηναίων ὑπερέφανε Τελεγένεια,
Ητ' ὄπι ἔρχα βροτῶν ἐλαΐς Ῥαμνέσιας ὄυπ,
Γείτονες ἀγχίθυροι Ἰώμης ἑκατονταπύλοιο
Πείονα δὴ καὶ τόνδε θεὰ τειμήσατε χῶρον
Δῆμον Δηιώοιο φιλόξεινον Γελόπαο.

Τόφρα κε κὴ Τελόπειαν ἐν ἀθανάτοισι λέγηθον.
Ὡς ὅτε Ϛ Ῥαμνῆντα, κὴ Δ' ῥυχόρυς εἰς Ἀθήνας
Ἦλθετε, δώματα πατρὸς ἐριγδούποιο λιπόντε,
Ὡς τήνδε ῥώεσθε πολυσάφυλον κατ' ἀλωλὴν,
Λήϊα τε σκιόωντ Ϛ δένδρεα βοτρυόεντα,
Λειμώνων τε κόμας ἀπαλοτρεφέων ἐφέποντε.
Ἶμμι γὰρ Ἡρώδης ἱερὴν ἀνὰ γαῖαν ἔηκε,
Ἀνδράσιν ὑψιγένοισιν ἀκινήτην Ϛ ἄσυλον
Ἔμμεναι. ἢ σ' ὄφρ' οἱ ἐξ ἀθανάτοιο καρήνε
Σμερδαλέον σείσασα λόφον κατένευσεν Ἀθήνη,
Μήτρῳ νηπόινον βῶλον μίαν, ἢ ἕνα λᾶαν
Ὀχλίσαι. ἐπεὶ ἃ μοιρέων ἀτρεῖες ἀνάγκαι,
Ὅσκε θεῶν ἐδέασιν ἀλιτροσύνην ἀναθεῖν.
Κλῦτε πρεικτίονες, κὴ γείτονες ἀγροιῶται.
Ἱερὸς ἔστ Ϛ ὁ χῶρ Ϛ. ἀκίνητοι ἦ θέαινα,
Καὶ πολυτίμητοι κὴ ἐπόχειν ἔας ἐτοῖμαι.
Μηδέ τις ἡμερίδων ὄρχας, ἢ ἐναλίτεα δένδρων,
Ἢ πρίν χιλὼ ὠαλδέϊ χλωρὰ θέσσαν
Δμωῇ κυανέᾳ Αἰδ Ϛ ῥήξιε μακέλλα,
Σῆμα νέον τεύχων, ἢε πρότερον κεραΐζων.
Οὐ θέμις ἀμφὶ νέκυσι βαλεῖν ἱερὴν βῶλον.
Πλὴν ὅκεν αἵματ Ϛ ἧσι Ϛ ἔγγον Ϛ εἰσαμβρόσιο.
Κείνοις οὐκ ἀθέμιστον, ἐπεὶ πμάρ Ϛ ἵκτωρ.
Καὶ γὰρ Ἀθηναίη πρὶν οἱ χθόνιον βασιλῆα
Νηὶ ἐγκατθῆκε σωτέσιον ἐμμορίαν ἱρῶν.
Εἰ ἦ τῷ ἀκλυτα ταῦτα, κὴ οὐκ ἐπιπρέσεται αὐτῶν,
Ἀλλ' ἀποτιμήσῃ, μὴ οἱ νήπια γένηται.
Ἀλλά μιν ἀπρόφατ Ϛ Νέμεσις κὴ ῥέμβ Ϛ Ἀλάστωρ
Τίσονται, συγερῷ τε κυλινδήσῃ κακότητα.
Οὐδὲ γὰρ Ἴφθιμον Τελόπεω μέν Ϛ Αἰολίδαο
Ὦναθ' ὅτε νεὸν Δημήτερ Ϛ ἐξαλάπαξεν.
Τῷ ἤτοι ποινὴν κὴ ἐπωνυμίην ἀλέασθε
Χῶρα, μή τοι ἕπηται ἐπὶ Τελόπειος Ἐρινύς.

Quos

Quos verſus reddit idem ille Salmaſius hunc in modum:

O Bona Athenarum præſes, Tritonia virgo
Cuique hominum curæ res ſunt, Rhaumuſias Upi.
Urbis vicinæ, quæ ſtat centum inclyta portis,
Hunc & vos celebrate locum pinguem ubere glebæ
Dictum Deoi Triopæ de nomine pagum:
Ut notæ hinc ſitis, Triopeia numina, Divæ.
Ac velut Actæas ſi quando inviſitis arces,
Et Rhamnuntem, alio delapſæ vertice cœli;
Sic Divæ huc properate, hæc conſita vitibus arva,
Et lætas ſegetes, & amicta arbuſta racemis
Luſtrantes, mollique virentia gramine prata.
Vobis Herodes tellurem hanc rite ſacravit,
Quanta patet, circum muri vallatâ coronâ,
Uſque vel ad ſeros manſura intacta nepotes.
Sic namque horrificas divino vertice criſtas
Concutiens, viſa eſt nutu aſſenſiſſe Minerva:
Non glebam hinc ulli, lapidemque impune movendum.
Nec Parcæ faciles, aut illi parcere promptæ,
Qui Divûm ſanctas violaverit impius ædes.
Auribus accipite hæc, vicina & ruſtica pubes,
Hic ſacer eſt locus, & Divæ non ſede movendæ,
Uſque coli dignæ, atque aures adhibere paratæ.
Diſpoſitas ne quis vites arbuſtaque læta
At late irrigui viridantem graminis herbam,
Audeat orcivo fodiens exſcindere raſtro,
Sive novum ſtatuat, vetus evertatque ſepulchrum.
Luce nefas caſſum ſacra circumdare terrâ,
Ni trahat ex illo genus, hanc qui condidit ædem.
Olli quippe licet. Teſtis Vindexque, Minervæ
Numine præpoſitus, nigri regnator Averni,
Et templi & pariter ſacrorum acceptus honore.
Hæc ſi audita neget ſibi quis, neque ſcire laboret,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Insuper aut habeat, non impunitus abibit.
Hunc cita sed Nemesis, atque irrequietus Alastor
Tristibus urgebunt tali pro crimine pœnis.
Nec Triopam quondam, cui sanguinis Æolus auctor,
Juvit sacratum Cereri temerasse novale.
Quisquis eris, pœnamque loci, nomenque memento,
Ut fugias, nec te Triopea sequatur Erynnis.

Ut autem eo minus esset periculum profanationis, Agri, Luci, aut Termini sive Limites, aliaque loca Dedicata aut Consecrata, vel muris circumsepiebantur vel aliter notabantur. Et in Terminis quoque sæpius certa agri mensura, aut spatium circum Sacella aut Templa in Confiniis, sive Biviis, sive Triviis, sive Quadriviis, constructa, donabatur; ob rationes ex Aggeno perspiciendas. Ita enim ille, pag. 61. editionis Goesianæ: *Si enim loca sacra ædificabantur, quam maxime apud antiquos in confiniis constituebantur. Ubi trium vel quatuor possessionum terminatio conveniret, & unusquisque possessor donabat certum modum sacro illi ex agro suo; & quantum donasset scripto notum faciebat: ut per diem solemnitatis, eorum privatorum agri nullam molestiam inculcantis populi sustinerent: sed & si quid spatiosius cedebatur, Sacerdotibus Templi illius proficiebat.*

De pœnis seu mulctis pecuniariis statutis, per eos qui monumenta Consecrabant, contra eos qui ista violarent (sive Agros tutelæ nomine ipsis cedentes, sive hortulos, sive ædificia aliave ad ista pertinentia,) habemus exempla quoque in Inscriptionibus monumentorum; quorum hæc sequentia sufficerint.

D. M.
MINDIA. IVLIA. ET. P. AELIVS
PHILETVS. COMPA
RAVERUNT. SIBI. ET. LIBERTIS
LIBERTABVSQVE

PO-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

POSTERISQUE. EORVM
HIC. LOCVS. CVM. HOR.
TVLO. SVO. RELIGIOSO. ET
AEDIFICIOLIS. SVIS
MVRO. CINCTVS. AD. SEPVLCHRVM
MINDIAE. IVLIAE
ET. P. AELI. PHILETI. PERTINET
ET. NE. QVIS. EA. LOCA
S. S. NEQVE. VENDERE. NEQVE
DONATIONIS. CAVSA
NEQVE. DE. NOMINE. VTRORVMQVE
EXIRE. POSSIT
QVOD. SI. QVIS. CONTRA. HANC
INSCRIPTIONEM. FECERIT
INFERET. POENAE. NOMINE
ARCAE. PONTIFICVM
HSS. L. $\overline{N}$. H. M. ET LOCIS. S.S. D. M. A

D. M.
AVR. MAXIMIANVS. AVR. OLYMPIADI
FIL. DVLCISSIMAE. QVAE. VIX. AN. XXII. M. X
D. XXVI. ET. PVBLICIAE. CARPODORAE. EIVS. ET
LIB. LIBERTABVSQ. SVIS. POSTERISQ. EORVM. F
SI. QVIS. HOC SEPVLCRVM. VEL. MONVMENTUM
CVM AEDIFICIO. VNIVERSO. POST. OBITVM
MEVM. VENDERE. VEL. DONARE. VOLVERIT
VEL. CORPVS. ALIENVM. INVEHERE. VELIT.
DABIT. POENAE. NOMINE ARK. PONTIF. HS. $\overline{C.N}$
ET. EI. CVI. DONATVM. VEL. VENDITVM FVERIT
EADEM. POENA. TENEBITVR.

Nonnunquam verò non Arcæ Pontificum, ſed Arcæ pop. Rom. ſive ærario ejus, aut ærario Saturni, aut Virg. Veſtalibus, aut pluribus horum ſimul, ejuſmodi Venditores, &c.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

pecuniam definitam pœnæ aut mulctæ vice inferre tenebantur: uti patet ex Inſc. 8. pag. 652. 13. p. 861. 8. p. 1032. 2. p. 837. aliiſque pluribus.

Imprecationes verò aut Diras, non ut plurimum additas fuiſſe in ſepulchrorum Conſecrationibus, etiamſi ſæpe (licet id ſtatuat Cl. Salmaſius) certiſſimum puto. Quamquam nec leges defuerint, quæ ne ſpoliarentur, aut aliis modis profanarentur, prohiberent. Ita enim in Pandectis Paulus lib. 1. ſententiarum, de ſep. & lugendis. *Qui monumento inſcriptos titulos eraſerit, vel ſtatuam everterit, vel ex eodem traxerit lapidem, columnamve ſuſtulerit, ſepulchrum violaſſe dicitur.*

De nominbus eraſis, ac denuo reſtitutis exemplum habemus in ſequenti Inſcriptione:

HERACLIDES. MENODOTI. F
CALLISTE. MATRI. SVAE. ET
MENODOTO. FRATRI. L. L. L. P. O. M. S.
TI. PLAVTIVS LVPVS
TI. PLAVTIVS EVARISTVS
TI. PLAVTIVS SYNEGDEMVS
HOC. MONVMENTVM. SVVM
VIOLATVM. VINDICARVNT. ET
RESTITVERVNT. NOMINA
OBITORVM

Feſta autem ejuſmodi, ſive Encænia quæ heic ab Aggeno vocantur ſolemnitates, etiam circa alia Templa fuiſſe Anniverſaria; & circa aras, ſimulachra & monumenta, &c. cum adjunctis Sacrificiis, & Epulis (cum nullum ſacrificium ſine Epulis fieret) docent nos abunde Inſcriptiones Antiquæ; uti, exempli gratia, hæc ſequens:

T I.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

TI. CLAVDIVS. DRVSI. F. CAES. AVG.
GERM. PONT. MAX. TRIB. POT. II
COS. DESIG. IMP. III. P. P. DEDIT
OB. MEMORIAM. PATRIS. SVI. DEC. VII
COLLEGII. FABR. M. R. HS. 8. N. LIBERALITATE
DONAVIT. SVB. HAC. CONDICIONE. VT
QVOTANNIS. ROSAS. AD. MONVMENTVM
EIVS. DEFERANT. ET. IBI. EPVLENTVR
DVM TAXAT. IN. V. ID. IVLIAS
QVOD. SI. NEGLEXERINT TVNC. AD. VIII
EIVSDEM. COLLEGII. PERTINERE. DEBEBIT
CONDICIONE. SVPRADICTA

At, ne quis putet hæc circa ſola monumenta locum habuiſſe, facit hæc jam ſequens Inſcriptio, quam iiſdem verbis (licet non eodem linearum ordine, ut fieri tamen oportuerat) uti apud Gruterum pag. 228. num. 8. habetur, repræſento:

DECRETUM.

AEDICVLAM. ET STATVAS HAS
HOSTIAM. DEDICATIONI
VICTIMAE. NATALI. AVG. VIII
KAL. OCTOB. DVAE. QVAE. PP
IMMOLARI. CONSVETAE. SVNT. AD
ARAM. QVAE. NVMINI
AVG. DEDICATA. EST. VIII. KAL
OCT. IMMOLETVR. ITEM
NATALI. TIBERI. CAES. PERPET
ACTVRI. DECVRIONES
ET. POP. CENET. QVAM. IMPENSAM
C. CASCELLIO. LABEONI

IN-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

IN. PERPET. POLLICENTI. GRATIAE AGANTVR.
MVNIFICENTIAE. EIVS
EOQ. NATALI. VT. QVOTANNIS
VITVLVS. IMMOLETVR
ET. NATALIB. AVGVSTI. ET. TIBERI.
CAESS. PRIVSQVAM
AD. VESCENDVM. DECVRIONES.
EANT. THVRE. ET
VINO GENII. EORVM. INVITENTVR

ARAM. NVMINI. AVG. PEC. NOSTRA
PONENDAM
ET. LVDOS. EX. IDIB. AVG. DIEBVS
SEX. FACIVNDOS
CVRAVIMVS
NATALI. AVGVSTAE. MVLSVM. ET. CRVSTVLA
MVLIERIB. VICANIS. AD. BONAM. DEAM. P. N.
DEDIMVS.

ITEM. DEDICATIONE. STATVARVM
CAESARVM. ET
AVGVSTARVM. MVLSVM. ET.
CRVSTVLA. PECVNIA
DEVOTIS. OMNIB. ET. POPVLO.
DEDIMVS. PERPETVOQVE
EIVS. DIE. DEDICATIONIS. DATVROS
NOS. TESTATI. SVMVS
QVEM. DIEM. QVO. FREQVENTIOR
QVOTANNIS. SIT
SERVABIMVS. VI. IDVS. MARTIAS
QVIA HAC. TI
CAESAR. PONT. MAX. FELICISSIME. CREATVS. EST.

Epuli annui, ob Aræ Dedicationem, mentionem quoque habemus in Inſcriptione 4. pag. 174. ibidem.

Ve-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Verum annuæ ſemper minimè hæ epulæ fuere: ut ex Inſcriptionibus aliis videre licet: ſed pro una vice ſæpius data. Quod indicant Inſcript. 5. pag. 168. 1. pag. 234. & 7. pag. 441. & 3. 68. Aut ſportulæ: quorum exempla in Inſcript. 1. pag. 436. & 8. pag. 441. & 6. pag. 108.

Sicuti verò Terminis eorumve Templis, (aliiſque etiam Templis ac delubris, &c.) cedebatur certa agri menſura, (ad decem vel plura jugera) & ædificia iis adjuncta; ut ex reditu ipſorum ſacrificia & epulæ quotannis fierent: ita etiam Monumentis non ſolum pecuniæ certa quædam ſumma; ſed & eo loco hortuli (aliquando quoque horti admodum magni) cedebantur: ut ex eorum reditu Curatores, Hæredes, quandoque & alii, quotannis epularentur, & Roſas, nonnunquam & coronas myrteas, ad monumenta deferrent. Quandoque & ex pecunia, aliiſve ad ea deſtinatis, præter Roſas, & Myrteas Coronas aliaque Parentialia, Olei, aliorumve diviſio fiebat, & Lectiſternia antè Statuas ponebantur: ut ex Inſcript. 5. paginæ 237. 2. pag. 433. 1. pag. 460. 12. pag. 636. & aliis patet. Inter quas maximè memorabilis mihi videtur, quam exhibet jam pluries memoratus Gruterus pag. 753. num. 4.

Porro Tituli, ut monumentis, ſic & Aris & Statuis & Templis, &c. inſcribebantur; continentes cujus Dei, Deæ, Deorumve eſſent; auctoreſque, & cauſas (ſæpe) Conſecrationis ſeu Dedicationis, aliaque plura quandoque, comprehendebant: uti tam ex jam exhibitis, quam aliis infinitis Inſcriptionibus, doctorum cœtui notiſſimum eſt.

Hinc quoque Spartanæ Puellæ, apud Theocritum (Idyllio. 18.) in Helenes Epithalamio:

Πεῶταί τοι ςέφανον λωτῶ χαμαὶ αὐξομένοιο
Πλέξασαι σκιερὰν καταθήσομεν ἐς παλαίςρην·
Πεῶται δ' ἀργυρέας ἐξ ὄλπιδος ὑγρὸν ἄλειφαρ
Λαζόμεναι, ταξεῦμες ὑπὸ σκιερὰν παλαίςραν·

Γεάμματα δ' ἐν φλοιῷ γεγράψεται (ὡς παριών τις
Ἀνγνοίη) Δωριστί, Σέβε μ'. Ἑλένας φυτὸν εἰμί.

Primæ tibi coronam ex loto humi creſcente
Nectentes, umbroſam ſuſpendemus ad Platanum:
Primæ autem tibi ex argentea pyxide humidum unguentum
Capientes, ſtillabimus ſub umbroſam Platanum.
Literæ autem in cortice ſcribentur (ut præteriens aliquis
Perlegat) Doricè, Venerare me: Helenæ planta ſum.

Ubi & Coronæ & unguenta, ut in cæteris Deorum Conſecrationibus.

Ut autem tam lapidibus Terminalibus, quam ſtatuis, &c. præter *Unguenta*, ac *Coronas* etiam *Vittas*, ſeu *Velamenta* adhibebant; ſic idem quoque faciebant arboribus Conſecratis. Hinc in Metamorphoſeos ſuæ libro 8. Ovidius:

Stabat in his ingens annoſo robore quercus,
Una nemus: VITTÆ mediam, memoreſque tabellæ
Sertaque cingebant voti argumenta potentis.

Quamvis hæc verba etiam ſimpliciter ad cultum religioſum, poſt Conſecrationis actum, retrahi queant.

Apud Romanos ratione rituum accedebant & alia, in Conſecrationibus Templorum, aliarumque rerum Conſecrandarum, ſeu Dedicandarum; Uti ex Cicerone patet: qui in Oratione pro domo ſua: *Atqui C. Atinius, Patrum memoriâ, bona Quintii Metelli, qui eum ex Senatu Cenſor ejecerat, avi tui, Qu. Metelle, & tui, P. Scipio, conſecravit* FOCULO POSITO IN ROSTRIS, ADHIBITOQUE TIBICINE. Et paulò inferiùs: *Quid ergo illa tua tum* OBTESTATIO TIBICINIS? *quid* FOCULUS? *quid* PRECES? *quid* PRISCA VERBA *voluerunt?*

Notum

Notum satis est doctis omnibus Collegium Tibicinum; notumque eos Sacris Romanis, Sacrificiis, ludis, aliisque sacris adhibitos fuisse; cum præter Livium, alioſque, id his sequentibus testetur Ovidius:

Cantabat fanis, cantabat tibia ludis,
Cantabat mœstis tibia funeribus.

Uti etiam in Inscriptionibus Antiquis, apud Gruterum, pag. 175. num. 10.

COLLEGIO. TIBICINVM
ET FIDICINVM. ROMANORVM
QVI. S. P. P. S

Et verbis magis expressis, pag. 269. num. 2.

TIBICINES ϕ ROMANI
QVI ϕ SACRIS
PVBLIC ϕ PRAEST ϕ SVNT

Hoc est, *qui sacris publicis præsto sunt.* Et in Consecratione facta apud eundem, pag. xxx. num. 2.

PRAEEVNTE. AELIO
..... SACERDOTE. TIBICINE
ALBIO. VERINO

Quæ Inscriptio an de solo Taurobolii Sacrificio ac Consecratione; an quoque de Templi aut Sacelli alicujus Consecratione locuta fuerit, incertum plane; eo quod præcipua, ac quæ Sacris Tauroboliis procul omni dubio multum lucis afferre possent, (in quantum ex iis quæ supersunt conjici queat) injuria temporum, forsan & hominum, exesa vel deleta sunt.

Apud eosdem Romanos Dedicationes sive Consecrationes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

fiebant per Pontifices. Etenim *Pontifex Maximus*, ſi Templum eſſet dedicandum, (quod tamen non ædificabatur priuſquam rite Auguria capta fuiſſent) *Poſtem tenebat & verba ad religionem Deorum immortalium* (ut Cicero loquitur) *compoſita proferebat:* Et in Aris Conſecrandis (quod tamen & in ædibus ſacris conſecrandis à Magiſtratu quandoque fiebat, uti ex Varrone diſcimus) *ſolemnia verba præibat.*

At nec ſolus aderat Pontifex Maximus, aut adeſſe, rite debebat: ſed cum ipſo quoque Collegium Pontificum.

Quod patet ex verbis Ciceronis Clodium accuſantis, quod domum ſuam non rite conſecraſſet. *Pontifex, inquit, affuit. Non te pudet cum apud Pontifices res agatur,* PONTIFICEM DICERE, NON COLLEGIUM PONTIFICUM AFFUISSE: *Præſertim cum tribunus plebis, vel denuntiare potueris, vel etiam cogere? &c.* Et paulò inferiùs: *Hanc tu igitur Dedicationem appellas, ad quam non collegium, non honoribus populi Romani ornatum Pontificem, non denique adoleſcentem quemquam, cum haberes in Collegio familiariſſimos, adhibere potuiſti?* Imò iſtud Collegium non tantum adeſſe debebat: Sed ſi quis, aut ſignum, aut delubrum, aut porticum, aut hujuſmodi quid ſimile dedicare volebat: referre ad Collegium Pontificum prius debebat.

Hinc idem Cicero (in eadem Oratione pro domo ſua.) *Atque ille* [C. Caſſius] *tamen ad Collegium retulit: tu ad quem retuliſti? Si quid deliberares, ſi quid piandum, aut inſtituendum fuiſſet religione domeſticâ: tamen inſtituto cæterorum vetere,* AD PONTIFICEM DETULISSES. *Novum delubrum cum in urbis Clariſſimo loco nefando quodam atque inaudito inſtituto inchoares; referendum ad Sacerdotes publicos non putaſti? At, ſi Collegium Pontificum adhibendum non videbatur; nemone horum tibi idoneus viſus eſt, qui ætate, honore, auctoritate antecellunt,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

lunt, ut cum eo DEDICATIONEM COMMUNICARES?

Minor tamen numerus in plurimis, imò & graviſſimis rebus, ſufficiebat, ſi plures adeſſe non poſſent: ut idem, in Orat. de *Haruſpicum reſponſis*, habet. *De ſacris publicis, de ludis maximis, de Deorum Penatium, Veſtæque matris cæremoniis, de illo ipſo ſacrificio, quod fit pro ſalute populi Romani, quod poſt Romam conditam, hujus unius caſti tutoris religionum ſcelere violatum eſt,* QUOD TRES PONTIFICES STATUISSENT, *id ſemper populo Romano, ſemper Senatui, ſemper ipſis Diis immortalibus ſatis ſanctum, ſatis auguſtum, ſatis religioſum eſſe viſum eſt. At verò, meam domum P. Lentulus, Conſ. & Pontifex, P. Servilius, M. Lucullus, Qu. Metellus, M. Glabrio, M. Meſſalla, L. Lentulus, Flamen Martialis: P. Galba, Q. Scipio, C. Fannius, M. Lepidus, L. Claudius, Rex ſacrorum: M. Scaurus, M. Craſſus, C. Curio, Sex. Cæſar, Flamen Quirinalis: Qu. Cornelius, P. Albinovanus, Qu. Terentius, Pontifices Minores, cauſa cognita, duobus locis dicta, maxima frequentiâ Ampliſſimorum, ac Sapientiſſimorum civium adſtante,* OMNI RELIGIONE, *una mente omnes* LIBERAVERUNT.

Nimius hic videri cuipiam poſſim in citando Cicerone. At verba hæc jam poſtremò adducta, indicant. 1. De qualibus conſulerentur Pontifices [quæ tamen alio loco ac tempore forſan latiùs à me tractabuntur.] 2. Ad minimum tres numero Pontifices debuiſſe adſiſtere in Conſecrationibus aut Dedicationibus. [Quæ vocabula, ut hoc obiter notem, quandoque quid diverſum, quandoque unum idemque ſignificant: uti à me fere pro unâ eademque re in hoc Schediaſmate ſumuntur. Conſecrationis vocabulum ad bona privata, domos, &c. pertinere magis videtur: Dedicationis ad Templa ex iis dedicata: quod locus Templo conſtituendo priuſ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

quam ipsum Templum ædificaretur consecrari deberet: quod ædificatum denuo dedicabatur] Uti in gravioribus Consultationibus tres numero debebant esse. Quod, id est, quare hæc verba, Ciceronis adduxeram. 3. Et Ordinem, & Characteres, & numerum personarum, (Dignitatemque eorum) qui id Collegium constituebant. Quorum nemo ex fæce vulgi: verum omnes Amplissimi viri, & maxime, in civitate orbis tunc Domina, conspicui. 4. Non solum ad Consecrationes aut Dedicationes rite faciendas; sed & ad res istas quæ male consecratæ erant omni Religione liberandas, hoc fuisse adhibitum Collegium; nec sine eo, &c. fieri debite potuisse.

Sic Resecratio, quâ res male aut illegitime Consecratæ iterum Profanæ reddebantur, fiebat etiam per Pontifices; sive jussu Senatus, ex sententia & auctoritate seu responso Pontificum (qui de omnibus Sacris, iisque quæ ad illa pertinerent, judicabant ac Respondebant) per Prætorem Urbanum; ut nos docet Cicero, in Orat. pro domo suâ: cujus verba paulò altius repetam: *Sed ut revertar ad jus publicum vindicandum, quod ipsi Pontifices semper non solum ad suas cæremonias, sed etiam ad populi jussa accommodaverunt: habetis in commentariis vestris, C. Cassium censorem de signo Concordiæ dedicando* AD PONTIFICUM COLLEGIUM RETULISSE, EIQUE M. ÆMILIUM PONTIF. MAXIMUM PRO COLLEGIO RESPONDISSE, *nisi eum populus R. nominatim præfeciſset, atque ejus jussu faceret, non videri id recte posse dedicari. Quid, cum Licinia Virgo Vestalis, summo loco nata sanctissimo sacerdotio prædita, T. Flaminio, Q. Metello Coss. æram & ædiculam & pulvinar sub Saxo sacro dedicasset,* non eam rem EX AUCTORITATE SENATUS AD HOC COLLEGIUM SEX. JULIUS PRÆTOR RETULIT? *cum P. Scævola, Pontif. Maximus* PRO COLLEGIO RESPONDIT, QUOD IN LOCO

CO PUBLICO LICINIA C. F. INJUSSU POPULI DEDICASSET, SACRUM NON VIDERI ESSE. *Quam quidem rem quantâ ſeveritate, quantaque diligentia Senatus ſuſtulerit ex ipſo S. C. facile cognoſcetis. Recita S. C.* SENATUS CONSULTUM. *Videtiſne Prætori Urbano negotium datum, ut* EJURARET, NE ID SACRUM ESSET? ET UT SI QUÆ ESSENT INCISÆ, AUT INSCRIPTÆ LITERÆ, TOLLERENTUR? *ô Tempora! ô mores! Tum Cæſarem hominem ſanctiſſimum, ſimulachrum Concordiæ dedicare Pontifices, in Templo* INAUGURATO *prohibuerunt: Poſt autem Senatus in loco* AUGUSTO *conſecratam eam aram, tollendam ex auctoritate Pontificum cenſuit, neque ullum eſt paſſus ex ea dedicatione, literarum extare monumentum.*

Verum ut non tantum res Profanæ per hoc Collegium Conſecrabantur, atque è contrario Reſecrando omni Religione liberabantur; Sic quoque, ſi profanatæ fuerant, ac per privatos occupatæ, per illos denuò reſtituebantur: uti ex hac ſequenti Inſcriptione patet:

IMP. CAESAR.
VESPASIANVS. AVG
PONTIF. MAX. TRIBVNIC
POTEST. VI. IMP. XIIII. P. P
COS. VI. DESIG. VII. CENSOR
LOCVM. VINEAE. PVBLICAE
OCCVPATVM. A. PRIVATIS
PER. COLLEGIVM. PONTIFICVM
RESTITVIT

Quod idem, ſicut in pluribus aliis, ita proculdubio, in monumentis ſeu ſepulchris, locum habuit. ut ex Inſcript.

quæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

quæ apud Aldum pag. 196. in voce *Cælius* prima extat, videre licet:

D. M. S.
FL. PROBINICIA. FECIT. SIBI
ET, COELIVS. SENTINIANVS. FOR
COR. 7. COH. II. VIG. PETIT. A PONTI
FICIB. VT. SIBI. PERMITTERENT
REFICERE. N. MONVMENTVM
IVRIS. SVI. LIB. LIBERTABVSQVE
SIBI. ET. SVIS. POSTERISQVE
EORVM

Illuſtrant hæc uti exiſtimo verba illa Ciceronis: *Si quid piandum, aut inſtituendum fuiſſet religione domeſtica: tamen inſtituto cæterorum vetere ad Pontificem detuliſſes. Novum delubrum cum in urbis Clariſſimo loco nefando quodam atque inaudito inſtituto inchoares; referendum ad Sacerdotes publicos non putaſti? At ſi Collegium Pontificum adhibendum non videbatur; nemone horum tibi idoneus viſus eſt, qui ætate, honore, auctoritate antecellunt, ut cum eo Dedicationem communicares?*

At majorem iis lucem adfert ea quam profert Gruterus pag. 318. num. 8.

PERMISSV. C. NASENNI. MARCELLI
PONTIFICIS. VOLCAN. ET. AEDIVM
SACRARVM. ET. Q. LOLLI. RVFI
CHISIDIANI. ET. M. AEMILI. VITALIS
CREPERIANI. N. VIR

An autem hæc extra Romam, licet intra Italiam, poſita ſit, an vero in ipſa urbe, mihi incertum eſt: Veriſimile tamen

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

men admodum mihi eſt, ſi non plane certum, ſub Cæſarum imperio, etiam primorum, Dedicationes ſeu Conſecrationes Templorum, aliarum ædium ſacrarum, &c. per Vicarios Pontificis Max. adminiſtratas fuiſſe; atque hinc exortum Titulum Pontificis ædium Sacrarum.

Nam Pontifices non ſolum Vulcani, Dei Liberi, Martis, Solis ac Veſtæ, Junonis, imò & ipſorum Auguſtorum ac Cæſarum, Domuſque Auguſtæ fuiſſe, Doctioribus magis notum puto, quam ut heic operoſè oſtendatur. Cæterum hanc poſtremam Inſcriptionem non, ut ei præcedentem, loqui de monumento aliquo, ſed Templo, delubro, Sacello, aut ara aliqua dedicata aut reſtituta, non nimis obſcurum puto.

Quod denique hiſce addendum puto eſt, non ſolâ Pontificum Auctoritate ac permiſſu Conſecrationes (apud Romanos) fuiſſe factas, ſed plebis Romani conſenſu & juſſu, (antiquis ſaltem temporibus, neque enim id ſemper obtinuiſſe putem) ad eas opus fuiſſe. Ita enim Cicero: *Video enim eſſe Legem Veterem Tribunitiam, quæ vetet injuſſu plebis, ædes, terram, aram Conſecrare.*

De Magicis (ſaltem ita prætenſis) Conſecrationibus, ac quarum mentio nonnulla facta fuit, pag. 283. & 357. non multa heic apponenda cenſeo; quum, quæ de Teleſmatis tam Græcorum quam aliorum huc afferri queant, ſatis ſuperque tractaverit Salmaſius in Notis ſuis ad Hiſtorias Auguſtas: quas idcirco adeat harum rerum, vere nugarum, Lector paulò curioſior.

Qui autem ipſos adire fontes velit, conferat ſe ad Spartianum, ad Olympiodorum (apud Photium, & alios) ubi inveniet Statuas magicè Conſecratas, ac ſub terram defoſſas, contra hoſtium incurſus; Ciconias ac Serpentes erectas contra Serpentes, &c.

Aſt nullum dubium eſt quin quam maxime tales Conſe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

crationes circa μαντεῖα, seu Templa Fatidica, ipsorumque apparatum habuerint locum. Quod tam ex exemplo Hilarii sociorumque ipsius pag. 357. memoratorum patet, quam ex Plinii verbis, quæ hic sequuntur: ita enim loquitur libro 25. cap. 9. de Verbenaca: *Utraque* [specie] *sortiuntur Galli, & PRÆCINUNT RESPONSA. Sed magi utique circa hanc insaniunt. Hac peruncti os impetrare quæ velint, febres abigere, amicitias conciliare, nullique non morbo mederi, &c.*

Et lib. 37. cap. 10. *Chelonia oculus est Indicæ testudinis, vel portentosissima Magorum mendaciis.* MELLE ENIM COLLUTO ORE, IMPOSITAM LINGUÆ FUTURORUM DIVINATIONEM PRÆSTARE.

Cujus autem energiæ aut potestatis fuerit & in talibus, & in aliis ars Magica, quam lib. 30. cap. 1. non immeritò *Artium fraudulentissimam* vocat, pluribus atque eleganter indicat diversis in locis: quæ quod non malè conveniant præcedenti nostræ tractationi (cujus occasione & hæc de Consecrationibus nata est) paulò latiùs ea adducam: postquam hæc præmisero. De Origine igitur ejus lib. ac cap. jam postremo citatis ita loquitur: *Magicas vanitates sæpius quidem antecedentis operis parte, ubicunque causæ locusque poscebant, coarguimus, detegemusque etiamnum. In paucis tamen digna res est de qua plura dicantur, vel eo ipso, quod fraudulentissima artium plurimum in toto terrarum orbe, plurimisque seculis valuit. Auctoritatem ei maximam fuisse nemo miretur, quandoquidem sola artium tres alias imperiosissimas humanæ mentis complexa in unam se redegit. Natam primum è Medicina nemo dubitat, ac specie salutari, irrepsisse velut altiorem sanctioremque, quam Medicinam: ita blandissimis desideratissimisque promissis addidisse vires Religionis, ad quam maximè etiamnum caligat humanum genus. Atque ut hoc quoque suggesserit miscuisse artes*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

tes Mathematicas, nullo non avido futura de se sciendi, atque ea è cælo verissime peti credente. Ita possessis hominum sensibus triplici vinculo, in tantum fastigii adolevit, ut hodièque etiam in magna parte gentium prævaleat, & in Oriente regum regibus imperet, &c.

Audiamus jam ipsum de viribus, seu potius de Vanitate Artis Magicæ loquentem. De qua lib. 26. cap. 4. ita insit: *Super omnia adjuvere eum [Asclepiadem] Magicæ vanitates, in tantum evectæ ut abrogare herbis fidem cunctis possent. Æthiopide herba amnes ac stagna siccari conjectu, tactu clausa omnia aperiri. Achæmenide conjectâ in aciem hostium, trepidare agmina ac terga vertere. Latacen dari solitam à Persarum rege legatis, ut quocunque venissent, omnium rerum copia abundarent, ac multa similia. Ubinam istæ fuere, cum Cimbri Teutonique terribili Marte ululârent, aut cum Lucullus tot reges Magorum paucis legionibus sterneret? Curve Romani duces primam semper in bellis commeatuum habuere curam? Cur, Hercule, Cæsaris miles ad Pharsaliam famem sensit, si abundantia omnis contingere unius herbæ felicitate poterit?*

Non satius fuit Æmilium Scipionem Carthaginis portas herbâ patefacere, quam machinis claustra per tot annos quatere? Siccentur hodie Æthiopide Pontinæ paludes, tantumque agri suburbanæ reddatur Italiæ, &c. Lectu quoque dignissimum est totum caput 2. lib. 30. de eadem illa Magia. Sane temperare mihi non possum quin id totum huc adducam.

Ut narravit Osthanes species ejus [Artis Magicæ] *plures sunt. Namque & ex aqua, & ex sphæris, & ex aëre, & stellis, & lucernis, ac pelvibus, securibusque & multis aliis modis Divina promitti: præterea umbrarum, inferorumque colloquia: quæ omnia ætate nostra princeps Nero vana falsaque comperit: quippe non cytharæ tragicique can-*

cantus libido illi major fuit, fortuna rerum humanarum summâ gestiente in profundis animi vitiis. Primumque imperare Diis concupivit, nec quicquam generosius voluit. Nemo unquam ulli artium validius favit. Adhæc non opes ei defuere, non vires, non discendi ingenium, aliaque non patiente mundo. Immensum & indubitatum exemplum est falsæ artis, quam dereliquit Nero: utinamque inferos potius, & quoscunque de suspicionibus suis Deos consuluisset, quam lupanaribus atque prostitutis mandasset inquisitiones eas: nulla profecto sacra, Barbari licet ferique ritus, non mitiora, quam cogitationes ejus, fuissent. Sævius sic nos replevit umbris. Sunt quædam Magis perfugia, veluti lentiginem habentibus non obsequi numina, ut cerni non possint. Forte hoc in illo: nihil in membris defuit. Nam dies eligere certos liberum erat: pecudes vero, quibus non nisi ater color esset, facile. Nam immolare [homines] etiam gravissimum. Magus ad eum Tyridates venerat, Armeniacum de se Triumphum afferens, & ideo provinciis gravis. Navigare noluerat, quoniam expuere in maria, aliisque mortalium necessitatibus violare naturam eam fas non putant. Magos secum adduxerat. Magicis etiam cœnis eum initiaverat. Non tamen cum regnum ei daret, hanc ab eo accipere artem valuit. Proinde ita persuasum sit, intestabilem, irritam, inanem esse, habentem tamen quasdam veritatis umbras, sed in his veneficas artes pollere, non Magicas. Quærat aliquis, quæ sint mentiti veteres Magi, cùm adolescentibus nobis visus Apion Grammaticæ artis, prodiderit cynocephalem herbam, quæ in Ægypto vocaretur Osyrites, divinam, & contra omnia veneficia; Sed si erueretur, statim eum qui eruisset, mori. Seque evocasse umbras ad percontandum Homerum, qua patria, quibusque parentibus genitus esset, non tamen ausus profiteri, quid sibi respondisse diceret.

Cap.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Cap. 3. *Peculiare vanitatis ſit argumentum, quod animalium cunctorum talpas maxime mirantur, tot modis à rerum natura damnatas, cæcitate perpetuâ, tenebris etiamnum aliis defoſſa ſepultiſque ſimiles. Nullis æque credunt extis: nullum religionis capacius indicant animal: ut ſi* QUIS COR EJUS RECENS PALPITANSQUE DEVORARIT, DIVINATIONIS ET RERUM EFFICIENDARUM EVENTUS PROMITTANT.

Quam ſtulti igitur fuere tam veteres Romani, quam alii, ſeu Græcæ nationis, ſeu Barbaræ, homines. Quod, cum tam facilè per ſemetipſos (*devorato*, ſcilicet, *talpæ corde*, aut adhibitis *Verbenacâ*, *Cheloniâve*,) Divinationis capaces evadere poſſent, ſibique & aliis Divina Reſponſa reddere valerent; præſciendique & prædicendi artem tam parvo labore ac pretio ſibi comparare poſſent; tamen aut Libros Sibyllinos, aut alia Oracula & Sortes per Italiam, aliaſque Regiones, quandoque procul diſſitas, magno labore, magniſque, imò maximis nonnunquam, ſumptibus adire ac conſulere maluerint: atque inde ſupra modum obſcura, ambigua & flexiloqua petere reſponſa: cum ibi & per multum temporis ſpatium ſubinde detinerentur, ob prætenſos Faſtos Nefaſtoſque dies aut expectandos aut prætermittendos; ut ſic tempus lucrarentur Antiſtites, quo melius parare poſſent ea quæ decipiendis Conſultoribus idonea erant.

Si porrò conſideremus in tranſitu qualia, ratione morborum curandorum, tradidere hi Magi, eodem Plinio teſte; non ſanè minùs ridicula videbuntur iis, quæ in Philopſeude ſuo ex merito ridet ridiculorum omnium lepidiſſimus ſimul ac juſtiſſimus (modo non & veræ pietatis ſimul eſſet) deriſor Lucianus. Sed hæc minus hujus loci ſunt: quamobrem redeo ad Conſecrationes: de quibus tamen nihil pro hoc tempore addendum cenſeo. Nam quæ de Conſecrationibus atque Initiationibus, ſive Pontificum & Sacerdotum, ſive

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Myſtarum in Myſteriis Eleuſiniis, Mithriacis, Samothracicis, Magnæ Matris quæque alia quoque hiſce adjungi poſſent, ea Obſervationibus meis ſacro-profanis de Origine Rituum, &c. reſervo.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

INDEX.

A.

Abstinentia Consultorum apud Oracula Pag. 192
Acta Pilati, illorumque historia 608, &c.
—— ipsorum, ut prætenditur ἀπόγραφον. 609
—— Patroni illorum. 608, &c. 612
Acta Pauli & Theclæ. 614
Actiones ac gestus ecstatici artificiose conficti. 141, 143, &c.
—— obsessorum. *ibid.*
Acrostichides examinatæ. 410, &c.
Aditus occulti ad Antra ac Templa fatidica. 196, 226, 227, 229
Adyta Oraculorum qualia. 66, &c.
—— qui, ac quales, ad ea admissi. 67.
Agri mensura terminis consecratis addita. 676
Alexandri Magni consultatio ad Ammonis examinata. 231, &c.
Alexander Vates atque Haruspices ridet; ac contra ipsos vafre adjuvat. 377, &c.
—— à Pythia Responsum extorquet. 379
Alcibiades vatem Delphicam, aliasque corrumpit. 359
—— ipsius miræ technæ. *ibid.*
אלוהים, quid præter *Deum* quandoque denotet. 25
Ambiguitates quibus Responsa involuta erant. 169, &c.
Ammonis effigies qualis fuerit incertum. 210
—— ejus vice Propheta respondebat. 231
M. Antonius, adhuc vivus, pro Baccho cultus. 654
Amphictyones cur à partibus Philippi steterint. 182, &c.
—— Concilium eorum ex quibus membris compositum. 183
Antinoi Oracula, Hadriano Cæsare auctore. 383
Antonius (Marc. Aur.) post mortem Oracula reddit. 640
Antistites Oraculorum consultores quandoque ad alia mittebant Oracula, & quare. 181, &c.
—— tabellis obsignatis indormientes. 241
—— illorum scelera sub Oraculorum prætextu. 249
—— illorum artes circa Oracula per insomnia 239
Antra in Judæa, aliisque in regionibus. 55, &c.
—— atque Adyta templorum. 66, &c.
Antra Charonia descripta. 242, 244
Antrum Corycium descriptum. 54
Antrorum Charoniorum consideratio. 252, &c.
Apollo Daphnæus, cur Juliani tempore silverit. 390
—— Delphicus unde Pythius dictus. 81, &c.
—— jam Pyrrhi tempore versus facere desierat. 460
Aqua fatidica apud Branchidas. 133
Arima ridicule in Palæstina locantur; sicut Γάδης æque ridicule in Γαδης mutatur. 83
Aristodicus lepide coarguit Apollinem. 359
Argivi quam parum Oracula curarint. 365
Arma sua unicuique Deorum. 648
Athenienses quam parvi illa fecerint. 367

Aver-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Avernus à Strabone descriptus. 245
——— à Francisco Schotto. 246, &c.
Auctores Oraculorum, ac sacrificiorum, &c. 2.
Augusti consecratio. 641
Augusti Oraculum. 385
——— is nunquam in senectute, Delphis fuit. 462
——— ambitio circa divinitatem. 632
Augustinus, quæ de Simone Mago tradat. 599
Augustus divinos honores sibi exhiberi patitur. 617
——— ipsi Pontifices ac Flamines. *ibid.*
——— appellationem *Dominus* cur renuerit. 615, &c.

B.

Balnea pro sexibus separata; atque à quibus. 544
——— mixta etiam Christianis; quin & Clericis quandoque frequentata. *ibid.*
Bangue Indorum homines dementes reddit. 140
Baronius, pro Statua Simoni Mago erecta. 580, &c.
——— de basi statuæ, quæ Simonis putatur. 593
——— illius defensio Justini Martyris expensa. 594
——— hujus opinio de Actis Pilati. 611
Bæotorum facinus in Pythiam. 368.
Bohitis, herba Indica, homines dementes reddit. 140

C.

Caligula ut Deus Oracula reddens egregie irrisus. 630
Canopus; atque ipsius protervæ lasciviæ 547
Capita loquentia, artificiose. 216, &c. 224
——— nutus edentia, os aperientia, &c. 210, 224.
Catacumbæ, seu cœmeteria Veterum Christianorum: illorumque historia. 56, &c.
——— concursus eo, epulæ sive Agapæ; quin & flagitia ibi commissa. 59, 60
Cæsaribus consecratis qui cultus, ritus &c. exhibiti. 640, &c.
Cæsar (C. Julius) quomodo prædictiones atque omina eluserit. 370
Casaubonus de Actis Pilati. 613, &c.
Causæ veræ, cur tandem Oracula penitus interierint. 392
Cella in qua consultores Responsa exspectabant. 124, 127, &c.
——— odor mirus in illa excitatus. 128
Charisteria ob accepta Responsa celebrata. 177
Chrestus, Chreste, Chrestianus & Chrestina; quin & Christe nomina vulgaria apud Græcos & Latinos. 605
Christianorum Cæsarum consecratio. 656
——— ipsorum statuæ adoratæ. *ibid.*
Cicero, Oracula, Sortes, Haruspices &c. falsè ridet ac coarguit. 293 328, 374, 404, &c.
Circumductores, & Enarratores ad Oracula. 91
Claudius Cæsar modum dedicandis statuis posuit. 592
Clerici & monachi quandoque cum mulieribus in Balneis lavabant: idque Conciliis vetitum. 544, &c.
——— quandoque Magi & Incantatores erant. *ibid.*
Commodus semetipsum Herculem, &c. facit. 632

Con-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Consecratio ac Dedicatio. 685, 662
—— quotuplex specie. 625
—— necessaria ad numinis præsentiam. 662
—— constabat unctione, coronatione, sacrificiis. 663, &c.
—— adhibitæ faces accensæ, thura, fruges, favi ac vinum, ollæ seu χύτραι cum leguminibus, coronæ & rosæ, unguenta, oleum, sanguis, vittæ ac velamenta aliaque horum pauciora aut plura ac diversa pro consecrationum diversis speciebus aut modis, Diisve &c. consecrandis. 665, &c.
—— Vota ac preces. 669
—— Lectisternia.
—— Bos, caper, aut ovis. 657
—— Foculi. 682
—— Imprecationes, seu diræ. 673, &c.
—— Pœnæ & mulctæ contra violatores. 676
—— Auguria. 672
—— Formulæ consecrationum. 670
—— Leges. 672
—— Epulæ annuæ ad Dedicationes. 680
—— Preces per Pontifices. 669
—— qui prisca verba præibant. 669
Consecratio Jovis Hercei. 666
—— —— Cteſii. *ibid.*
—— Mercurii, χύτραις, ut vilioris. 667
—— Hecates. 668
—— Terminorum. 665
Consecrationes Magicæ. 668
Consecratio Cæsarum, ut Augusti. 641
—— Pertinacis. 642
—— Severi. 643
—— Constantini Magni. 656
Consecrationes, seu Dedicationes Romanæ. 682
—— per quos peragerentur. 662
—— quinam ritus, &c. in illis adhibiti.
—— permissu fiebant Pontificum. 684
de Consecratis ac non, aut non rite consecratis definiebant Pontifices. 685, &c.
Consecratis Templum, vel Heroum, &c. parabatur 661
—— ubi in illis ipsorum statuæ positæ. *ibid.*
—— Tituli. 681
—— Arma; item ornatus; ut radii, fulmina, &c. 646, &c.
Consecrati; uti & necdum consecrati, quandoque aliis Dîs, vel consecratis consecrabantur, ut in tutelam &c. 627
Concilium Amphictyonum ex quibus membris compositum fuerit 182
Consultores Oraculum operto capite adibant; ac cur. 115, &c.
—— preces tum quoque fundebant ibi. 116
—— postulata libellis conscriptis tradebant. 124, &c.
—— nulli ad adyta admissi, nisi quibus id singulari gratia, aut ob auctoritatem, &c. contingebat. 152
—— Introitus ipsorum (Delphis) in *cellam*, ubi Responsa erant exspectanda. 112
—— quo habitu, atque ornatu, Oraculum adirent; atque inde rursus discederent. 113, 174
—— quales ii potissimum homines essent. 90, &c.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Conſultorum ipſorum Chariſteria ob accepta Oraculi Reſponſa. 177
Cultus Heroum atque Indigetium alius quam Deorum Cœleſtium. 638

D.

DÆmones, ex mente Platonis ac Platonicorum. 4, 7, 13
Dactylomanteiæ, ſub Valente, hiſtoria. 303
Datura Indorum homines dementes reddit. 140
Dedicatio quid differat à Conſecratione. 685
Delphicum Oraculum Phœbo Bacchoque commune; mons, ſaltem, Phœbo Bromioque ſacer. 179
Delphorum nomen unde. 79
Demoſthenis de Oraculis ſententia. 182, &c. item 360
Deorum triplex claſſis: hinc & triplex cultus. 652
Demoſthenes cur dixerit Pythiam Φιλιππίζειν. 182, &c.
Dentis aurei in puero Sileſiaco hiſtoria. 422
Deſcenſus ad Trophonium qualis. 63, 188, 194
Deus nemo habitus ſine conſecratione. 662, &c.
Dies feſti ac nefaſti circa conſulenda Oracula. 98
——— cui uſui iſti fuerint Antiſtitibus. 99
Dii nutibus ac motibus corporis reſpondentes. 210, &c.
Dii σύνναοι & σύμβωμοι 657, 658
——— quando potiſſimum feſſiles. 651
Diopeithes Spartanorum ſortilegus, ejuſque fraudes. 358
Divi appellatio etiam Imperatoribus Chriſtianis tributa. 557
Divinationes ſub Valente Cæſare. 530
——— ſub Honorio & Arcadio. 532
Dodonæi Oraculi hiſtoria. 198, &c. quam varia iſta atque incerta. *ibid.*
——— Ænea ibi Echo, pelvis, lebetes, tripodes, quercus &c. 199, &c.
——— Statua, ſive andrias, &c. *ibid.*
——— Vates. 202
Domitianus ſemetipſum facit Deum. 632
Domini appellatio, Auguſtus, Tiberius ac Claudius recuſarunt. 615
——— Conſtantinus Magnus aliique Imperatores Chriſtiani eam aſſumpſerunt. 620
Draconis Pythii fabula unde. 82

E.

EDicta Imp. Chriſtianorum pro Statutis Cœleſtibus, pro Divinis, pro Sacris, pro Oraculis; quin & pro Divinis Oraculis agnita. 557. 558
Eludentes Oraculorum reſponſa &c. Argivi. 365
——— Athenienſes. 367
——— Bœoti. 368
——— Oracula ac Vaticinia Magnates, Alexander, J. Cæſar, Flaminius &c. 370, &c.
Emiſſarii & exploratores quaquaverſum emiſſi. 95
Encænia, anniverſaria, &c. 678
Endoris mulieris cum Saulo rege hiſtoria. 24, &c.
Epitheton *Sanctus* pluribus Dîs, Deabuſque tributum. 588
Ethniciſmus quamdiu, ac per quos, perduraverit. 549

Ethni-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Ethnicismus à Valentiniano Tertio ac Martiano Imp. repressus: at non penitus extinctus. 551
——— cur circa illum connivere sæpius debuerint Imperatores Christiani. 553
Ethnicorum opiniones de Oraculis, ut de impostoris humanis. 21, &c.
Eunapii descriptio monachorum sui temporis. 538
Eusebii argumenta contra Oracula. 36, &c.
——— opinio de Oraculorum defectu falsa. 425, &c.
——— uti & illa de Victimis humanis *ibid.* item 442

F.

FAbulis quam nimis facile origines sæpe attribuant, easque applicent, etiam doctissimi viri. 84, 85
Facies ac *Species* Deorum quid designarint. 646
Festa ac Mysteria Delphica. 182
Fœminæ consecratæ; nec solæ fœminæ principes. 636
Fontes miraculosi, quasi; seu furorem, &c. inducentes. 193
——— medicamine infici poterant. 194
——— Lethes ac Mnemosynes. 188, &c. 193
Fons Gallus (ex Ovidio;) aliique in Cilicia, in Cea, in Chio &c. miraculosi fere. 193
Fons olei nascente jam J. Christo erumpens, fabula. 622, &c.
Fragrantia in Adytis excitata, & cur. 128
Fraudes atque impostura Antistitum circa Oracula, propria ipsorum confessione detectæ. 40
Furor Pythiæ simulatus, quibus adjuvaretur. 139, &c.

G.

GEntilismus (sive Ethnicismus) sub Theodosio collapsus. 526
——— sub Juliano non tantum; sed & sub Valente respiravit; ac sub aliis. 527, &c.
——— nec sub Theodosio plane extinctus. 532
——— neque ubique. 533
——— ac quamvis in Ægypto, non tamen Romæ aperte vetitus. *ibid.* & 534, &c.
——— quod & ex Ambrosio patet; ac Zosimo. 536
Gratianus Imperator, an cum stola Pontificali etiam ipsum Pontificatum Maximum recusaverit. 553, &c.
Græcorum opinio de Oraculis etiam celeberrimis. 22
Græci (quin & quandoque Romani) etiam vivos in Deorum, vel Heroum, numerum retulerunt. 653
Grotta di cani apud Neapolin, atque experimenta ibi facta. 246
——— ipsius historia perpenditur. 253

H.

HAbitatores ad Oracula quales, ac quare. 92
Halicacabo vaticinaturi utebantur. 140
Hammondus Simoni Mago etiam ædiculam affingit. 581, 592, 595
Hammondus pro statua Simoni Mago erecta. 580, &c.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Haruſpicina, apud Oracula. 93, 106, 192
Haruſpices quales homines fuerint. 106, &c.
——— ſoli exta inſpicientes. 373
Haruſpicum in Cæſaris exercitu prudentia. 376
——— item in exercitu Alexandri 377
——— Artes ac fraudes apud Oracula. 106
Hephæſtionis Oracula; ac qualia fuerint. 380, &c.
Hieronymi teſtimonium de Monachis ſui temporis. 541
Hirpini quales fuerint . . . . . in præfatione.
Hiſtoria dentis aurei in puero Sileſiaco. 422
——— de Demetrii regis Satellite. 191. 196
——— perinſignis de Martha Broſſeria, prætenſa obſeſſa Dæmone. 142
——— Helenæ Medioburgicæ. 150
——— de Tapujis Dæmonem evocantibus, ex Arciſſewskio. 47
Huetii [P. Dan.] aliorumque luſus circa fabulas. 84, 85
Hydaſpes, Hermes, ſimileſque vates quonam ex inſtinctu vaticinati fuerint. 9, 10

I.

IGnis Sacri Hieroſolymis apparentis ex Thevenotio hiſtoria. 283
Initiationes & Myſteria ad Oracula. 387
——— ad Oraculum Delphicum & Trophonii.
——— ab Alexandro Pſeudomante inſtituta. 391
Imperatores Chriſtiani etiam pro Divis, ac Numinibus, adulatorie habiti. 557
Inſcriptio SEMONI SANCO &c. examinatur. 588
Interpretes ſomniorum à Cicerone lepide irriſi. 404
Iphicli fraudes contra Phalanthum. 355
Jocularia Reſponſa Oraculorum. 394, &c. 403
Irenæus, quæ de Statua *Simonis Magi* tradat. 596, &c.
Judæi Romæ tumultus, auctore Chriſto noſtro facti, ignari fuere. 450
——— quam ſæpe Romæ tumultuaverint. 603
——— illi, ac Samaritani quam male apud Romanos audierint. *ibid.*

L.

LAnaria herba ſpumam in ore excitat. 139
Lararia conſecratis dicata. 635
Lararia majora, ac minora Penatibus &c. 635
Lavacra mixta à Chriſtianis frequentata. 544
Lauro coronati, ac laureos ramos geſtantes, conſultores. 113, &c.
——— obſepta erant adyta. 114
Laurus ſeu lauri folia à Pythia manducata. 131
Libellis inſcriptæ petitiones Conſultorum. 116
Libellos obſignatos reſignandi artes. 122, &c.
Lucra & commoda redundantia Antiſtitibus. 93
Luſtrationes &c. apud Oracula. 100, &c. item 192
——— ipſius quoque Templi &c. 102, 239, &c.

Lyſan-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Lysandri artes ac fraudes, corrumpendis Antistitibus, explicandis Oraculis &c. 358,369
——— ipsius stupendæ technæ, in novo Sileno, &c. 356

M.

מחר non semper crastinum tempus denotat.
Martyrum reliquiæ pretio inter Christianos divenditæ; mercaturaque cum ipsis exercita. 541
Media atque artes quibus simulatus furor &c. excitabatur. 138
Melanthonis aliorumque fœdus error circa conflagrationem Templi Delphici, tempore Juliani. 478, &c.
Memnonii Oraculi quam diversa descriptio. 203, &c.
Mensa quadrupes non tripes, cui Pythia insidebat. 137
Miraculum confictum in Sarapidis templo. 229
Monachos quali modo describat Eunapius. 538
——— Zosimus. 543
——— Rutilius. 546
——— ipse Hieronymus. 541
Monachorum odiosa figmenta in non superstitiosos. 271, &c.
Mons Parnassus Phæbo Bromioque sacer. 179
Morellii ablepsia in vertendo Philostrato. 63
Mornæi aliorumque opinio, de Pane magno examinatur 436. &c:
Mulsum & crustæ, in dedicationibus.

N.

NArcissus ac Pallas liberti inter Lares culti. 635
Neurospasta Veterum, &c. 221
Nicephori Gregoræ argumenta contra Oracula. 32, &c.
Nocturna Sacra gentilibus à Valentiniano permissa. 531
Numinis appellatio etiam Imp. Christianis tributa. 556, &c.
per Nutus capitis Responsa Oraculorum data. 210, &c.

O.

OEnomai (apud Eusebium) argumenta contra Oracula; ac contra ipsum Eusebium. 329, 340
Onomacriti Sortilegi fraudes circa Oracula. 363
Oracula post Christum natum perduraſſe ostendunt de suo, quisque, tempore, Suetonius, Pausanias, Plutarchus, Philostratus, Dion Cassius, Dion Chrysostomus, Lucianus, Spartianus, Capitolinus, Treb. Pollio; Tertullianus, Herodianus, Eusebius, Amm. Marcellinus, Macrobius, Zosimus, Sozomenus, Theodoretus, Rufinus (in præfatione;) Nicephorus, Cedrenus [præter quos & alii id testantur in Catalogo pag. 559. memorati] à pag. 474. ad 524
Oracula quandoque plura simul, sive modi plures Responsa reddendi, uno eodemque in loco. 199, 256, 269 & alibi.
——— ubi ac quando, magis viguerint. 166
——— ἀντίφωνα. 155, 157
Oracula per insomnia data. à pag. 237. ad 242. &c.
Oracula plura simul quandoque (unumve post alterum) adita. 179, 180

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Oracula quanti facta Regibus ac Magnatibus. 364, &c.
——— pretio corrupta, uti & aliis artibus. 351, &c.
——— eorumque Reſponſa, ſicut & Vatum in Theatris irriſa & traducta. 397, &c.
——— de Apollinis ſilentio conficta. 463, 466, &c.
——— in nulla æſtimatione Ciceroni. 27, 164. &c.
——— ——— Straboni. 29
——— de ipſis opinio Platonis ac Platonicorum. 13, &c.
——— ut & Chriſtianorum, Origenis, Clementis Alex. Tertulliani, aliorumque. 12, uſque ad 36. &c.
Oraculum Thulidi (ut volunt) datum perpenditur 463, &c.
——— ſic & iſtud de Socratis ſapientia. 16, &c.
——— item & illud, quod Trajano redditum fuit. 169, &c.
——— Mardonio datum (ut & Miraculum ibi factum) examinatur. 347, &c.
Oraculi Apollinis Clarii hiſtoria ſeu deſcriptio. 495, 505
——— ——— Delphici.
——— Amphiarai apud Oropios. 90, &c.
——— Amphilochi, in Mallo. 505
——— Antonini (M. Aur.) Cæſaris. Vide præfat. it. 640
——— ad Aornum, ſive Avernum. 245
——— ad Apolloniam. 286
——— Apidis. 258, &c.
——— Æthnæ montis. 286
——— Aquæ Inus, in Laconica. 285
——— Beli Babylonici, in turri. 228
——— Bœæ, in agro Laconico. 285
——— Capitis Orphei, in Leſbo. 64
——— Caſtalii fontis, ad Daphnen. 281
Oraculi Clitumni Dei hiſtoria. 502
——— Crocodili, in Arſinoë. 279
——— ——— in Myridis lacu. 274
——— Draconum in Epiro. 64
——— Dei Heliopolitani. 167
——— Fontis, apud Oropios. 285
——— Hirci, in Mendete. 286
——— Jovis Ammonis. 209, 231.
——— ——— Dodonæi. 198
——— ——— Philii. 212
——— Leonis, in Leontopoli. 274
——— Memnonis. 203
——— Mercurii, in Pharis Achaicis. 256
——— Mnevis, ac Netonis. 273
——— Pataris, in Lycia. 228
——— Piſcium, in Lyciæ vico Syrra. 275
——— ——— in fonte Lymiræ. *ibid.*
——— Plutonis ac Junonis, in Acharaca. 242, 259
——— Sarapidis, ad Alexandriam. 229, 547
——— Saturni, Alexandriæ. 227
——— Trophoni. 187, &c.
——— Veneris Aphacitidis. 283, 514, &c.
——— ——— Paphiæ. 501
——— Velledæ Germanorum. 421
Oracula poſt Chriſtum natum perdurantia. 493, &c.
——— quot numero quandoque in una eademque regione, &c. fuerint. 496
Oraculorum veterum ultra 260 (imo plura) numero, per totum Orbem, catalogus. 559
Oraculum Delphicum (uti & alia) ſua Reſpondendi ac ſilendi intervalla notabilia habuiſſe. 477
Oraculorum defectum tempore nativitatis J. Chriſti accidiſſe, primus, ex male intellecto Porphyrio, Euſebius tradidit. 425, 432

Ora-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Oraculum Delphicum primos poſſedisſe Neptunum ac Tellurem. 73
——— ortus ipſius per capras. 76
——— Tellus prima id poſſedit. 73, 77
——— Themis poſt Tellurem. 77
——— Phœbe poſt Themidem. 78
——— Phœbus vero poſt illam: qui Phœbus patris Jovis fuit Propheta. *ibid.* & 560.

P.

PAn *Magnus* mortuus; ejus fabula examinatur. 432, &c.
——— ut & Doct. Virorum, Boiſſardi, Mornæi, Molinæi, Baronii &c. ſuper illa opiniones. 434, &c.
Parnaſſus à Parnaſſo ibi urbis conditore. 88
Parnaſſi etymon ab הר & נחש (uti & à פרץ & נחש) ridiculum. 87
פתן apud Judæos veteres nunquam Diabolus, neque in ipſa Sacra Scriptura. 86
פתן male convertitur in τυφῶν: qualia tamen plura ac ſimilia Dick inſonius ludit. *ibid.*
פיתום vox Talmudica, ſeu Rabbinica, unde. *ibid.*
Periallæ Pythiæ fraudes circa Oraculum. 351
Peccatorum confeſſiones ad Oracula. 387
Periegetæ, ſeu circumductores, vel enarratores. 91, 93
Peripateticorum veterum opinio de Oraculis. 22
Περιῤῥαντήρια, ac vaſa luſtralia, ad Oracula. 100, 112
Pertinacis conſecratio. 642
Pervigilia primorum Chriſtianorum. 59
Philomelus Delphenſis Pythiam reſpondere vi cogit. 176
Philippus Macedo Amphictyonum Concilium ſibi ſubjecit. 183
Pilati teſtimonium de Chriſto examinatur. 455, &c.
——— Acta ipſius examinantur. 608, &c.
Piſiſtratidarum, & Onomacriti fraudes. 363
Placentæ ad Oraculum oblatæ. 103
Plato ac Xenephon (tum & alii) quantum diſcrepent circa Oraculum de Socrate. 16, 17, &c.
Platonem de ſe mendacem arguit Socrates. 20
Plutarchus pro Oraculi Delphici, poſt natum Chriſtum, duratione. 474
Poëtæ ad Oraculum Delphicum Reſponſa Pythiæ in carmen redigentes. 105, 159
——— ob mala carmina, &c. irriſi. 159, 160
Potio aquæ Caſtaliæ Delphis, & foliorum lauri maſticatio, &c. 130, 131
——— Taurini ſanguinis, in Ægyra. 132
——— aquæ ad Colophoniæ Oraculum. 133
——— vini meri apud Ligyræos, in Thracia. 132
Prophetæ plures numero ad Orac. Delphicum. 104, 155
——— vices ſortiti. *ibid.*
——— ex optimatibus Delphorum. 105
Prudentii, Symmachi, ac Claudiani verba, circa Oraculorum durationem, perpenduntur. 493
Pueri Hebræi fabula examinatur. 443, &c.

Pul-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Pullariorum fraudes ac mendacia. 371
Pythia, cur cum Philippo Macedone fecerit. 182
——— quando carmine Responsa reddere desierit. 160,&c.
Pythiam malum Dæmona (seu Diabolum) per partes pudendas recepisse, primus dixit Origenes, hinc & alii. 153,154
——— quid Jamblichus de illa narret. 135
Pythiæ non tenue murmur (ut Engastrimytharum) sed clamor & ululatus. 153, 158, &c.
Pythia quali ornatu, & à quibus eò deducta, in adyta intrarit. 136,137
——— à quibus deducta fuerit in adyta. 138
——— intrans in adyta furore (quasi) corripiebatur: quod & alii, aliæque, vates imitati. 139
Pythis Delphi filius; unde & urbi nomen. 79,88
Pythius Apollo Macrobio ἀπὸ τῆς πύσεως, sed ἀπὸ τοῦ πύθειν: non autem à dracone. 81
Pytho male ac perverse in Typhonem convertitur. 83
Pytho homo fuit cognomento Draco. 81
Pytho urbi (Delphorum nomen) à Pythone homine ibi interfecto. 79,88
de Pythone fabula quomodo Physicè interpretanda. 82

Q.

Querelæ Gentilium contra Christianos. 428
——— eædem Christianorum vice versâ contra Gentiles. 429

R.

Reges ac principes Oraculorum auctores, &c. 380,&c.
Responsa Deorum in templis relicta, & publice ostentui exposita. 138, 175, &c. 198
——— à scurris Magnæ Matris data. 171
——— metrica Apollinis irrisa. 160, &c.
Responsum Athenienfibus datum. 173
——— Rutilliano datum à Glycone. 174
——— Trajano Cæsari datum expenditur. 167, &c.
——— de puero Hebræo confutatur. 444, &c. 460, &c.
Rhodii easdem statuas nunc huic nunc illi dedicabant, seu consecrabant. 650
Rosæ, & coronæ, in dedicationibus.
Rutilius de Monachis sui temporis. 460

S.

Sacrificia & victimæ ante Consultationes. 101, &c.
——— sæpius iteranda erant; & cur. 106, &c.
——— hinc & tempus, & alias occasiones, ac commoda lucrabantur Antistites. 107
——— qui, ac quanti numero, ad ista advolarint. 105
——— Charisteria ob accepta Responsa. 177
Sanguis taurinus à Sacerdote Terræ epotus. 132
Sapientia quid, secundum Platonem & Aristotelem. 19

Satur-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Saturni ligati fabula ex Plutarcho. 439
Scelera ſub prætextu Oraculorum dandorum commiſſa. 227
Severi Conſecratio.
Sibyllinorum librorum hiſtoria. 405
——— quibus cum ceremoniis conſulerentur. 419
——— qualis auctoritas illis apud politicos fuerit. 408,414
——— rarò aliquid prædicebant. 419
——— quali modo cum ipſis ageretur. 414,416
——— à Cicerone valide coarguti. 409, 421
——— Unde ipſorum auctoritas maxime labefactata. 417
——— Conficti. 409
——— quibus ipſorum cura commiſſa. 418
——— ex Mandatu Senatus aut Cæſarum conſuli ſoliti. 417
——— fuerunt Oraculum Reipublicæ. *ibid.*
——— Reſponſa illorum ad Senatum prius, quam ad populum, referenda. 414
Sibyllas ex Divino inſtinctu prophetaſſe, ſecundum Juſtinum ac Clement. Alexandr. 9
——— per Diaboli inſtinctum, ſecundum Lactantium. 10
Sigilla reſignandi artes. 122, &c
Simon Deus Sanctus mera fabula. 449
Simonianæ Hæreſeos hiſtoria. 596
Simulacra internè excavata, in quæ irrepebant Oraculorum Antiſtites. 226, 227
Socratis Dæmonium fabuloſum. 16
Solennitates tres apud Delphos. 388
Sortes Militares, Politicæ; Divinatoriæ. 289
Sortes à Cicerone irriſæ.
Sortes ſponte ſuâ motæ ante Pythiæ Vaticinium. 156
Sortium hiſtoria; quarum è numero fuerunt illæ ad Aponi fontem (Gerionis.) 498
——— Alanorum. 299
——— Antiatinæ. 291
——— Arabum. 296
——— Euripideæ, è templo Jovis Beli. 299
——— item aliæ.
——— Chaldæorum. 297
——— Fortunæ prænestinæ. 290,499
Sortes Homericæ. 229
——— Muſæanæ. 299, 300
——— Herculis Buraici. 290
——— Herculis Tiburtini. 499, 500
——— Jovis Beli.
——— Jovis Dodonæi. 295
——— Orpheanæ.
——— Sibyllarum. 300, 310
——— Scytharum. 298
——— Germanorum. *ibid.*
——— Virgilianæ, è templo Prænestino. 301
Sortes in Circo, in triviis, oppidis &c. 305
——— è libris Sibyllinis. 312, &c.
——— ex Poëtis. 303
——— è paginis Evangelicis, & Pſalmis, & Prophetis, &c. inter Chriſtianos. 315, &c.
——— etiam ipſe Auguſtinus illa tactus ſuperſtitione. 319
——— ſicut & alii Chriſtiani; quin etiam Cæſares, reges ac Magnates. 315, &c.
Sortes Sanctorum inter Chriſtianos, ac quales. 323
Sortes qualeſcunque damnatæ inter Chriſtianos, per Concilia, Cæſarum edicta, &c. 320, &c.
Sortilegi, & ipſorum Sortes. 305
——— & vates in ſcenis &c. traducti. 397
Sortium corruptores, ac confictores. 393, &c.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Sortitio Consultorum, ut primi, secundi &c. ordine accederent ad Oraculum, ac consulerent. 110, &c.
Speculorum usus apud Oracula. 195
Spencerus pro Statua Simoni Mago erecta. 580, &c.
Sphinx Ægyptiaca à D. de Monconi notata. 208
Statua Simoni Mago erecta; illaque historia perpensa. 579, &c.
Statua fatidica ab Ath. Kirchero fabricata. 159
Statuæ Cæsarum post mortem, ubi; ac quales positæ.
—— Deorum Colossea magnitudine, hominum humana. 651
—— Deorum sessiles. 652
Statuæ quibus proprie hoc illudve Templum consecrabatur, in medio templi, vel adytis positæ. 661
Statuas dedicatas, seu consecratas, exosculari quandoque solebant. 635
Statuis dedicatis titulos inscribere mos fuit. 649
Statuæ loquentes, sudantes, se moventes &c. 215
———— vide & præfationem.
—— excavatæ, & occulti ad illas aditus &c. 227
Statuæ numero innumeræ, & Romæ & ubique. 589
—— etiam equis & canibus erectæ. 591
Statuæ quibus ac qualibus hominibus erectæ. 588
Statuta tempora, menses, dies &c. reddendis Oraculorum Responsis. 96, &c.
Suffimenta ad adyta Oraculorum. 114
Suetonii locus de CHRESTO perpensus. 604
Superstitio ac præceps credulitas quam facile sibi miracula fingant. 219, &c.
Superstitiosi Oraculis maximo adjumento. 95, 96

T.

TAbellis obsignatis indormientes Antistites ac Prophetæ. 241, 242
Tabellis publice expositæ Oraculorum Responsa. 138
Templa vel uni soli, vel pluribus simul, consecrata. 657, 175, &c.
Templa consecratis dedicata. 633. &c.
Templi Delphici &c. descriptio. 61, 62
Templa Augusto consecrata. 633
Templum Urbi Romæ ac Cæsari consecratum. 633
Templi Delphici atque Adytorum purificatio per aquam ac laureas frondes. 129
Themistocles optimus Oraculi Delphici interpres 337, 339
Theophilus non Præfectus Prætorio, sed Episcopus Alexandrinus. 546
—— primus Gentilium templa (in Ægypto saltem) demolitus est. 547
Tiberii, ut prætenditur, religiosus animus ac pietas, erga Salvatorem nostrum perpenditur. 450, &c.
Tiberius appellationem *Dominus* respuit. 616
Tityus alius à Pythone. 81
Trajani consultatio ad Oraculum examinata. 169, &c.
de Tripode, quinam consulendi scriptores. 166
Trophonii antri atque Oraculi descriptio. 62, 187. &c.

Tro-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Trophonii qui ritus &c. ibi obſervandi. 189
—— ut ultimum omen Delphis victimæ tremor, ſic hîc exta arietis nigri. 190
—— quo paratu, vel ornatu deſcenderint conſultores. *ibid.*
—— quænam tum in ipſo antro, tum in exitu, tum poſtea, obſervanda fuerint. 190
—— horum omnium conſideratio. à pag. 191. uſque ad 198.
Tubarum uſus apud Oracula.
—— locutoriarum uſus. 195

V.

VElleda Germanorum Vates atque Oraculum. 421
Verſus Homero male afficti, ſeu falſò attributi. 84
—— Pythiæ irriſi. 161, 162
Veteres admodum perverſe pro Oraculorum defectu adducti. 472
Victimæ humanæ quando mactari deſierint. 442
Victimæ ad Oracula mactatæ. 101, &c. 192
—— horum pars potiſſima cedebat Sacerdotibus, popis, ſimilibuſque. 2, 106
—— earum tremor exſpectandus conſulturis pro ultimo omine. 108, 109
—— iterandæ & quare. 106
Vinum meracum potum à Bacchi vate apud Liguræos. 132
Virgo fatidica in Branchis, aquâ pedes aut limbum tingebat, & aquæ vaporem hauriebat. 134
—— ejuſdem lavacra, media, receſſus &c. *ibid.*
Iſ. Voſſii opinio de favore Tiberii erga Servatorem noſtrum examinata. 457, &c.
Uſſerii (Jacobi) opinio de *Chreſto* Suetonii probata. 604

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33

Omissa ac commissa.

SIcuti sæpius id fit, dum libri absente scriptore ipsorum imprimuntur, ut sphalmata typographica facile irrepant; ita & hic accidit. Plura tamen, ut credo, ab ipso lectore paulo magis attento corrigi poterunt: ut pag. 424. ubi in fine *imperti*, pro *imperii* & πέπει pro πέπει. ac maxime pag. 440. lin 19. *Numina* pro *Minima* reponi debent. Reliqua lectoris diligentiæ commendo. Ad omissa autem quod attinet, ad illa referendi sunt numeri (sicut & ex summario liquet) sequentibus pag. apponendi: ut pag. 174. lin. 7. num. XXII. pag. 177. lin. 26. XXIII. pag 182. lin. 15. XXIV. Tum quoque pag. 560. Oraculorum catalogo hæc sequentia, ex Strabonis lib. 13. inferenda sunt: Ἡ μὲν δὴ πόλις μεταξὺ Πριάπου καὶ Παρίου· ἔχουσι ὑποκείμενον πεδίον ὁμώνυμον, ἐν ᾧ καὶ μαντεῖον ἦν Ἀπόλλωνος Ἀκταίου, καὶ Ἀρτέμιδος καὶ τὴν Πυκάτην. εἰς δὲ Πάριον μετηνέχθη πᾶσα ἡ κατασκευὴ καὶ λιθία καταστραφέντος ἱερᾶ· καὶ ᾠκοδομήθη ἐν τῷ Παρίῳ βωμὸς, Ἑρμοκρέοντος ἔργον, πολλῆς μίμησις ἄξιον, κατά τε μέγεθος καὶ κάλλος· τὸ δὲ μαντεῖον ἐξηλείφθη καθάπερ καὶ τὸ ἐν Ζελείᾳ. *Sita est urbs inter Priapum & Parium, subjecto ejusdem nominis campo; in quo etiam Oraculum fuit Apollinis Actæi & Dianæ, secundum Pycatam. Sed in Parium omnis apparatus ac saxa translata sunt, templo destructo, & ædificata Parii Ara, quæ Hermocreontis opus fuit, mole ac pulchritudine admodum memorabile. Oraculum vero defecit; sicuti & illud quod in Zeleia fuit.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
366 F 33